*Naſturtium alpinum quadruplex* 159. 160. *aquaticum triplex* 158
*Naſturtium Babylonicum* 174. *hortenſe quadruplex* 160. *Indicum* 615
*Naſturtium maritimum* 150. *pratenſe duplex* 159. *ſylueſtre* 161.162
*Neiemelmſalib* 20
*Nenuphar* 361
*Nepeta* 431. *agreſtis* 433
*Nicotiana quadruplex* 305
*Nigella & eius ſpecies ſex* 250.382
*Nigella cretica* 251. *folioſa* 504
*Nil* 871
*Nymphæa & eius ſpecies ſeptem* 360
*Noli me tangere* 615
*Noſelha parua* 71
*Nozilicha maior* 94
*Nuci metellæ congener* 299
*Nucula terreſtris* 287
*Numularia* 598. *ſylueſtris* 483
*Numulus Plinij* 598

O.

*Ocimaſtrum* 383. *minus* 384. 385.446
*Ocimaſtrum ualerianthon* 386. *ualentinum* 436
*Ocymoides* 396.426. *Dioſc.* 386. *lychnitis* 398
*Ocymoides peregrinũ* 381. *repens* 389.
*Ocymum ueterum* 55
*Ocymum & eius ſpecies quinq́;* 425
*Ocularia* 442


Oculus

Oculus bouis 505. canis 352
Oculus Chriſti 519
Odontitis lutea 398
Odontis Plinij 397
Oenanthe 287.594. eiusq; ſpecies ſex 288
Oenantha Theophraſti 113
Oenothera Plinij 468
Oetum Plinij 131
Olyra 47
Olſenichium 269
Oluſatrum 270
Olus aureum 194. Hiſpanicum 184
Omphacium 593
Onagra 467
Onobletum Hippoc. 560
Onobrychis Dioſcoridis 406. duplex 407
Onochiles Plinij 491
Onocichle Theophraſti 494
Onoſma 490
Ophioſcorodon 105.106
Ophioſtaphylon 589
Ophrys quadruplex 127
Ophthalmia 442
Opium 308
Opopanax 275
Orchis & eius ſpecies quadraginta ſex 114
Orchis fucum referens 120. muſcam referens 124. radice reptante 124
Oreon Plinij 32
Oreoſelinum 268.281
Oreoſelinum nigrum 261
Origanon & eius ſpecies ſex 420. minus 427
Origeron 317
Oryza 52. Germanica 48. Italica 52
Ornithogalum et eius ſpecies ſeptem 97. luteum 71
Orobanche Theophraſti 414.584
Orontium 599
Oriuala 452
Orzada 50
Oſteritium 271. montanum 340
Oſteocollum 34
Oſyris & eius ſpecies 400
Othonna Dioſc. 222.223.437
Ouludia 59
Oxalis & eius ſpecies decem 181
Oxylapathum 184.185
Oxymirſine 604
Oxys duplex 656
Oxytriphyllum Scribonij 669

P.

Paeonia & eius ſpecies ſeptem 646
Palma Chriſti 124.125.126.578
Palma ſcriptoria 44
Palmaria 560
Paludapium 269
Panax 279
Panax Aſclepium 278. chironium 522.569.540. Heracleum 275. 639
Panax pharnacium 522. Syriacum 274. tenuifolium Theoph. 544
Pancratium 107.108
Panicum & eius ſpecies quinq; 53. Indicum 54
Panicum ſylueſtre 20.21
Panis porcinus 611
Payco 349
Papyrus 40.43. & eius ſpecies ſeptem 44
Pappar 302
Papauer eiusq; ſpecies ſedecim 306
Papauer corniculatum quadruplex 310. heracleum Theoph. 534. Rhœas duplex 310
Papauer ſpinoſum 311. ſpumeũ 387. ſpumeum Dioſc. 547
Paralytica alpina 461.462

Parietaria triplex 197
Parietaria Lipſenſium 444
Poronychia 478.551.552
Paronychia alſinefolia 171
Parthenium 197.223.224.227
Parthenion microphyllon 221.222. 223. Plinij 497
Parthenij ſpecies 505
Paſſa 594
Paſſulæ Corinthiacæ 594
Paſſerina duplex 499
Paſtinaca latifolia 271. nigra ſylu. 286
Paſtinaca tenuifolia & eius ſpecies quatuor 262
Pater noſter S.Helenæ 36
Pecten Veneris 264
Pedicularis 290.649. fœtida 339
Pentorobon 646
Pentaphyllon & eius ſpecies quatuordecim 649
Pentapetes 650
Peplion 562.579
Peplis 579
Peplus ibid.
Pepo & eius ſpecies quinq; 620. ueterum 622
Perchepier 671
Perdicium 192. Theoph. 98.216
Perebecenuc 305
Perfoliata & eius ſpecies ſeptem 542
Perfoliata achillea 544. altera 180. mas & fœmina 127. ſiliquoſa 180
Perforata 545
Periclymenum triplex 600
Periploca Græca 600. minor 599
Periſtereon 523
Perſicaria triplex 156
Perſicaria ſiliquoſa 616. minor ſyluatici 547
Perſolata 372
Perſonata 371.372
Pes anſerinus 195.196. columbinus 655. cornicis 352. corui 322. leonis 640. leporinus 665
Petaſites duplex 369
Petilius flos Plinij 222
Petroſelinum 267.268. Macedonicum 270
Petroſelini uitium 283
Petum 305
Peucedanum & eius ſpecies quinq; 258
Peucedanum aquaticum 242
Phalangites 57
Phalangium & eius ſpecies quinq; 57
Phalaris 54.55. pratenſis 10
Phaſganion 72
Phellandrion Plinij 284
Phyllitis lacuſtris 360
Phyllon duplex 198.199
Phyllon Sedi ſpecies 557. (525
Phyteuma 137.139.140.151.400.
Phleum Theophraſti 362
Phlonides 460
Phlomos & eius ſpecies tredecim 454
Phlox Theophr. 193.318.375.381
Phœnix 22
Phorbion Galeni 452
Phthiroctonon 649
Phthora duplex 335
Phu & eius ſpecies duodecim 291.294
Piciolt 305.306
Pionocomos 273
Picnocomon Dioſcoridis 302.533
Picris 207. Theoph. 212
Piloſella & eius ſpecies quatuor 508
Piloſella alpina 517. minor 511. ſiliqua 172
Pimpinella & eius ſpecies ſeptem 280
Pinaſtellum 259
Pinguicula 464
Piper Indicum & eius ſpecies quinq; 255
Piperitis 154


Pyra-

Pyramidalis 139. (255
Pyrethrum 155. & eius ſpecies quatuor
Pyrola & eius ſpecies quatuor 357
Pyromelo 620
Pyrus 577
Piſtana 362
Piſtolochia 614
Pytiona Theophraſti 85
Pytiuſa 575.576
Plantago & eius ſpecies tredecim 347
Plantago aquatica triplex 354
Planta leonis 340
Planta maxima 541
Plantula Cardamines æmula 148
Platanaria 38
Plumbago 154.157.357
Pneumonante 345
Podagra lini 414
Podagraria 273
Pæderota Pauſania 471
Polemonium 386. Monſpelienſium 661
Polycnemum Dioſc. 433.503
Polygala & eius ſpecies quatuor 406
Polygala uulgata 407
Polygonaton 386.601. latifolium & eius ſpecies ſex 601
Polygonatum anguſtifoliū duplex 602. minus rubiæ folijs 603
Polygonum 32.33
Polygonū maius & eius ſpecies ſeptē 549
Polygonū minus & eius ſpecies ſeptē 550
Polyſpermon 192
Polyſporon ibid.
Polium & eius ſpecies ſeptem 417
Poma amoris 302
Pomum aureum ibid. mirabile 616. ſpinoſum duplex 299
Porcellia 206.211
Porrum & eius ſpecies ſeptem 101
Porrum capitatum ibid. ſectile ibid. ſylueſtre 102. tonſile 101
Portulaca & eius ſpecies quinq; 562
Portulaca marina 563.564. ſylueſtris 579
Populago 540
Potamogetō & eius ſpecies quatuor 359
Potentilla 642
Potamogeton caſtoris 241
Pothos Theophraſti 249.381.596
Praſium 435
Primula ueris & eius ſpecies decem 460
Primula ueris 95.506
Prunella & eius ſpecies ſex 501
Pſeudoanchuſa Plinij 489
Pſeudoapocynon 615
Pſeudoaſphodelus 351
Pſeudobunium 151
Pſeudocyperus 14.15.37
Pſeudoclinopodium 442
Pſeudocoſtus 274
Pſeudoelleborus 341
Pſeudohermodactylus 128
Pſeudohepatorium 641
Pſeudodictamnum 424
Pſeudoleontopodium 510
Pſeudolmum 400
Pſeudomelanthium 383
Pſeudomoly 397
Pſeudomyagrum 172.173
Pſeudonarciſſus 81
Pſeudonardus Plinij 408
Pſeudoſtruthium 571
Pſychotrophon 445
Pſyllium triplex 353
Pſilothrum 589
Pſora Aëtij 524
Ptarmica 155.521. Auſtriaca 533
Ptarmice Dioſcoridis 571
Pulegium triplex 419
Pulicaria 353.359. & eius ſpecies ſedecim 525
Pulmonaria Gallica triplex 213

Pulmonaria triplex 500
Pulſatilla 85. eius ſpecies octo 317

Q.

QVadrifolium 655
Querecula minor 473
Quimbaya radix 591
Quinquefolium & eius ſpecies quatuordecim 649
Quinquepeta 655

R.

RAdicula ſylueſtris 136
Radix Carlo Sancto 592. caua 247
Radix Quimbaya 591
Radix Rhodia 560. S. Helenæ 36
Ranunculus & eius ſpecies quadraginta quatuor 319
Raphanus eiusq́ ſpecies ſeptem 134
Raphanus 175. ruſticanus 136. 162. ſylueſtris Dioſcoridis 143. 154
Rapiſtrum eiusq́ ſpecies quatuor 132
Rapiſtrum monoſpermon 133
Rapa 129. & eius ſpecies quinq́ 130
Rapa ſylueſtris 131
Rapum Americanũ 131. ſylueſtre 136. ſylueſtre Dioſcor. 143. terræ 611
Rapunculus eiusq́ ſpecies undecim 136
Rapunculus alpinus 137. minimus 478
Rapunculus nemoroſus triplex 138. ſpicatus triplex 137. umbellatus triplex 137
Raued ſeni 186
Remedium pauperum 643
Reſeda 150. Plinij 571
Ricinus 578
Rha 186. 187
Rhabarbarum 188
Rhabarbarum album 590. Indicum 590. monachorum duplex 186
Rha capitatum 187
Rhacoma ibid.
Rhapeion 648
Rhaponticum duplex 186
Rhaſut 614
Rhecoma 187
Rheum ibid.
Rhodia radix 560
Rhodora 276. Gallica Plinij 436
Robus 47
Rogga duplex 50
Roſa græca 381. marina 382. 386
Roſmarinum 278. triplex 409
Roſtrum ciconiæ 635. 638
Rubigo 51
Rucula marina 146
Rumex 180. 183
Rumigi 614
Ruſco affinis duplex 603
Ruſcus 604
Ruta hypericoides 546
Ruta ſylueſtris Dioſcoridis 547

S.

SAbalariffa 635
Sacar Mambu 42
Saccharum 41
Saccharum candum ibid. penidium 42. pyramidale 41. thomæum ibid.
Sacerdotis crepida 343
Sacra herba 523
Sacra recta ibid.
Sadum 553
Sagapenum 257. 274
Sagitta duplex 362
Salicaria 466
Salicaſtrum 590. Plinij 298
Salicornia 566
Sal Indus 41
Saliuaris 255. 256
Saliunca 296
Salſa parilla triplex 586
Saluia & eius ſpecies octo 449
Saluia agreſtis 453
Samolus 317. Plinij 484

*Sampſuchum* 423
*Sanamunda* 643
*Sanaſancta* 306
*S.Spiritus radix* 272
*Sandalida Cretica* 668
*Sanguinaria* 19.170.549
*Sanguinaria radix* 636.637
*Sanguis Draconis* 185
*Sanguiſorba triplex* 282
*Sanicula* 639.645
*Sanicula alpina & eius ſpecies undecim* 462
*Sanicula fœmina* 340. *minor* 320
*Santolina* 229.230
*Santonicum* 229
*Saponaria læuis* 384
*Sardinia herba* 324
*Sarxiphagon Galeni* 389
*Satyrium* 73.114. *eius ſpecies octodecim* 124.341
*Satyrium erithraicum* 85. *erithronium* 128
*Satyrium odoriferum* 123. *trifolium* 120.128
*Satureia & eius ſpecies quatuor* 412
*Saxifraga* 259.260.261.281.645. *Anglica* 551. *antiquorum* 393. *aurea,alpina* 610. *Chelidonides* 609. *magna* 397. *mõtana* 645. *rubra* 297
*Saxifragia* 389. *elatior* 388. *rotundifolia duplex* 609
*Scabioſa & eius ſpecies uiginti* 524
*Scabioſa mõtana* 507. *ſquammata* 530
*Scammonium* 582
*Scammonea* 591. *Patauina* 588. *tenuis Plinij* 584.585
*Scammonium Americanum* 590. *minus Plinij* 585
*Scammonij ſpecies* 660
*Scandix quadruplex* 264
*Scandix Cretica* 265. *minor* 671
*Scarlea* 452
*Sceba Arabum* 238
*Scelerata* 319
*Scœnanthum* 31
*Schœnolaguros* 30
*Scœnopraſſum* 102
*Schœnos* 27
*Scilla triplex* 106
*Scirpus* 9.29
*Sclarea* 453
*Scoparia* 403
*Scopa regia Plinij* 213.222.452
*Scordion alterum Plinij* 451.452
*Scordium duplex* 472
*Scordotis* ibid.
*Scordopraſſum* 103.104.106
*Scorpioides* 569. *duplex* 569
*Scorpius* 566. *Plinij* 569
*Scorpiuros* 487
*Scorzonera & eius ſpecies ſex* 536
*Scrophularia* 288. *media* 567. *minor* 610
*Scrophularia & eius ſpecies ſex* 446
*Scutellaria* 470
*Secacul* 272
*Secale duplex* 50
*Secale luxurians* ibid.
*Secales uitium* 23
*Secamone* 600
*Sedum & eius ſpecies uiginti quinq;* 553
*Silago* 352
*Selinum* 267
*Selinum montanum* 259
*Selterayt* 246
*Semen lumbricorum* 238
*Semen Sanctum* 237.238
*Sementina* 237
*Semperuiua* 553
*Senecio & eius ſpecies quinq;* 217. *cæruleus* 517
*Serapiades* 119

Seriphium Dioſcorides 229. germanicum 162
Seris 202.205.206
Seris agreſtis 214
Serpentaria 357.598
Serpentina 351.352
Serpyllum hortenſe 414. ſpecies ſeptem 415
Serrata 473
Serratula 445
Sertula campana 665
Seſamoides 150
Seſamoides magnum 339.387. paruum 217.401
Seſamum 172. ſylueſtre 578
Seſeli 277. eius ſpecies decem 285
Seſeli Aethiopicum 277.286. Aethiopicum Dioſcoridis 542
Seſeli Creticum duplex 285
Seſeli Maſsilienſe duplex 286.287
Seſeli Peloponenſe 282.283.285.287. pratenſe 286
Seſuuium 553
Seutlolapathum 184
Seutomalache ibid.
Syce 579
Sycios Galeni 617. Theoph. 619
Siciliana Italorum 546
Sida Theophraſti 632
Sideritis & eius ſpecies decem 440.452
Sideritis prima 435. altera Dioſcor. 282.440
Sideritis latiſsima 213. latiſsimo folio Plinij 151
Sideritis pratenſis 443
Sideritis tertia 639. quarta Plinij 218
Sigillum Salomonis 601.602
Silaum Plinij 284.286.289
Siler duplex 287
Silago 46.50
Siliquaſtrum & eius ſpecies quinque 255
Silphium 274
Symphytum & eius ſpecies ſeptem 499. 645
Symphytum petræum Dioſc. 410.503
Symphytum petræum triplex 548
Symphonia 194
Sinapi eiuſque ſpecies ſeptem 147.152. agreſte 132.151. album 179
Sinapi perſicum crateuæ 162. ſylu. 152
Sion 484
Sion crateuæ 158. non odoratum 484
Syringa 40
Siſarum 272
Siſer 263. ſylueſtre 272
Siſymbrium 158.429. Dioſc. 431
Siſyrichion 71
Siſon 271
Siſitieteris Plinij 282
Sium 269.270
Smilax cærulea 585
Smilax læuis cuius ſpecies ſex 583
Smilax aſpera & eius ſpecies quinque 585
Smyrnium 270.272.277
Solanum 195.296. eius ſpecies uiginti 297
Solanum eſculentum Gal. 300. hortenſe Dioſcorid. ibid. pomiferum ibid.
Solanum tuberoſum 301
Solatrum 297
Solaris herba 487
Soldanella & eius ſpecies quatuor 588
Soldanella alpina duplex 588
Solidago 506.645
Solidago ſaracenica 517. 523. huius ſpecies 468
Solſequium 207
Sonchus 201. eius ſpecies undecim 203
Sophia 162
Sorgo 53
Spatula fœtida duplex 66
Sparganium 97. duplex 38. Dioſcoridis

ſcoridis 29
Spartum Plinij 25
Spolia 47.48.49
Sphacelus 449.450.451
Sphæritis 532
Sphondylium duplex 275
Spica 409
Spica celtica duplex 295. nardi 34
Spinachia triplex 183
Split 246
Spodium 42
Spumeum papauer 386
Stachys 408. eius ſpecies quinque 447
Stachys Plinij 452
Stachyites 360
Staphis 649
Staphiſagria ibid.
Staphylinus quadruplex 262
Stelephuros Plinij 443
Stellaria aquatica 243
Stephano melis 642
Stergethron 553
Stœbe & eius ſpecies ſex 531
Stœbe Dioſc. 524. Theophr. 362. 526
Stœchas Arabica & eius ſpecies quatuor 408
Stœchas citrina 513.514
Stœchadi citrinæ ſimilis 513
Stramonia 299
Stratiotes uera 222
Strychnos 296.297
Strychnodendron 298
Strumaria 373
Strumea Plinij 610
Strumum 297
Strutheon Theoph. 534.572
Struthium 384.386
Succiſa triplex 533
Sucudus Auicennæ 408
Sultan Zambach 109
Superba 393

## T.

TAbacum 305.306
Tabaxir 42.43
Tal 45
Tanacetum & eius ſpecies 221
Tanacetum album 155. agreſte 643
Tanacetum Africanum triplex 222
Tarchon Sethi 154
Tartuffoli 302.671
Tatula 299
Telephium 196.558. Dioſco.497.568
Telephium aut eius ſpecies quinque 567
Terra merita 37
Tertiola 448
Teſticulus morionis 117.118. hircinus 118.119. uulpis 119.120
Tetrahit anguſtifolia 442. Herbariorum 442
Tetrorchis 123
Teucrium 470.473.474.475. eius ſpecies quatuor 472
Thaliſtrum 162
Thamecnenum 386
Thapſia duplex 258.285. Dioſc.256
Thapſiæ radix 69
Thapſus barbatus 456.457
Theombrotum Plinij 194
Theſion 202
Thymbra & eius ſpecies quatuor 412
Thymus & eius ſpecies quatuor 413
Thyſſelinum Plinij 268
Thlapſi eiuſque ſpecies uiginti nouem 162
Thlaſpi Alexandrinum 165. alyſſon triplex 168. alterum Dioſcor. 136. alterum crateuæ 143
Thlaſpi clypeatum 168. fruticoſum 169. perfoliatum 162
Thlaſpi ſpinoſum 169. uilloſum 163. umbellatum aruenſe 166
Thlaſpi genus 170
Thlaſpidium cornutum 162

Thridax 199.202
Thus terræ 475
Tigridis flos 78
Tinctorius flos 445.517.518
Tipeadi 77
Typha triplex 43
Typha cerealis 47.48.49
Tiphyum 73
Tithymalus et eius ſpecies uiginti ſex 571
Tora duplex 335
Tordilion duplex 285
Tormentilla 649. duplex 652
Tornabona 305
Tota bona 184
Toxica Theoph. 40
Trachelium 142.143
Trachelium θυρσοειδὲς 490
Tragium Dioſcoridis 281.282. altera Dioſcoridis 145.408
Tragium Creticum 546
Tragopogon & eius ſpecies ſex 535
Tragorchis 119
Tragoriganũ Cretenſe 413. Dioſc. 420
Tragoriganũ eiuſq; ſpecies quatuor 422
Tragon 565
Tragus 47
Tragum 33.34.566.567
Traſi 36
Tribulus aquaticus 362. aquaticus minor 360. terreſtris duplex 660
Trifoliũ et eius ſpecies ſexaginta duæ 654
Trifolium maius 444. montanum triplex 656. pratenſe ſex ſpecies 654. acetoſum duplex 656. hepaticum duplex 657. paluſtre ibid. Aſphaltite 658. cochleatum ſeptem ſpecierum ibid. ſcutellatum 659. echinatum duplex 660. peltatum ibid. ſpinoſum 661. ſtellatum 662. ſpicatum quadruplex 663. globoſo flore 664. ſaxatile ibid. alpinum ibid.
Trinciatella 209
Trinitas aquatica 607
Trionum 193
Triorchis 123
Tripolium 294. eius ſpecies tres 355
Triſſago 473
Triticum & eius ſpecies octo 46
Triticum bactrianum 54. murinum 24. nigrum Gal. 443. temulentum 23. uaccinum 444
Tritici uitium 23
Trixago paluſtris 472
Tuber terræ 611
Tubuli ad aſthma 43
Tuero 284
Tulipa & eius ſpecies uiginti ſex 85
Tulipa bulbifera 90. minor quadruplex 91. ramoſa 90
Tunica minima 393
Turbith 258
Turbith nigrum 576. eius ſpecies 580
Turcicum frumentum 54
Turritis 179
Tuſai 111
Tuſſilago eiuſq; ſpecies quinq; 368
Tuſſilago 540. altera 452
Tutia 42

## V.

VAccaria 386
Valeriana & eius ſpecies duodecim 291
Valeriana peregrina purpurea 293. rubra 386
Veratrum album duplex 338
Verbaſcum & eius ſpecies tredecim 454
Verbaſcum coronarium 382. leptophyllum 458
Verbaſcum ſaluifolium 454. ſylu. 437
Verbaſculum & eius ſpecies 460
Verbenaca 435.523. recta 453
Verbena & eius ſpecies quatuor 523
Verbena fœmina 152.218. ſupina 641

Vermicularis 554. arboreſcens 558
Veronica & eius ſpecies ſeptem 469
Veronica maxima 474. fœmina 486. recta 469
Verrucaria 487
Verrucaria chondrilla 216
Veſicaria 671
Vetonica 389.445
Victorialis 72.106
Vinca peruinca Plinij 597
Vincetoxicum 599
Viola alba 83. aquatilis 242. aruenſis 407
Viola barbata 393. calathiana 345. canina 374. equina 346. latifolia duplex 143
Viola mariana 143
Viola matronalis & eius ſpecies quinque 379
Viola martia triplex 373
Viola montana & eius ſpecies ſeptẽ 375
Viola nigra 374. pentagonia 407
Viola tricolor duplex 375. bicolor 376
Viorna 595
Viperaria 537
Virga aurea & eius ſpecies quatuor 521
Viſnaga 263
Viſcaria 387
Vitalba 595
Vrtichella 427
Vitifolia 649
Vitis alba 589. nigra 589.590. ſylueſtris 594.595. Dioſcor. 600
Vitis uinifera & eius differentiæ 592
Vlmaria 276
Vmbilicus Veneris & eius ſpecies ſex 559. alter 615
Vnguentaria 229
Vngula caballina 368
Vnifolium 113
Volubilis 583.584
Volubilis folijs aſperis Meſues 591
Vrceolaris Plinij 384
Vrinaria 208
Vrtica & eius ſpecies ſex 439
Vrtica mortua & eius ſpecies nouẽ 437
Vrtica labeo 433
Vſtilago 51.52
Vua marina 33
Vua paſſa maior 593. minor 594
Vua taminia Plinij 590
Vuæ marinæ 593. zibebæ ibid.
Vulneraria 347
Vuluaria 196
Vuularia 142.603

X.

XAbra 580
Xanthion 373
Xyris duplex 65. maritima 66

Y.

Yſenhüttlin 333
Yuca 331

Z.

ZAcintha 215
Zadura 67
Zatte 619
Zarnabum 67
Zarza parilla triplex 586
Zatarendi 421
Zea & eius ſpecies quatuor 48
Zedoaria & eius ſpecies quatuor 67
Zeopyrum 49
Zimpiber 66
Zingiber & eius ſpecies quatuor ibid.
Zinziber caninum 155.156
Zoophthalmum 553
Zucco marinus 621
Zuccha anguina 624
Zurumbet 67.68
Zygis 415.

FINIS.

# CATALOGVS PLANTARVM IN hoc Libro deſcriptarum.


ABSINTHIVM Ponticum Creticum Belli 670
Acetoſa Cretica ſemine aculeato 182
Acetoſa montana maxima 181
Aethiopis folijs in profundas lacinias diuiſis 459
Alcea Syriaca 634
Aliſma folio glabro 520
Alſine alpina glabra 482
Alſine alpina iunceo folio 482
Alſine folijs profundè inciſis 478
Alſine tridactylites alpina 479
Althæa fruticans folijs bryonice 631
Anagallis aquatica anguſtifolia 485
Antirrhinum folio diſſecto 399
Apium hortenſe maximum 268
Atriplex ſylueſt. lappulas habens 196

Bellis alpina maior prima 505
Bellis alpina maior altera 505
Beta Cretica ſemine aculeato 191
Braſſica ſpinoſa 178
Brunella Italica 504
Brunella minor folio rigido integro 503
Burſa paſtoris maior folio non ſinuato 170
Burſa paſtoris loculo oblongo maior 171
Bryonia Cretica maculata 589

Cacalia tomentoſa 370
Caltha humilis 339
Campanula cymbalariæ folijs 141
Campanula folijs vrticæ latiſs. 142
Campanula linifolia cærulea 139
Campanula rotūdifolia minima 140
Campanula ſerpyllifolia 141
Cannabinæ aquaticæ ſimilis capitulis nutantibus 642
Caryophyllata alpina minor 644
Caryophyllus anguſtifolius, gramini florido ſimilis 396
Caryophyllo aruenſi glabro ſimilis minor 396
Caryophyllus ſylueſtris humilis flore maiore gemino 392
Caucalis ſemine ad caulium nodos echinato 266
Centaurium alpinum luteum 187
Centaurium minus ſpicatum album 544
Chamædrys ſpinoſa 473
Chamædrys ſpuria minor anguſtifolia 475
Chamœſchœnos 30
Chelidonium maius folijs quernis 248
Chondrylla hirſuta rubēte flore 215
Chondrylla purpurea fœtida 669
Chondrilla ſpinoſa 217
Cichorium ſpinoſum 207
Clematis alpina gerani folia 596
Clematis maritima repens ibid.
Conſolida media alpina cęrulea 502
Conſolida regalis peregrina paruo flore 244
Cotyledon minor folijs oblōgis ſerratis 560
Cynogloſſum ſemperuirens 496

Echium rubrum Creticum 490
Elichryſon Orientale 513
Elichryſo ſyl. flore oblōgo ſimili 514
Equiſetum olidum 33
Eruca echinata ſiliqua 149
Eruca paluſtris cærulea 147

Gentianella alpina latifolia magno flore 347
Gentianella omnium minima ibid.
Geranium lucidum 637
Geranium maximum anguſtifolium longiſſima acu 639
Gramen arundinaceum ſpica triticea 8
Gramen bulboſum 21
Gramen bulboſum ex Alepo 22
Gramen caninum marinum ſpica echinata 4
Gramen criſtatum 5
Gramen dactylon tertium ſpicis villoſis 19


Gramen

Gramen iunceum montanum 17
Gramini iunceo ſpicis ſimile 16
Gramen hirſutum maius anguſtifolium 17
Gramen longiſſimum 6
Gramen montanum auenaceum nō lanunigoſum 10
Gramē nodoſum alterum ſpica parua 21
Gramen paniculatum odoratum 5
Gramen tremulum maximum 10
Gramen tremulum minus ibid.
Gramen typhoides maximum ſpica longiſſima ibid.

Heſperis hortenſis flore viridi 380
Hieracium Intybaceum flore magno albido 111
Horminum Syriacum 451
Hyoſcyamus Creticus 305

Iacobea marina maior 219
Iacea incana laciniata 531
Iacea nigra anguſtifolia 529

Lactuca longifolia 200
Lactuca polycephalos 669
Lappa maior lanuginoſis capitulis 372
Leontopodium Creticum 512
Linaria Americana 403
Linaria lutea latifolia peregrina 401
Lithoſpermum minus repens anguſtifolium 672
Lychnis viſcoſa Cretica 387
Lyſimachia Chamænerion dicta alpina 468

Melampyrum luteum anguſtifolium 444
Millefolium cornutum 242
Millefolium Creticum 240
Millefolium vulgare purpureum maius 239
Millefoliū maximū vmbella alba 239
Myagrum monoſpermon 173
Myagro ſimilis ſiliqua rotunda ibid.

Naſturtium alpinum minimum ſiliqua oblonga 166
Naſturtium alpinum minimum capſula naſturtij hortenſis 160
Naſturtium hortenſe criſpum 161
Naſturtium hortenſe latifolium 160
Nigella Cretica 251
Nigella flore maiore pleno 251

Panicum ſylueſtre cum ariſtis 20
Papauer ſpinoſum 311
Perfoliata minor ramis inflexis 543
Piloſella maior erecta 508
Piloſella maior repens glabra ibid.
Plantago anguſtifolia maior altera 349
Plantago anguſtifolio maior in caulem aſſurgens 349
Polygonatum latifolium minus flore maiore 602
Pſyllium minus 354

Ranunculus Creticus albus 329
Ranunculus flammeus Chelidoniæ minoris folio 329
Ranunculus folio rutaceo 321
Ranūculus geranei tuberoſi folio 325
Ranunculus minimus ſaxatilis hirſutus 323
Ranunculus montanus latifolius hirſutus alter 323
Ranunculus paluſtris echinatus 321
Ranunculus racemoſa radice 326
Rapiſtrum monoſpermon 133
Rapūculus alpin[9] ſpicato ſimilis 138

Saluia odore abſinthij flore rubente 450
Sanicula montana longifolia ſerrata 464
Satyrium baſilicum anguſtifolium alterum flore odoratiſſimo 123
Scabioſa argentea anguſto folio 528
Scabioſa peregrina rubra 525
Scandix Cretica 265
Scandici Creticæ ſimiles ibid.
Scandix ſemine noſtrato Italica 264
Schœnolaguros 30
Scrophularia flore luteo 447
Scrophularia Indica ibid.

Sedum alpinum cæruleum 556
Sinapi paruum ſiliqua aſpera 149
Solanum tuberoſum 301
Sphondylium glabrum 275
Stachys Cretica 448
Succiſa hirſuta 534

Teucrio ſimilis Scutellaria 470
Thlaſpi Alexandrinum Cortuſi 165
Thlaſpi perfoliatæ folio maius 163
Thlaſpi villoſum 167
Thlaſpi vmbellatum aruenſe iberidis folio 166
Trifolium alpinum minimum flore magno 664
Trifolium globoſo flore 664
Trifolium peltatum Creticum 660
Trifolium ſaxatile hirſutiſsimum 664
Trifolium ſcutellatum fructu latiore folio obtuſo 659
Trifolium ſpinoſum Creticum cæruleum 661
Trifolium ſtellatum 662
Tuſſilago alpina folio oblongo 369

Valeriana montana prima 292
Valeriana montana altera ibid.
Valeriana peregrina purpurea 293
Verbaſcum folijs ſubrotundis flore Blattariæ 457
Verbena nodiflora 524
Viola alpina folio diſſecto 375.

CASPARI

# CASPARI BAVHINI BASIL. MEDICI BOTANICI ET ANATOMICI ORDIN. IN SVVM PHYTOPINACEM

## PRÆFATIO.

*Philoſophus 1. de partibus animalium 5. eiuſq; diſcipulus Theophraſtus in Plantarum hiſtoriâ, luculenter docuêre, nullum vel deſpicatiſsimum naturæ operum eſſe, quod mortalium philoſophātium cognitione & admiratione indignum ſit dicendum: cùm nulla res ſit naturæ, in quâ non mirādum aliquid inditum habeatur, imò in omnibus naturæ numen & honeſtum & pulchrum inſit. Quare cùm propoſitum ſit* PLANTARVM *hoc noſtro ſeculo deſcriptarum enumerationem, (quarum omnium particularem deſcriptionem in vniuerſali hiſtoriâ meditamur, Deo vitam largiente) certâ aliquâ methodo proponere, à* GRAMINE *tāquam vulgatiſsimâ plantâ exordiri placet: nam cùm natura nihil fruſtrà faciat, nec machinetur, ex 2. de generatione animalium 4. & graminis erit vſus. Omnia namq; hominum gratiâ eſſe creata, vt res ipſa loquitur, ſic etiam Philoſophus 1. Politicorum 5. atteſtatus eſt. Siquidem Plantæ animalium ſunt gratiâ, & cætera animalia hominum cauſâ: manſueta quidem, propter vtilitatem & cibum: fera verò (etſi non omnia, at plurima illorum) propter cibum & alia adiumenta, vt & veſtes ac cætera inſtrumenta ex illis fiant. Ad rem ergò, Deo duce & gratiam largiente, à quo omnia & ſine quo nihil accedamus, ipſiuſq; omnipotentiam, ſapientiam & bonitatem in tot millibus Plantarum creandis admiremur & prædicemus, proq; ingenij noſtri modulo* TRINVNO *concedente, explicemus, ad Altiſsimi ſui nominis gloriam, proximiq; noſtri vtilitatem, eo modo, quo & in explicatione fabricæ humani corporis, in noſtris ſcriptis publicè datis, vſi ſumus.*

# LIBER PRIMVS.

## SECTIO PRIMA.

### *De Graminibus.*

GRAMEN à gradiendo, quòd vt habet Dioſcorides lib. 4. cap. 30. geniculatis ſerpat ramulis: vel à gignendi fœcunditate, ſiquidem crebrò à ſe nouas radices ſpargat, dictum eſt. Græcis ἄγρωστις, quaſi agreſtis, παρὰ τῶν ἀγρῶν, quòd in agris proueniat. Theophraſto 7. de hiſtoriâ plantarum 9. πόα herba, quaſi omnium herbarum vulgatiſsima, cuius nomine Gallis abſolutè herba dicitur. Huius licet Dioſcorides quatuor tãtùm fecit genera, primum, quod ipſi ἄγρωστις nominatur: alterũ, quod καλαμάγρωστις, arundinaceũ: tertium, quod in Parnaſſo: & quartum quod in Ciliciâ prouenit. Plinius naturalis hiſtoriæ lib. 24. cap. 19. primum geniculatum, alterum Parnaſſi, tertium aculeatum, quod trium generum: primum, cui in cacumine quini aculei, δάκτυλον: alterum, quod Aizoo ſimile: tertium quod tenue, & in tegulis prouenit: quartum denique Babylonicum, quod Dioſcoridis καλαμάγρωστις eſt.

Poſteriores tamẽ plures Graminũ propoſuêre differentias, vt Tragus, Dodonæus, qui ſeptẽdecim: Lobol⁹, qui quadraginta ſeptem: Lugdunẽſis herbarij Autor, qui quadraginta tres: & Tabernæmontanus, qui ſexaginta & aliquot graminum icones delineari curauit. Verùm tantus eſt naturæ luſus in Graminibus, vt præter varietates à priſcis & neotericis propoſitas, plures adhuc dentur ſpecies. Cuius nomine cùm inter noſtras quas habemus plantas, circiter cẽtum Graminum ſpecies videri poſſint, de ijs ordine. In hanc tamen claſſem Bromum, Phœnicem, Lolij & Auenæ ſterilis ſpecies, cùm & ipſa graminei ſint generis, referemus.

Ex his

Ex his infinitis graminum generibus quædã in vſum Medicum veniunt, quædam verò non. Ex his rurſus quædam animantia depaſcuntur, vt boues & ejuſmodi, cùm viridia ſunt, & etiam cùm ſicca, iamq; fœnum factum eſt, ac in pratis potiſſimùm proueniunt: hæc anguſtis folijs & gracilibus culmis prodeunt. Quædam ſpicâ ſimplici, vt panici, milij, lolij, hordeī, tritici, aut alterius frugis: hæcq; vel ſine ariſtis, vt cauda vulpis: vel cum ariſtis, vt hordeum murinum. Quędam ſpicâ ſunt inæquali: & eâ aut ramoſâ, aut ex racemulis conſtante, aut aliter diſiunctis ſeminibus: ſic quædam propriam ſpicã aut iubã, aut panniculã proferunt. Quædam denique parũ aut nihil vtilia ſunt: quorum quædã locis paluſtribus & vdis: quædam verò aridis & apricis proueniũt.

---

*I.*

Gramen Officinarum: Caſparo Bauhino.

Gramen canarium Lobelio in Iconibus pagina 20. & obſeruationibus pag. 11.

Gramen Dodonæo in Folio latino pagina 548. pemptade 4. libro 4. capite 1.

---

*II.*

Gramen caninum ſupinum.

Gramen caninum ſupinum Lob. in icon. pag. 21.

Graminis primi Dioſcoridis ſpecies minima. Thalyo in ſuâ Harcyniâ pag. 50.

---

*III.*

Gramen caninum ſupinum maritimum.

Gramen geniculatum caninum marinũ Lob. icon. pag. 21.

Gramen caninum tertium Tabernæmontano in folio pag. 641. lib. 1. ſectione 6. cap. 1. & icon. pag. 203.

---

*IV.*

Gramen caninum ſupinum maritimum alterum.

Gramen caninum longius radicatum marinum alterum Lob. icon. pag. 22.

Gramen caninum quartum Tabern. fol. pag. 641. lib. 1. ſect. 6. cap. 1. & icon. pag. 203.

---

*V.*

Gramen caninum marinum ſpicâ echinatâ. Hoc à Doctore Zvvingero ex littore Veneto accepim⁹, quod tamen & circa Monſpolium reperitur, nec à quoquam deſcriptum cenſemus. Eſt autem Gramen paruum ramoſum repens, calamis rufeſcentibus: folijs paruis acuminatis glabris, in circuitu hirſutis aſperis. Spicæ ex pluribus ſeminibus aſperis echinatis & pulchris componuntur. Radices habet oblongas, capillares, multas, easque albas & aſperas.

---

*VI.*

Gramen caule geniculato.

Gramen geniculatum vel tertium Tabern. fol. pag. 638. lib. 1. ſect. 6. cap. 1. & icon. pag. 200.

---

*VII.*

Gramen vulgare, πόα Theophraſti.

Gramen pratēſe Lobel. icon. pag. 1. & obſer. pag. 9.

Gramen pratenſe primum Dod. Fol. lat. pag. 550. pempt. 4. lib. 4. cap. 1.

---

*VIII.*

Gramen vulgare alterum.

Gramen minus Aduerſarijs pag. 2.

Gramen minus vulgare Lobel. icon. pag. 1.

---

*IX.*

Gramen pratenſe flore ex pallido flaueſcente.

Gramen anthoxanthon Dalech. Lugd. pag. 426. lib. 4. cap. 30.

X. Gra-

*X.*

Gramen pratenſe cuius ſpicam folium inſtar veſicæ amplectitur.

Gramen pratenſe Dalechampij Lugd. pag. 425. lib. 4. cap. 30.

*XI.*

Gramen folio aſpero, nonnunquam articulato.

Gramen ſpicatum Dalechampij Lugd. pag. 427. lib. 4. cap. 30.

*XII.*

Gramen criſtatum.

Radicum capillamẽtis oblongis, albicantibus plurimis abundat, quæ in vnum veluti ceſpitem coëuntia, deorſum repunt: culmis plurimis ſeſquicubitalibus diſtinctis, paucis geniculis donatis: folijs breuibus, anguſtis, paucis circa caulem: ſpicâ tenui, oblongâ, pallidè virẽte, quæ plurimas criſtas, vel capitis gallinacei ſemen ſatis refert: huius nomine criſtatum vocamus, cùm huius deſcriptionem apud neminem legerimus: Kammgraß. Prouenit ad mœnia noſtra, inter portas Spaleam & Lapideam. Verùm in monte Waſſerfall multò elegantius obſeruauimus.

*XIII.*

Gramen panniculatum odoratum.

Radicibus ſerpit candidis geniculatis, ex quibus caulis prodit bicubitalis, geniculis paucis diſtinctus, folijs eiuſdem penè cum caule longitudinis, nonnunquam & panniculum ſuperantibus, anguſtis, in acumen faſtigiatis, ſuauiter olentibus, cuius culmo pannicula parua, leuiterque ſparſa inſidet.

Hoc in monte Regio Boruſſiæ Gramen Mariæ nuncupant, apud quos propter odoris fragrantiam in faſciculos colligitur, & veſtibus ad gratum odorem con-

ciliandum interponitur, vt Cl. Doctor Dauid Vaſmarus Lubecenſis Medicus perſcripſit, ipſamq; plantam, vnà cum alijs tranſmiſit.

---

*XIV.*

Gramen panniculatum aruenſe.

Gramen minimum Aduerſ. pag. 2.

Gramen minimum Xerampelinum Narbonenſe atque etiam Belgicum Aduerſariorum pag. 2. & Lobel. icon. pag. 2.

Hoc variat panniculâ quo ad colorem, modò namq; viret, modò rubet, quare Tabern. in icon. pag. 206. & 207. duas proponit icones albi & rubri nomine.

---

*XV.*

Gramen longiſſimum.

Montembelgardi à fratre Ioh. Bauhino oſtēſum gramen longiſſimum, duorum & trium cubitorum, folijs cyperi æmulis, panniculis paruis & breuibus: radice ſerpenti. Hoc in ſyluis Montembelgardenſibus prouenit, & quidem vltra pagum Coutenant, vbi ruſtici ex hoc gramine equis aratra trahentibus torques conficiunt. Sic in pago Champigim Luderenſis diocœſis, fratri data chlamys paſtoralis, quali opiliones aduerſus pluuiā vtuntur: eſt autem cannabis decorticatæ inſtar, & folia ex funiculo dependent.

---

*XVI.*

Gramen minimum inſtar glebæ ampliuſculæ.

Gramen minimum Dalechampij. Lugd. pag. 424. lib. 4. cap. 30.

---

*XVII.*

Gramen panniculatum molle.

Gramen lanatum Dalechampij. Lugd. pag. 425. lib. 4. cap. 30.

*XVIII.* Gra-

*XVIII.*

Gramen panniculatum ſegetum.

Gramen ſegetum panniculâ ſpecioſâ latiore Lobel. icon. pag. 2.

Gramen ſegetale ſiue aruenſe panniculatum Taber. fol. pag. 638. & 642. lib. 1. ſect. 6. cap. 1. & icon. pag. 203.

*XIX.*

Gramen ſegetum panniculâ arundinaceâ.

Agrorum venti ſpica & gramē agrorum latiore arundinaceâ comoſâ panniculâ Lobel. icon. pag. 3.

Gramen harundinaceum aruenſe Tabern. fol. pag. 648. lib. 1. ſect. 6. cap. 2. & icon. pag. 212.

*XX.*

Gramen panniculâ pendulâ aureâ.

Gramen aureum Dalechampij Lugd. pag. 430. lib. 4. cap. 30.

*XXI.*

Gramen panniculâ miliaceâ.

Miliaceum gramen Lobel. icon. pag. 3.

Gramen miliaceum Tabern. fol. pag. 639. & 642. lib. 1. ſect. 6. cap. 1. & icon. pag. 205.

*XXII.*

Gramen panniculatum aquaticum.

Gramen maius aquaticum Lobel. icon. pag. 4.

Gramen harundinaceum panniculatum Tabern. fol. pag. 648. & 649. lib. 1. ſect. 6. cap. 1. & icon. pag. 211.

*XXIII.*

Gramen panniculatum aquaticum alterum.

Gramen anatum Trago pag. 682. lib. 2. cap. 34. ſine icone.

Gra-

Gramen aquis innatans Lobel. icon. pag. 12.

---

*XXIIII.*

Gramen aquaticũ ſpicatum: & Lobel. icon. pag. 13.

Gramen fluuiatile album Tabern. fol. pag. 653. li. 1. ſect. 6. cap. 6. & icon. pag. 217.

---

*XXV.*

Gramen aquaticum geniculatum Tabern. fol. pag. 653. lib. 1. ſect. 6. cap. 5. & icon. pag. 215.

---

*XXVI.*

Gramen variegatum.

Gramen ſulcatum vel ſtriatum album Aduerſ. pag. 3. & Lob. icon. pag. 4.

---

*XXVII.*

Gramen Sorghi effigie: & Lobel. icon. pag. 5.

Gramen ſorghinum Tabern. fol. pag. 639. & 642. lib. 1. ſect. 6. cap. 1. & icon. pag. 205.

---

*XXVIII.*

Gramen arundinaceum aquaticum.

Καλαμάγρωστις vel harundinaceum fortè Babylonicum Aduerſ. pag. 3.

Calamogroſtis Lobel. obſer. pag. 12. & icon. pag. 6.

---

*XXIX.*

Gramen arundinaceum alterum.

Gramen arundinaceũ maius Tabern. fol. pag. 647. & 648. lib. 1. ſect. 6. cap. 2. & icon. pag. 211.

---

*XXX.*

Gramen arundinaceum ſpicatum.

Gramen arundinaceum minus Tabern. fol. pag. 648. & 649. lib. 1. ſect. 6. cap. 2. & icon. pag. 212.

---

*XXXI.*

Gramen arundinaceum ſpicâ triticeâ.

Radici-

Radicibus ſerpit oblongis, geniculatis, nodoſis, candidis, quæ caules proferunt ſeſquicubitales rotundos, aliquot geniculis diſtinctos: ſpicâ oblongâ triticeâ, ariſtis carente, glumis paucis oblongis ſimilibus ei tritico, quod Fuchſio triticum primum alijs ſpica mutica dicitur. Folia obtinet arundinacea, dura, anguſta, oblonga in acumen faſtigiata, quę ab vnâ caulis partę ſunt diſpoſita. Weitzengraß lubet appellare. Locis arenoſis, vt circa Kliben prouenit. Similitudinem quandam habet cum gramine aquatico harundinaceo panniculato Tabern. pag. 653. lib. 1. ſect. 6. cap. 5.

---

*XXXII.*

Gramen tomentoſum & acetoſum Lob. icon. pag. 6.

An Graminis arundinacei alia ſpecies Thalyo harcyn. pag. 52?

---

*XXXIII.*

Gramen arundinaceum montanum.

Scirpi primum genus Trago pag. 684. lib. 2. cap. 41.

---

*XXXIIII.*

Gramen foliolis iunceis primum.

Gramen iunceum Dalechampij Lugd. pag. 425. lib. 4. cap. 30.

---

*XXXV.*

Gramen foliolis iunceis ſecundum.

Exile gramen durius Lob. obſer. pag. 9. & icon. pag. 7.

---

*XXXVI.*

Eragroſtis ſeu gramen elegantiſsimis panniculis.

Gramen amourettes Cluſio hiſtoria Hiſpanica pag. 500. lib. 2. cap. 100.

Gramen panniculoſum phalaroides Lobel. obſeru. pag. 11. & icon. pag. 7.

---

*XXXVII.*

Gramen tremulum maius.

Lolium decimũ & Aegylops Plinij Trago pag.670. & 671.lib.2.cap.35.

Phalaris pratenſis minor, Aduerſ. pag. 16. & Lobel. icon. pag.44.

---

*XXXVIII.*

Gramen tremulum maximũ, vocamus prædicti graminis ſpeciem, quod quintuplo maioribus eſt panniculis: quod in monte Rua apud Monachos, non longè Patauio Anno 1578.collegimus, quamuis & in montibus Eugantis proueniat, an fortè hanc intelligat Cuſalpinus pag.193.lib.4.cap.66.ſub phalaride alterâ.

---

*XXXIX.*

Gramen tremulum minus.

Radicibus nititur ruſeſcentibus, hûc illûc vagis, folijs gramineis virentibus, anguſtioribus, acuminatis: culmi ſunt palmares duo tréſve foliati, vno alteróve geniculo diſtincti: folium quod culmum parte ſuperiore cingit, ſic eum obuoluit, vt veſicæ ſpeciem referat, & ſuo acumine, vel ſuperet, vel ſaltem adęquet iubam, quæ multis laminulis lenticulæ ſimilibus ſquammatis, non tamen vt in Eragroſti, ſeu gramine amourettes dicto, oblongis, ſed rotundis tenui filo adpenſis conſtat. In pratis noſtris montoſis prouenit, & vulgò Haſenbrot dicitur. An hoc graminis loliacei ſpecies parua apud Thalyum in ſuâ Harcyniâ?

---

*XL.*

Gramen montanum auenaceum lanuginoſum.

Gramen montanum auenæ ſemine Cluſio hiſt. Pannonica pag.719.lib.4.cap.25.

---

*XLI.*

Gramen montanum auenaceum non lanuginoſum.

Ex

Ex radice tenui, graminis vulgaris modo antrorſum ſerpente, alba, capillaribus fibris vtrinq; donata, culmi ſimplices, penè cubitales, circa radicem purpuraſcentes exurgunt, cōmuniter vnus, rariùs ex vnâ radice plures, qui in tenuem ſpicam vix ramoſam, glumis non vt in priori vtrinq;, ſed vt plurimum ab vnâ parte ſitis: qui in priori flaueſcentes albicant & ſplendent inſtar bombycis, lanuginoſiq; ſunt, at in hoc minimè lanuginoſi, qui foris ex nigro purpuraſcunt, intusq; albicant. Folijs donatur paucis anguſtis, duplo triploq; quàm priores latioribus, acuminatis, circa radicem breuibus, at circa caulem, quem duo triáve cingunt, longioribus, communiter ſpicam ſuperantibus. Iulio & Auguſto reperimus in mōtanis, vmbroſisq; circa arcem Badenvvilam in Marchionatu & Richenſtein Baſileenſium, quod aliquid cum gramine montano ſpicato Cluſij hiſt. Pann. pag. 717. cap. 25. lib. 4. ſimilitudinis habet.

---

*XLII.*

Gramen capitulo globoſo.

Gramen lucidum Tabern. fol. pag. 639. & 642. lib. 1. ſect. 6. cap. 1. & icon. pag. 206.

---

*XLIII.*

Gramen phalaroides.

Gramen phalaroides alterum Lobel. icon. pag. 8.

---

*XLIIII.*

Gramen typhoides maximum ſpicâ longiſſimâ.

Ex radice nodosâ, cui fibræ exiguæ & plurimæ adnaſcuntur, culmus vnicus erigitur rectus, ſeſquicubitalis, internodijs rarioribus diſtinctus: qui in rectam, teretem, palmarem ſpicam, tactu mollem, vireſcentem, in maturitate albicantem, deſinit, cuius vtriculi oblon-

giuſculas & copioſas ariſtas exhibent. Folijs eſt gramineis, paucis, oblongis, maioriq́; parte caulem veſtientibus. Multum conuenit cum gramine τυφοειδεῖ maiore & molli apud Thalyum in ſuâ Harcyniâ. In Ducatu Vvirtenbergico circa Gœppingam Anno 1592. cùm in acidulis Illuſtriſſimo Comiti Bernhardo ab Ortenburg adeſſemus, vbi inter fruteta copiosè prouenit, menſe Iulio, collegimus.

---

*XLV.*

Gramen typhoides molle.

Gramen alopecuroides Lob. icon. pag. 8.

Gramen alopecurinum 1. Tabern. fol. pag. 640 & 643. lib. 1. ſect. 6. cap. 1. & icon. pag. 208.

---

*XLVI.*

Gramen typhoides aſperum latifolium.

Gramen typhinum Lobel. obſeruat. & icon. pag. 10.

---

*XLVII.*

Gramen typhoides aſperum anguſtifolium.

Gramen typhinum 2. Tabern. fol. pag. 655. lib. 1. ſect. 6. cap. 7. & icon. pag. 218.

---

*XLVIII.*

Gramen typhoides ſpicâ multiplici.

Gramen typhinum 3. Tabern. fol. pag. 655. lib. 1. ſect. 6. cap. 7. & icon. pag. 218.

---

*XLIX.*

Gramen typhoides repens.

Gramen alopecuroides minus alterum Lobel. icon. pag. 9.

Gramen alopecurinum 2. Tabern. fol. pag. 641. & 643. lib. 1. ſect. 6. cap. 1. & icon. pag. 209.

---

*L.*

Gramen typhoides repens alterum.

Gra-

Gramen alopecuroides minus Lob. icon. pag. 9.

Gramen alopecurinum tertium Tabern.fol.pag. 641.& 643.lib.1.ſect.6.cap.1.&icon.pag.209.

*LI.*

Gramen alopecuroides aſperâ ſpicâ eſt graminis ſpecies Monſpelij.

Gramen echinatum Dalech. Lugd. pag. 432. lib. 4. cap.30.

*LII.*

Gramen folijs Caryophyllatæ latifolium.

Gramẽ ſpicatum folijs betonicæ garyophyllatæ Lobel.icon.pag.10.

Gramen nigrum Lugd.pag.1004.lib.9.cap.6.

*LIII.*

Gramen folijs caryophyllatæ anguſtifolium.

Hoc à priori differt foliorum anguſtiâ, dein & cauliculis,qui in hoc & tenuiores & longiores,quàm in priori,ſunt,& vt prius in pratis, ſic hoc in montoſis Mutetæ locis Maio florens obſeruatur.

*LIIII.*

Gramen Alpinum præcipuum.

Gramen Alpinũ quoddam Rabinum cognominatũ Geſnero de hort. Germ. pag. 260.b. Apud neminem iconem hactenus reperimus.

*LV.*

Gramen ſpicatum folio triangulo.

Gramen vulgo cognitũ Trago pag.678.lib.2.cap.37.

Gramen triangulum Lugd. pag. 1004.lib.9.cap.6.

*LVI.*

Gramen ſpicatum latifolium caule triangulo.

Gramen cyperoides Lob. icon. pag. 11. Obſeruat. pag. 10.

*LVII.*

Gramen cyperoides anguſtifolium.

Differt à priori potiſſimùm foliorum formâ, quę in hoc duplo anguſtiora, acutiora, & longiora.

*LVIII.*

Gramen cyperoides ſpicâ molli.

Gramen paluſtre maius Lobel. icon. pag. 11.

*LIX.*

Gramen cyperoides paluſtre primum.

Gramen paluſtre cyperoides Lobel. icon. pag. 19.

Gramen cyperinum paluſtre Tabern. fol. pag. 656. lib. 1. ſect. 6. cap. 8. & icon. pag. 220.

*LX.*

Gramen cyperoides paluſtre alterum.

Gramen cyperoides paruum aquaticum Lob. icon. pag. 19.

Gramen cyperinum paluſtre minus Tabern. fol. pag. 656. & 657. lib. 1. ſect. 6. cap. 8. & icon. pag. 220.

*LXI.*

Gramen cyperoides minimum panniculâ ſubflauâ.

Calamogroſtis tertia (quo ad iconem) Trago pag. 679. lib. 2. cap. 37.

Iuncus exiguus pratenſis eidẽ pag. 686. libr. 2. ca. 43.

*LXII.*

Gramen cyperoides minimum panniculâ nigricãte.

Variat hoc gramen calore panniculæ quę in illo ſubflaua, in hoc, obſoleto colore nigricat, hocq; illo maius eſt, in eodem tamen loco vtrũque, vt apud nos in pratis vdis Michelfeldenſibus reperitur.

*LXIII.*

Pſeudocyporus primus ὀλιγόκαρπος.

Pſeudo-

Pſeudocyperus Lob.icon.pag.76. & Dod.pag.337. pempt.3.lib.1.cap.14.

Duûm eſt generum, maior & minor.

---

*LXIIII.*

Pſeudocyperus ſecundus ſeu πολύκαρπος.

Cyperus graminea ſiue mileacea Lobel. icon.pag. 79.& Aduerſ.pag.38.

---

*LXV.*

Gramen cyperoides panniculâ ſparsâ.

Gramen cyperoides aquaticum vulgatius Lob.icon. pag.20.

Gramen Cyperinum maius Tabern.fol.pag.657.lib. 1.ſect.6.cap.8.& icon.pag.221.

---

*LXVI.*

Gramen iunceum ſemine triangulari.

Gramen aquaticum alterum Lobel.icon.pag.12.

Arundo minima Lugd.pag.1001.lib.9.cap.5.

Notandum in huius graminis ſummitate, ſæpè ad ramulum iunceum adponi & alterum ramulum cum panniculâ, quæ ſimilis eſt panniculæ graminis cyperoidis panniculâ ſparsâ.

---

*LXVII.*

Gramen iunceum ſpicatum ſeu triglochin.

Calamogroſtis ſecunda (quo ad iconem) Trago pag. 679.lib.2.cap.37.

Gramen marinũ ſpicatum alterũ Lobel.icon.pag.17.

Gramen triglochin ſeu vermiculatum Dalech.Lugd. pag.431.lib.4.cap.30.iconem habet meliorem quo ad fructum quam Lobel. At flores figura Tragi rectiùs exprimit, vt & Tabern.pag.224.iconum.

---

*LXVIII.*

Gramen ſpicatum alterum maritimum.

Gramen

Gramen marinum ſpicatum Lobel.icon.pag.16.

Gramini montano ſpicato ſimilem in maritimis Flādriæ legi.Cluſius hiſt.Pann.pag.719.lib.4.cap.25.

---

*LXIX.*

Gramen ſpicatum ſertum & montanum.

Gramen montanum ſpicatum Cluſ. hiſt. Pann. pag. 717.lib.4.cap.25.

---

*LXX.*

Gramen iunceum alterum.

Gramen iunceum maritimum Lobel.icon. pag. 18.

Gramen iunceum tertium. Tabern. fol. pag. 659. & 660.lib.1.ſect.6.cap.10. & icon.pag.224.

---

*LXXI.*

Gramini iunceo ſpicis ſimile. Simile eſt quo ad ſpicam & paniculas, & latiore folio, vt graminis latifolij garyophyllati in publ.herbatione M.Iacobus Cargillus prope arcē Richenſtein obtulit, quod & ſupra Crentzachum reperitur.

---

*LXXII.*

Gramen iunceum tertium.

Gramen iunceum marinum denſè ſtipatum Lob. icon. pag.17.

Gramen iunceum quintum Tabern.fol.pag.660.lib. 1.ſect.6.cap.10.& icon.pag.225.dicitur Gramen iunceum aquaticum minus.

---

*LXXIII.*

Gramen iunceum quartum.

Gramen iunceum primū Taber.fol.pag. 658.& 659. lib.1.ſect.6.cap.10. & icon.pag.223.dicitur Gramen iunceum ſyluaticum.

---

*LXXIIII.*

Gramen iunceum quintum & maius.

Gra-

Gramen iunceum ſecundum Tabern. fol. pag. 659. lib. 1. ſect. 6. cap. 10. Eidem Gramen iunceum aquaticum maius in icon. pag. 223.

*LXXV.*

Gramen iunceum montanum, vocamus Gramen quoddam in multis cũ gramine maritimo Dalechampij conueniens, vtpotè caule & capite.

Radice eſt lęui fibroſa, folijs binis ternisúe circa radicem palmaribus, caule iunceo, læui, enodi & nudo, pedalem altitudinem ſuperãte: capite inſtar phalaridis ſquammoſo in apicem deſinẽte, ex albo leuiter ruffeſcente, foliolis duobus vtrinque ſubiectis rigidis, altero longiore deorsùm vergente, altero triplo breuiore rectà extenſo. Prouenit in montis Baldi ſummitatibus.

*LXXVI.*

Gramen maritimum.

Oxyagroſtis maritima Dalechampij Lugd. pag. 1391. lib. 12. cap. 26.

*LXXVII.*

Gramen hirſutum maius latifolium.

Gramen hirſutum nemoroſum Lobel. icon. pag. 16.

Combretum Plinij Anguill. lud. 11. pag. 179.

*LXXVIII.*

Gramen hirſutum minus latifolium.

Gramen nemorũ Dalech. Lugd. pag. 429. lib. 4. ca 30.

*LXXIX.*

Gramen hirſutum maius anguſtifolium.

Radice eſt exigua fibroſa ruffeſcente, ex qua exurgit caulis vnicus cubitalis, aliquando ſeſquicubitalis, lęuis, nullis geniculis diſtinctus: folijs circa radicem quaternis aut ſenis, alijs & ipſum caulem cingẽtibus, anguſtis, acuminatis, palmaribus, villoſis, præſertim vbi ex caule prodeunt, panicula in caulis ſummitate, rariùs namq;

C diſtincta

diſtincta panicula alia infra ſuperiorem prodit, quod ſi fiat & ei folium anguſtum in acumen deſinens & ſemipalmare additur) albeſcēte, molli, leuiter ſparsâ, ex multis laminulis compoſitâ, in quarum qualibet ſemina minuta, ſubrotunda, ſubnigra, quam vtrinque folium vnum cingit, quorum alterum paniculam ſuperat, alterum nō adæquat. Prouenit in noſtris paludoſis Michelfeldēſibus. Multum habet ſimilitudinis cū icone graminis nemoroſi Dalechampij apud Lugd. pag. 429. lib. 4. ca. 30. plus verò cū eiuſdē gramine leucanthemo pag. 426. & tamen diuerſum. Vtrunq; namque habemus.

*LXXX.*

Gramen hirſutum paniculis albis. (cap. 30.
Gramē Leucāthemon Dalech. Lugd. pag. 426. lib. 4.
Aeſchynomenē dici apud Plin. Guilandinus cēſebat.

*LXXXI.*

Gramen hirſutum cyperi paniculâ.
Gramē caule hirſutū cyperoides. Lobel. icō. pag. 15.
Gramen cyperinum piloſum Tabern. fol. pag. 655. & 656. lib. 1. ſect. 6. cap. 8. & icon. pag. 219.
Hoc quoq; latioribus & anguſtioribus variat olijs.

*LXXXII.*

Gramen nemoroſum primum.
Gramen ſyluaticum primum Tabern. fol. pag. 661. lib. 1. ſect. 6. cap. 11. & icon. pag. 226.

*LXXXIII.*

Gramen nemoroſum alterum.
Gramen ſyluaticum tertium Tabern. fol. pag. 661. & 662. lib. 1. ſect. 6. cap. 11. & icon. pag. 227.

*LXXXIIII.*

Gramen ἐπιγονατόκαυλον.
Holoſtium Matth. edit. Ital. pag. 634.

Holo-

Holoſteum Matthioli Lobel. icon. pag. 18.

Hoc duplex obſeruauimus, erectum & repens, cum repente melius conuenit Herbarij Lugdun.

Graminis nemoroſi figura pag. 429.

---

*LXXXV.*

Gramen paluſtre aculeatum.

Gramen paluſtre echinatum. Lobel. icon. pag. 15.

Gramen aculeatum Lugd. pag. 1003. lib. 9. cap. 6.

---

*LXXXVI.*

Gramen aculeatum alterum.

Gramen aculeatum Matthiol. fol. lat. pag. 641. lib. 4. cap. 28. in 4. icon pag. 668.

---

*LXXXVII.*

Gramen Dactylon primum folio latiore.

Sanguinaria Neuenaræ, quod eſt crus galli Trago pag. 714. lib. 2. cap. 56.

Achœmon vulgare Aduerſ. pag. 4. Lobel. icō. pag. 24.

In hortorum areis & ſcrobibus, variat ſpicis plerunq; quinis & ſenis: rarò quaternis, rariſſimè ternis.

---

*LXXXVIII.*

Gramen Dactylon ſecundum folio arundinaceo.

Gramē Cluſ. hiſt. Hiſpan. pag. 497. li. 2. ca. 100. (23.

Gramē canariū alterū Lob. Obſ. pag. 12. & icon. pag.

---

*LXXXIX.*

Gramen dactylon tertium ſpicis villoſis.

Alterū genus eſt ipſius primi, quod ex radice exili culmis cubitalibus, aliquantum geniculatis purpuraſcentibus, exurgit: folijs pauciſſimis, primo duplo anguſtioribus, ſed ſpicâ ſimili, verùm lanuginoſâ, molli, purpuraſcente, plures in partes diuiſâ, ita vt ſectiones denas & etiam pauciores habeat: cuius ſpicæ ſingulæ vtrinque ad vtriculos, in quibus ſemen, ariſtas

oblongas, flauas obtinent. Hoc locis incultis & in agris vbique obuium videtur.

Iſchœmum ſecundum Tabern. fol. pag. 658. lib. 1. ſect. 6. cap. 9. & icon. pag. 222.

*XC.*

Gramen dactylon Aegyptiacum.

Neiemelmſaleb ſiue Gramen crucis Aegyptijs Alpino pag. 48. cap. 40.

*XCI.*

Gramen dactylon eſculentum.

Gramen mannæ Matthiolo lat. fol. pag. 640. lib. 4. ca. 28. & in 4. icon. pag. 665. ſanguinella eidem edit. Ital. pag. 1054. lib. 4. cap. 34.

Gramen mannæ eſculentum Lobel. obſer. pag. 13. & icon. pag. 24.

*XCII.*

Gramen quod panicum ſylueſtre ſine ariſtis.

Panicum ſylueſtre Matth. fol. lat. pag. 314. lib. 2. cap. 91. Ital. pag. 431. lib. 2. cap. 88. icon. in 4. pag. 174.

Gramen mannæ alterum Dodon. fol. lat. pag. 549. pemp. 4. lib. 4. cap. 2.

Variat quod ſubinde ſingularem ſpicam, non rarò multiplicem ac ex pluribus conſtantem habeat, eamq; quandoq; herbacei coloris, aliàs in rubore nigricãtem.

*XCIII.*

Panicum ſylueſtre cum ariſtis.

Huius & altera ſpecies, quæ per omnia priori reſpondet, niſi quòd ſpicæ vtriculi in oblongam ariſtam deſinant.

*XCIIII.*

Panicum ſylueſtre ſimplici ſpica vel Milium ſylueſtre.

Loliũ ſextũ Trago pag. 671. lib. 2. cap. 35. ſine icone.

Pani-

Panici effigie gramen ſimplici ſpicâ Lob.icon.pa.13.

*XCV.*

Panicum ſylueſtre ſpicâ aſperâ.

Lolium ſeptimum Trago.pag. 671. lib.2. cap. 35. ſine icone.

Panici effigie gramen ariſtis circumuallatum Lobel. icon.pag. 14.

*XCVI.*

Panicum ſylueſtre ſpicâ nigrâ.

Panici effigie gramen tertium Lob. icon.pag. 14.

Gramen paniceum tertium Tabern. fol. pag. 662. & 663.lib.12.ſect.6.cap.12.& icon.pag. 229.

*XCVII.*

Gramen nodoſum auenaceâ paniculâ.

Gramen bulboſum nodoſum Aduerſ. pag.2. & Lob. icon.pag. 23.

*XCVIII.*

Gramen nodoſum alterum ſpicâ paruâ.

Gramen hoc nodoſum licet cognatum ſit priori, differt tamen ratione ſpicæ. Radice eſt nodoſa albicante, duobus nodis ſibi inuicem impoſitis, quorum inferior maior, cui paruæ fibroſæ radiculæ adhærent, caule ſeſquicubitali leui, internodijs aliquot diſtincto, circa quę folia pauca : in ſummitate caulis ſpica vnica, breuis, mollis, typhini graminis forma. Prouenit in dumetis vdis circa Befordiam, vbi à fratre Ioh. Bauhino Illuſtriſ. Ducis Vvirtenbergici Medico collectum fuit, ſiccumq; communicatum.

*XCIX.*

Gramen bulboſum vocamus plantam elegantiſſimã, quam hactenus nec depictam vidimus, nec deſcriptionem legere licuit, quod à Cl. D. Doctore Dauide Vaſ-

maro Philoſophiæ & Medicinæ Doctore apud Lubecenſes Anno 1592. vnà cum alijs accepimus, cuius verba ſubijciamus. Alterum illud bulboſum in ripâ noſtri fluminis Trauæ inueni, fluctibus fortè proiectum: terrę adfixum videre non licuit: abſq; dubio ſub aquis naſcitur, quod foliorum contemplatio facilè docet. Imbecilliora enim ſunt quàm vti ſine fulciente aqua ſeſe ſuſtinere poſſent. Bulbum (vti vides) vnicum habet, luteis maculis ſtriatum & elegantem cùm recens eſt, carne alba nullius odoris, nullius ſaporis, in imâ parte quaſi caudulam habens. Bulbum hunc radicem an fructum putemus? Fructum adfirmarem niſi foliorum rudimēta inueſtirent id, ex quo tanquam pediculo, (non auſim ſtipitem aut caudicem dicere) bulbus videtur dependere. Et radicem videmus manifeſtè fibroſam ad exortum foliorum ſuperiorum. De his quæſo doceas me per epiſtolam occaſione primâ, gratum feceris & ad inueſtigandum porrò alia, tibiq; mittenda incitaueris.

C.

Gramen bulboſum ex Alepo. Radice eſt bulboſâ cortice reticulato obuolutâ, paucis radicibus capillatis ſubiectis: culmis duobus tribúſve ſtriatis ſeſquiſpithamæ altitudinis: folijs oblongis gramineis plurimis: culmo inſidet ſpica hordeo murino ſimilis, quam folium inſtar veſicæ parte infernâ cingit, & multo ſpicam ſuperat. Hoc ſolùm vidimus ſiccum inter plantas Iohannis Bauhini Illuſtriſs. Ducis Vvirtenbergici Medici Fratris chariſs.

*CI.*

Lolium ſpicâ breuiore. Phœnix Dioſcoridis.

Lolium quartum Trago pag. 671. lib. 2. cap. 35. ſine icone.

Phœnix lolium murinum Matthiolo fol. lat. pa. 652. lib.

lib. 4. cap. 39. Ital. pag. 1077. lib. 4. cap. 45. icon. 4. pag. 688.

Hordeum murinum vel lolium rubrum Lob. obſeru. pag. 21. icon. pag. 34.

Herba phœnicea Græcis, hordeum murinum noſtris Plinio lib. 22. cap. 25.

---

*CII.*

Lolium ſpicâ longiore αἶρα Dioſc. Theoph. & Galeni Tritici peſtis eſt.

Lolium Matthiolo fol. lat. pag. 316. lib. 2. cap. 93. Ital. pag. 435. lib. 2. cap. 91. icon. 4. pag. 176. Lobel. obſeru. pag. 21.

Lolium & triticum temulentum Lobel. icon. pag. 35.

---

*CIII.*

Feſtuca graminea. Secales vitium.

Lolij ſecundum genus, quo ad deſcriptionem. Lolium primum quo ad iconem Trago pag. 668. lib. 2. cap. 35.

Bromos ſterilis altera Lobel. obſeru. pag. 20. & icon. pag. 33.

---

*CIIII.*

Feſtuca ſterilis. Vitium auenæ.

Lolij primum genus quo ad deſcriptionem Trago pag. 669. lib. 2. cap. 35. ſine icone.

Aegilops prima, hordei vitium Matthiol. fol. lat. pag. 746. lib. 4. cap. 34. Ital. pag. 1264. lib. 4. cap. 141. & Aegilops altera, eidem icon. 4. pag. 843.

Bromus & auena herba Dodon. fol. Gall. pag. 346. lib. 4. cap. 46.

---

*CV.*

Feſtuca ſterilis altera prædictæ ſimilis eſt quo ad ſpicas, ſed ariſtis non multis nec aſperis armata, quàm lolium

lium quintum Tragus, ſed ſine icone addita, pag. 671. lib. 2. cap. 35. vocaſſe videtur, & Thalyus in ſuâ Harcyn. Bromum herbam.

*CVI.*

Feſtuca ſterilis tertia.

Aegilops Bromoides Belgarum Lobel. obſeru. pag. 20. & icon. pag. 33.

Feſtuca prior dodon. fol. lat. pag. 530. pempt. 4. lib. 3. cap. 3.

*CVII.*

Feſtuca longiſſimis ariſtis.

Aegilops 4. bromoides 1. Tabern. fol. pag. 670. lib. 1. ſect. 6. cap. 19. & Aegilops bromoides. Eidem icon. pag. 235.

*CVIII.*

Feſtuca ſeu Aegilops vera.

Aegilops ſecunda Matth. lat. fol. pag. 746. lib. 4. c. 34. & Aegilops ſiue feſtuca eidem icon. 4. pag. 842.

Feſtuca ſiue Aegilops Narbonenſis Lobel. obſeru. pag. 20. & icon. pag. 34. an Feſtuca hordeum Plinio.

*CIX.*

Gramen hordeaceum minus.

Lolium tertiũ Trago pag. 670. lib. 2. c. 35. ſine icone.

Hordeum aut triticum murinum dodon. fol. lat. pag. 53. pempt. 4. lib. 3. cap. 4. ſine icone.

Hordeum ſpontaneum ſpurium. Holcus Plinij Anguillaræ. Lob. obſeru. pag. 18. & icon. pag. 30.

Plinio lib. 27. cap. 10. Holcus à trahendo ſic dictum, eo quòd ariſtas è corpore educat: ob id Ariſtidam quidam vocant.

*CX.*

Gramen hordeaceum maius.

Gra-

Graminis loliacei tertium genus maius Thalyo in ſuâ Harcyn.pag.51.

CXI.

Gramen ſparteum 1.

Spartum Plinij, Cluſ.hiſt.Hiſp.pag.505.lib.2.ca.102.

Spartũ Plinij Cluſio Lob.obſer.pa.45.& icon.pa.88.

Spartum eiusq; naturam & vſum Plinius lib.19.ca.2. expoſuit ex quo reſtes ſeu funes fiunt; vnde ſpartum nũc reſtem, nũc plantam è qua reſtes fiunt ſignificat, eo modo quo σχοῖνος & funem ſignificat & iuncum. Theophraſtus 1.hiſt.8.videtur Linoſpartum appellaſſe, cuius meminit inter ea quibus cortex multis tunicis conſtat.

CXII.

Gramen ſparteum 2.

Spartum aliud Cluſio hiſt.Hiſp.pag.507.lib.2.c.102.

Spartum Plinij & Cluſij alterum Lobel.icon.pag.88.

CXIII.

Gramen ſparteum 3.

Spartum tertium Cluſ.hiſt.Hiſp.pa.508.lib.2.c.102.

Spartum noſtrâs Lob.obſeru.pag.45.& icon.pa.89.

CXIIII.

Gramen ſparteum 4.

Spartum noſtrâs alterum Lobel.icon.pag.89.

CXV.

Gramen ſparteum 5.

Gramen ſparteum primum Tabern.fol.pag.673.lib. 1.ſect.6.cap.21.& Gramen ſparteum, vel iuncis partium. Eidem icon.pag.237.

CXVI.

Gramen ſparteum 6.

Gramen ſparteum ſecundum Tabern.fol.pag.673. lib.1.ſect.6.c.21.& icon.pag.237.vbi & Schœnantinũ.

*CXVII.*

Gramen ſparteum 7.

Spartum noſtrâs paruum Lobel.icon. pag.90.

*CXVIII.*

Gramen ſparteum 8.vel pennatum.

Spartum auſtriacum Cluſio hiſt.Pann. pag.720.lib. 4.cap.26.

Gramen pinnatum Dalech.Lugd.pa.431.lib.4.c.30.

Variat ſpicâ, quæ in vno eleganter flauet: in altero verò candida eſt,in reliquis verò conuenit.

*CXIX.*

Gramen Alopecuros ſpicâ longiore.

Marinus gramineus iuncus folijs ſchœnanthi Aduerſ.pag.42.Lobel. icon.pag.83.

Gramen tomentoſum ἀλωπέκουρος Plinij & Theophraſti Lugdun.pag.430.lib.4.cap.30.

*CXX.*

Gramen Alopecuros ſpicâ breuiore.

Ἀλωπέκουρος Theophraſti. Cauda vulpis Monſpel. Aduerſ.pag.17.

Alopecuros altera Lobel.icon.pag.45.

Theophraſt⁹ 7.hiſt.10. Cauda vulpina ſpicoſa eſt,ita vertit Gaza,nec plura habet.Plinius lib.21.cap.17.paulo plenius cui Alopecuros propter ſpicam non diſſimilem vulpium caudis.

*CXXI.*

Gramen Alopecuros minus. (cap.30.

Alopecuros graminea Dalech. Lugd.pag.432.lib.4.

*CXXII.*

Gramen tomentoſum. (lib.2.c.40.

Gnaphalion,iuncei graminis genus Trago.pag.683.

Iuncus bombycinus Aduerſ.pag. 44. & Lobel. icon. pag.87.

SECTIO

# SECTIO SECVNDA.

## *DE IVNCI: EQVISETI: VVAE MARINAE: Nardi: Cyperi: Galangæ & Sparganij ſpeciebus.*

IVNCVS Latinis à iungendo, ſicut Græcis Σχοῖνος à loris & funibus dicitur, vel vt Iſidorus quòd iūctis radicibus hæreat. Dioſcorides in odoratum & in odorum diuiſiſſe videtur, ſiquidem lib. 1. cap. 16. de Iunco peculiari agat, ſimpliciter σχοῖνον per excellentiā nominans, vbi σχοίνου vocem interpretum aliqui iuncum odoratum vertunt, fortè quia habetur apud Hippocratem de morbis muliebribus σχοῖνος ἡδύοσμος καὶ εὔοσμος καὶ εὐώδης, hoc eſt, aromaticus Iuncus, vt Galenus exponit in Gloſſis. Apud poſteriores Græcos ἀρωματικὸς, apud alios μυρεψικὸς, quòd in vnguenta recipiatur, legitur. At Marcellus Virgilius & cum eo Cornarius iuncum rotundum odoratum transferunt.

Inodori verò genera duo fecit Dioſc. lib. 4. c. 52. vnū lęuis nominati, alterum acuti, qui in mucronem faſtigiatur: cuius etiam duo aſſignauit genera, vnum ſterile, reliquum fert ſemen nigrum, rotundū, & craſſiore conſtat calamo carnoſioreq́;. Tertius eſt Iuncus qui vocatur ὁλόσχοινος, prioribus carnoſior aſperiorque. Theophraſto 4. hiſt. plant. 13. tria ſunt genera: ὀξὺς καὶ ἄκαρπος, acutus & ſterilis, qui mas: κάρπιμος frugifer, quem μελαγκρανὶν atriferum vocitat, quoniam ſemen nigrum ferat; craſſior hic atq; carnoſior. Tertius magnitudine, craſſitie, carnoſitateq́; inſignis, qui ὁλόσχοινος vocatus eſt. At de odorato egit 9. hiſtor. plant. 7. Plinius lib. 21. c. 18. quinque propoſuit genera: 1. Iuncum, quem Mariſcon appellant ad texendas tegetes: 2. marinum, à Græcis oxyſchœnon vocatum: huius tria genera: acuti ſterilis quem marem & oxyn Græci vocant: reliqua fœminini

 feren-

ferentis ſemen nigrum, quem Melancraum vocãt, craſſior & fruticoſior: magis etiamnum tertius, qui vocatur holoſchœnos.

Quare ex veterum ſententia, diſtinguemus Iuncos in odoratum & inodorum: huius duo genera, vnum oxyſchœnos, alterum holoſchœnos: rurſum oxyſchœni ſeu acuti duæ ſunt ſpecies; altera, ſterilis: altera, frugifer. At ſecundum recentiores, partiemur in eos, qui locis aridis, & eos qui aquoſis proueniunt: horum aliqui in aquis dulcibus, aliqui in maritimis. Rurſum vtriuſq; generis, alij ſunt ἀπόξεις ἐπ᾽ ἄκρου: id eſt, in mucronem pungentem deſinunt, alij in faſtigium obtuſius. Iunci paluſtris ſiue aquatici, alius λεῖος, læuis: alius τραχὺς, aſper: alius faſtigio acutiore, alius obtuſiore. Iunci paluſtris lęuis & in faſtigio acuti, alius eſt oxyſchœnos, alius holoſchœnos. Oxyſchœnos duplex eſt, alter mas ἄκαρπος, nullo ſemine fœcundus, alter fœmina, nigrum ſemen ferens & μελαγκρανὶς nominatur. Ad hæc genera, multæ Iuncorum paluſtrium ſpecies referuntur: ſiquidem ad fœcundum, ipſum floridũ & clauatum referre oportet.

De Iunco petroſo, cùm ad lapides pertineat, nil de eo in præſens.

*I.*

Iuncus acutus panniculâ ſparsâ.

Iuncus vulgaris alter Trago pag. 686. lib. 2. cap. 43. ſine icone.

Iuncus lęuis vulgaris panniculâ ſparsâ Aduer. pa. 43. & Lobel. icon. pag. 84.

---

*II.*

Iuncus acutus alter panniculâ non ſparsâ.

Iuncus Matth. fol. lat. pag. 659. lib. 4. cap. 47.

Iuncus lęuis glomerato flore Lobel. icon. pag. 84.

---

*III.*

Iuncus acutus molli acumine.

Iuncus

Iuncus acutus vulgatus Lobel.icon.pag.85.

*IV.*

Iuncus trifidus Ioh.Bauhino.

Iuncus eſt pedalis,ſcirpis tenuibus multis, in ſingulorum ſummitatibus ſemina aliquot obſeruantur, ipſæ verò ſummitates in tres longas partes tenues diuiduntur, quæ quatuor vel quinque digitis ſemina excedunt.

*V.*

Iuncus maximus vel ſcirpus noſter, vel Mariſcus Plinij.

Iuncus aquaticus maximus Aduerſ.pag.44.&Lobel. icon.pag.85.

Iuncus holoſchœnos Dodo.fol.lat.pag.595.pempt. 4.lib.5.cap.29.

*VI.*

Iuncus ſylueſtris prædicto multum ſimilis.

Iuncus ſyluaticus Tabern.fol.pag.696. lib.1.ſect.6. cap.36.&icon.pag.250.

*VII.*

Iuncus equiſeti capitulis.

Iuncus aquaticus minor capitulis equiſeti Lobel. Obſ.pag.44.&icon.pag.86.

Iuncus clauatus Dalech. Lugd.pag.986.lib.9.cap.1.

*VIII.*

Iuncus floridus.

Calamogroſtis altera Trago pag.677.lib.2.cap.37.

Iuncus cyperoides floridus paludoſus Lobel. Obſ. pag.14.&icon.86.

Quibuſdam Butomus Theophraſti 1.hiſt.8.&4. hiſt.9.11.12.alijs Gladiolus eiuſdem 1.hiſt.8.&16.4. hiſt.9.&11.nonnullis ſparganium Dioſcor.lib.4.ca.21.

*IX.*

Iuncus cyperoides maritimus.
Iuncus maritimus Aduerſ. pag. 44. & Lobel. icon. pag. 87.

*X.*

Schœnolaguros: Iuncum hunc à nemine quod ſciamus deſcriptum, nec depictum frater germanus Iohannes Bauhinus Illuſtriſs. Ducis VVirtenbergici Medicus Ordinarius, nomine iunci alpini, cum caudâ leporinâ, & quidem ſiccum miſit. Hic aliorum Iuncorum more, loco foliorum enodos, rectos, rotundos, tenues quaſi ſtylos in lęua acumen vergentes, & quidem plurimos, diſpari longitudine obtinet: qui circa radicem tenuem, fibroſam, ſubnigram rufeſcunt, & ſubhirſuti ſunt. Caulis vnicus ſtrictus è radice inter medios iuncos exurgit, vel ſpithamæ plus minusúe altitudinẽ, cui inſidet capitulum vnicum oblongum molle, hirſutum, lanuginoſum, haud multum leporum caudæ diſſimile, cuius nomine χοινωλάγυρον appellare lubet. Prouenit in montóſis Harcyniæ ad acidulas, inter fontem acidum Ribelſaw & Grieſsbach, vbi Iulio menſe collectum fuit.

*XI.*

Chamæſchœnos. Inter plantas Fratris obſeruatur Iuncus quidam exiguus qui vnicum digitum non excedit, folijs vel potius ſtylis tribus quatuorúe rotundis: radice ſatis craſsâ & fibroſâ pro plantæ magnitudine. Prouenit Tiguri propè lacum felinum, quo loci menſe Maio frater collegit: quem Iuncum humilem inutilem vocat, & à Conrado Geſnero ſibi Chamæſchœnon nominatum monuit.

*XII.* Iuncus

*XII.*

Iuncus odoratus ſiue Aromaticus, qui Squinanthũ officinis, quaſi σχοίνε ἄνθ☉, Iunci flos.

Iuncus odoratus Matthioli fol. lat. pag. 47. lib. 1. cap. 16. icon. 4. pag. 21.

Schœnanthum, Iuncus odoratus Lobel. icon. pagina 82.

## *EQVISETVM.*

IΠπεϱις Dioſcoridi lib. 4. cap. 46. id eſt cauda equina, quòd folia ſetis equinis reſpondeant, vnde Latinis Equiſetum. Equiſetum, hippuris à Gręcis dicta eſt, pilus terræ, equinæ ſetæ ſimilis, Plin. libr. 26. capit. 13. at libr. 18. capit. 28. Equiſetis & Equiſelis dicitur.

Genera duo proponit Dioſcorides: alterum vicinos arborum caudices ſcandens: alterum cubito maior & comis breuioribus, &c. Sic & Plinius lib. 26. cap. 13. qui tamen & tertium agnouit, dum pini folijs ſimilem vnum dicit.

*I.*

Equiſetum aquaticum longioribus ſetis.

Equiſetum primum Matth. fol. lat. pag. 654. lib. 4. cap. 42. & icon. 4. pag. 690.

Hippuris Lobelius Obſ. pagina 461. & icon. pagina 792.

Sunt qui velint hoc Plinij Caucon dici lib. 26. cap. 7. Caucon quæ & Ephedra, & alijs Anabaſis vocata, verùm hæc nomina etiam libr. 26. capit. 13. Equiſeto tribuit.

*II.*

Equiſetum aquaticum breuioribus ſetis.

Poly-

Polygonum fœmina Matth. fol. lat. pag. 615. lib. 4. ca. 4. & icon. 4. pag. 620.

Polygonum fœmina ſemine vidua, Lobel. icon. pag. 792.

πολύγονον, id eſt, multinodium fœminam Dioſcoridis lib. 4. cap. 5. Polygoni 3. genus, quod & Oreon Plinio lib. 27. cap. 12. (vbi doctiores Vreum à caudæ figura legunt) cenſetur.

*III.*

Equiſetum paluſtre Lobel. icon. pag. 795.

*IV.*

Equiſetum pratenſe longiſsimis folijs.

Hippuris maior altera Trago pag. 692. lib. 2. cap. 46.

Equiſetum ſecundum Matth. fol. lat. pag. 654. lib. 4. cap. 42. & icon. 4. pag. 691.

Hippuris fontalis Lobel. Obſ. pag. 461. In iconibus iungit huius figuram cum altera nomine Hippuridis minoris pag. 794.

*V.*

Equiſetum aruenſe.

Hippuris minor Trago pag. 694. lib. 2. cap. 47.

Equiſetum alterum Lobel. icon. pag. 795.

Verùm figura Tragi melior, cùm pręter aſparagos folia diligenter exprimat. Lobelij verò potiſſimùm aſparagos.

*VI.*

Equiſetum iunceum folijs nudum non ramoſum.

Hippuris maior Trago pag. 692. lib. 2. cap. 46.

*VII.*

Equiſetum iunceum ramoſum, folijs nudum.

Equiſetum tertium Matth. fol. lat. pag. 654. lib. 4. cap. 42. & icon. 4. pag. 692.

Hippu-

Hippuris minor Lobel. Obſ. pag. 461. & icon. pag. 794.

*VIII.*

Equiſetum olidum.

Tota planta albicat, lutoſi ſulphureique eſt odoris, caulibus plurimis longis rotundis obliquè ſtrictis, fragilibus, qui in plures cauliculos brachiantur, folijs & aliquot ſimul ad geniculum iunctis, breuibus aliquot apicibus tanquam particulis donatis, quæ ſi ſicca ſint, digitis inſtar pulueris comminuuntur. Sēper in aquis naſcitur, præcipuè cœnoſis, & in ijs ſæpè demerſum, aliquando tamen exurgit. Non longè Lucerna, in foſſa parua reperitur, vt & in foſſis thermarum Aponenſium.

## *VVA MARINA.*

Τράγος Tragum Dioſcoridi lib. 4. cap. 51. quam aliqui Scorpion aut Traganum vocant. Plinio lib. 28. cap. 13. Herba Tragos, quam aliqui Scorpion vocant.

*I.*

Vua marina, maior.

Polygonum quartum maius Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 184. lib. 1. cap. 42.

Tragos ſiue vua marina maior Lobel. Obſ. pag. 462. & icon. pag. 796.

Polygonum quartum Plinij quibuſdam lib. 27. ca. 2.

*II.*

Vua marina minor.

An Equiſetum quartum Matth. fol. lat. pag. 654. lib. 4. cap. 42. & icon. 4.

Croton apud Nicandri Interpretē pag. 693. Anguil. pag. 204. Opin. 12.

Vua marina Monſpelienſium Aduerſ. pag. 355. & Lobel. icon. pag. 796.

Tragū vocabant & Equiſetum cum ſemine Monſpe-

ſienſes, vbi collegimus ad ſtagna prope Peraul pagum, & circa Frontingnanum oppidum. Hoc Dioſcoridis Tragum videtur: aliqui ad Androſacen referunt.

*III.*

Oſteocollum Hieroclis & Abſyrti, quod fracta oſſa ferruminet, Lugd. pag. 1205. lib. 10. cap. 67.

Si non idem ſit cum præcedenti, certè eius ſpecies aliqua erit.

## *NARDVS.*

NArdus Dioſcoridi lib. 1. ca. 6. fortè à Naardo vrbe Syriaca Euphrati contermina: alijs ναρδόςαχυς: hanc inter aromata Dioſcorides. Inter odorata, quibus ad vnguenta vtuntur Theoph. 9. hiſt. 7. recenſuit. Huius Dioſcorides ſex diſtinctis capitibus plura fecit genera. Et licet cap. 6. multas differentias proponat, loco tamē natali ſolùm differunt, ſiquidem omnes in vno monte prouenіant, vtpote Syriaca in Occidentali eius parte Syriā reſpiciente. Indica verò in oriētali parte ad Iudæā vergente. Rurſus Indica in duas ſpecies diuiditur, quarum vna in monte, altera ad radicem montis prouenit, non procul à præterfluente Gange, quę Gangitica, quę omnes hodie indiſtincti adferuntur. Addit Sampharіticam, de reliquis verò ſpeciebus agetur infrà lib. 4. Sect. 6. Plinius lib. 12. cap. 12. de Nardo & eius differentijs egit: vbi & de Malabathro quod folium nardi vocat, & de Valeriana egit..

*I.*

Nardus Indica, quæ ſpica officinarum.

Nardus Indica Matth. fol. lat. pag. 26. libr. 1. capit. 6. & icon. 4. pag. 9.

Spica nardi Lob. icon. pag. 83.

Hæc natalibus tantùm differre videtur à Syriaca & Gangite.

*II.* Nar-

*II.*

Nardus ſpuria Narbonenſis.

Nardus Gangitis ſpuria Narbonenſis Aduerſ. pag. 43.& Lob.icon.pag.84.

*CYPERVS, & eius ſpecies.*

Κύπειρος aut κύπερις videtur dicta à radicis effigie, quæ pixidulam aut poculum, vaſculumúe puſillum imitatur: etenim apud Theophraſtum, folliculus vlmi κύπρυς τῆς πτελέας legitur. Dioſcorides libr. 1. cap.4.duo Cyperi proponit genera, alterum radice rotunda, quod adhuc officinis Cyperi nomine vſurpatur: alterum Gingiberis effigie, vbi officinarum Curcuma intelligere oportet. Theophraſtus 4. hiſt. 11. Cypirum vocauit (Gladiolum Gaza vertit) radice dixit eſſe inæquali, partim craſſa carnoſaque, partim gracili & ſurculoſa.Plinius lib. 21.ca. 18.Cypirum à Cypero diſtinxit,ſed malè: Cypirum,gladiolum dicit, vbi rotũdam intelligere oportet; Cyperum verò,iuncum angulosum,cuius radix oliuę nigræ ſimilis,quam cum oblonga ſit Cyperidem vocitent.

*I.*

Cyperus radice rotunda.Cyperos & Cypirus Plinio.

Cyperus Trago pag.915.lib.2.cap.139.

Cyperus rotundus, vel iuncus anguloſus. Lob.icon. pag.75.& obſer.pag.39.

Non multum abſimilem pingit Raumolffius in ſuo Itinerario, num. 229.& 235. Cyperi rotundi Orientalis maioris,vel Babylonici nomine.

*II.*

Cyperum rotundũ Alpinus pag.44.ca.37. proponit, qui an idẽ ſit cũ ſuperiore,non deſũt dubitãdi rationes, partim propter folia ſtellæ modo radiãtia, partim propter radices ſibi inuicem quaſi incumbentes,& alia.

*III.*

Cyperi radice rotundâ ſpecies quædam.

Radix quę pater noſter de S.Helena vocatur. Monardi part.2.lib.1.cap.4.pag.58.

Radix S.Helenæ Lugd.pag.1526.lib.18.cap.46.

*IV.*

Cypero tertio affinis.

Drakena radix Lugdun.pag.1858.lib.18.cap.95.

*V.*

Cyperus odoratus radice longâ. Cyperida Plinio.

Cyperus radicibus longis geniculatis Matthiol. fol. lat.pag.24.lib.1.cap.4.

Cyperus lõgus odoratior, habitior Lob. obſer. pag. 40.&icon. pag.75.

*VI.*

Cyperus eſculenta radice rotundâ.

Traſi Matthiol.lat.fol.pag.382.lib.2.ca.149.&icon. 4.pag.292.

Traſi Veronenſium Lobel. obſeru. pag. 44. &icon. pag.78.

Cyperũ cuius radices ſint dulces & cibo idoneę, habet Theoph 6. de cauſ. Plant. 16. quod huic noſtræ plãtæ cõuenit: alijs eſt μαλινα θάλλη quaſi valdè regerminans: eiuſdem 4.hiſt.10. & Plinij libr.21. cap. 15. & 29. Anthalium: auctori lib. de Plantis Ariſtotelis libr. 1. cap.5. Margaritæ Aegyptiæ.

*VII.*

Cyperus inodorus radice longâ.

Cyperus longus inodorus ſylueſtris Lobel.icon. pagin.76.

*VIII.*

Cyperus aquaticus.

Cype-

Cyperus aquaticus Septentrionalis Lob.obſer.pag. 40.& icon.pag.77.

*IX.*

Cyperus inodorus radice rotundâ.

Cyperus rotundus littoreus inodorus Lobel. obſer. pag.40.& icon.pag.77.

Pſeudocyperus Dioſcoridis & Plinij: Mnaſiũ Theophraſt.4.hiſt.9.quibuſdam.

*X.*

Curcuma lõgâ radice vel Cyperus Indicus Dioſcoridis.

Curcuma Cluſio in Corollario ad Dodon.edit.Gall. pag.581.cap.29.

Terra merita Lobel.icon.pag.72.

*XI.*

Curcuma radice rotundâ.

Curcuma rotunda Cordo in hiſtor.pag. 203.lib.4. cap.71.ſine icone.

Hûc referre oportet crocum Indicum Garziæ lib.1. aromat.cap.39.de quo & Acoſta libro aromat. cap.35. iconem addens, ex quo deſumpſit Lugdun. in ſuâ Append.pag.11. Verùm lector conſiderabit, an diuerſa ſit planta à Curcuma, an eadem.

## *GALANGA.*

ETſi quibuſdam Acori,nonnullis verò Iridis ſpecies videatur,rectiùs tamen ad cyperi genera potiſſimũ minorem retulerimus: quare Græci recentiores,Cyperum Babylonicam vocauêre: at Dioſcorides lib.2.cap. 189.hanc fortè accepit pro piperis radice, ob ſaporis ſimilitudinem.

*I.*

Galanga maior Matthiol.edit.lat.pag.22.lib.1.cap.2. ſine icone,& Lobel.icon.pag.58.

*II.*

Galanga minor Matthiol.edit.Lat.pag.22. lib.1. c.2. & Lobel.icon.pag.58.

*III.*

Galangam pingit Acoſta pag. 45. cap. 7. diuerſam à prædictis, cuius iconem & deſcriptionem Lugdun.pag. 1894.lib.18.cap.127.etiam expreſſit.

## *SPARGANIVM.*

Σπαργάνιον quaſi faſciola, quòd folijs eius pro faſcijs vterentur: cuius Dioſc.lib.4.cap.21.meminit. Plinius lib.25.cap.9. pentaphylli radicem, dicit Sparganion vocari.

*I.*

Sparganium ramoſum.
Sparganium Trago pag.677.lib.2.cap.37.
Sparganium & Butomus Theophraſti Lobel. obſer. pag.41.& icon.pag.80.
Platanaria ſiue butomon Dod.fol.lat.pa.591.pempt. 4.lib.5.cap.26.
Non deſunt qui Calamogroſtin Dioſcoridis lib. 4. cap.31.eſſe velint, ſed malè: alij Butomon Theophr.1. hiſt.8.& 4.hiſt.9.11.12.

*II.*

Sparganium non ramoſum.
Sparganium alterum Lobel.obſeru. pag.41. & icon. pag.80.
Hoc à Cl.viro D.D.Leonhardo Doldio Philoſopho ac Medico Norlbergâ accepimus.

SECTIO

# SECTIO TERTIA.

## *DE ARVNDINE, TYPHA ET PApyro, eiusq; ſpeciebus.*

### ARVNDO.

ARVNDO Græcis κάλαμος, παρὰ τὸ καλῶς ἀμᾶσθαι, vt vult Etymologicus. Diuiditur autē in odoratam & inodoram. De odorata ſiue aromatica Dioſc.lib.1.cap.17. at inodoram cap.115.proponit,cuius genera quinq; agnouit. Eſt enim ναστὸς, θῆλυ, συριγγίας, δόναξ, καὶ φραγμίτης: ſolida,fumina,fiſtulis dicata,craſſa,& ſepiaria. Verùm Theophraſt. 4.hiſt.12.duo ſumma conſtituit genera, τὸν μὲν αὐλητικὸν, καὶ τὸν ἕτερον, Tibialem & reliquam, inde in plures ſpecies ſubdiuiſit.At Plinius multò plures agnouit differētias, vt videre eſt lib.16.cap.36.imò lib.24. cap.11. expreſsè viginti nouem genera ſe demonſtraſſe, monet, quo capite & odoratæ ſit mentio.

*I.*

Arundo odorata.

Calamus odoratus Libani Lobel. icon.pa.54. Hunc Cl.vir D.D.Bernhardus Paludanus Patauij exhibuit.An idem ſit cum calamo odorato Matthioli fol.lat.pag.49. lib.1.cap.17.conſiderandum.

---

*II.*

Arundo vulgaris,quæ φραγμίτης Dioſcoridi.

Harundinis quintum genus Trago pag. 674. lib. 2. cap.36.

Arundo paluſtris Matthiolo fol. lat. pag. 123. lib. 1. cap.97.&icon.4. pag. 58.

Calamus. Arundo vallatoria ſiue phragmitis Dioſcoridi Lobel.icon.pag.51.

*III.* Arun-

*III.*

Arundo ſatiua, quæ δόναξ Dioſcoridi.

Arundo domeſtica Matth.fol.lat.pag.123.lib.1.cap. 97.& icon.4. pag.57.

Arundo donax ſatiua,ſiue Cypria Lob. obſeru.pag. 28.& icon.pag.51.

*IV.*

Arundo epigeios in ſaccis cocto Arabico & Zingibere plenis reperta Lugdun.pag.1000.lib.9.cap.4.

*V.*

Arundo maxima, Naſtos Dioſcor. Toxica Theophr. quâ pro ſcipionibus Principes vtuntur.

Canna Indica aliquibus Papyrus cenſetur Matth.fol. Ital.ſine icone.

Naſtos vel farcta Lobel.icon.pag.52.

*VI.*

Arundo ſagittalis, quia ex hac veteres tela conficiebant,vel Naſtos 2.

Naſtos & arundo prima Dod.edit.Gall.pag.352.lib. 4.cap.55.ſine icone.

Naſtos ſiue farcta altera,Lob. icon.pag.53.

*VII.*

Arundo Naſtos 3.

Naſtos ſeu farcta ſiue toxica gracilis & plicatilis Lobel.icon. pag.53.

*VIII.*

Arundo ſcriptoria συριγγίας dicta.

Arundo tertia Dodon. edit. Gall.pag.353.lib.4. cap. 55.ſine icone.

Fiſtula vel Syringa & arundo ſcriptoria Lobel. icon. pag.52.

*IX.* Arun-

*IX.*

Arundo ſaccharina.

Arundo octaua vel ſaccharata Dod. edit. Gall. pag. 353. lib. 4. cap. 55. ſine icone.

Harundo ſaccharina Indica Aduerſ. pag. 19. & Lob. icon. pag. 49.

Saccharum veterum duplex fuit, alterum natiuum, alterum factitium. Natiuum ſponte ex harundinis ſuæ oculis germinantibus erumpit, de quo Dioſc. lib. 2. cui mellis concreti genus dicitur, & Galenus 8. meth. med. 4. de quo & Plinius locutus videtur, dum dicit gummiũ modo in harundinibus colligi: hoc nõnullis mel arundinum, alijs Sal Indus, à concretione & natali ſolo dictus, noſtroque cando, quod tamen arte fit, ſimile fuit, quod etiam, cùm non ampliùs adferatur, eius in locum ſucceſſit.

Factitium aliud veterum, aliud recentiorum. Veterum, quod ex radicibus arundinum & ex ipſis arundinibus exprimebatur, eoq; veluti liquido melle vtebãtur, quare quibuſdam Mel cannę dicebatur, quod ex Aegypto, Rhodo, Cypro & Siciliâ adferebatur. Hoc & Galeno cognitum fuiſſe cenſemus, ſiquidem libro 4. Simpl. facult. 14. meminerit quarundam radicum arundinum dulcium in Aegypto prouenientium, è quibus haud dubiè alterum hoc ſacchari genus fuit expreſſum.

Noſtrum verò ſaccharum factitium, diuidimus in Pyramidale, Candum, Penidium.

Pyramidale, in Thomæum, à loco natalitio Indiæ occidentalis. Meliſium, itidem à loco natalitio. Cannariũ, ab inſula Cannaria. Finale, ſiue ſaccharum finum Mercatoribus dictum, ab extremâ finem conſecutâ bonitate, quod ex Cannario fit.

Candum, ex quouis ſupradictorum cõficitur, verùm è præſtantiore pręſtantius, eo reſoluto, rurſusq; ad iuſtã

conſiſtẽtiam cocto, tũ ollis infuſo, quibus per tranſuerſum lignei baculi ex abiete aut piceaſtro diſpoſiti ſunt.

Penidium ex pyramidali fit in micas confracto, per noctem in aqua donec reſoluatur macerato: dein lenis prunis abſque deſpumatione cocto ad iuſtam conſiſtentiam, vſque quo gutta eius frigido marmori inſtillata, non diffluat. Tunc adhuc feruens in tabulam marmoream oleo perunctam effundendum, & poſtquam reſinæ lariceæ craſſitudinem acquiſiuerit, parieti ex vnco ſuſpendendum, defluens continuo ad vncum referendum, celerrimè diducendum ad albedinis acquiſitionem: deniq; in tenues veluti funes torquendum & exiccandum: quæ omnia in calido æſtuario, manibus amylo conſperſis, peragenda.

---

*X.*

Arundo arbor, in quâ gignitur lacteus humor, qui Tabaxir Auicennæ vocabulo Perſico, lib. 2. cap. 617. & alijs Arabibus dicitur.

Tabaxir & ab indigenis Sacar Mambu, quoniam Indi arundines, ſiue ramos arboris illud proferẽtes Mambu vocant. Garzias ab Hort. arom. hiſt. lib. 1. cap. 12. ſine icone.

Spodium aut Tabaxir Perſianorum, Chriſtoph. à Coſta, de arom. Indiæ Orientalis cap. 45. pag. 222. qui iconem habet.

Spodium Caſtori Durantæ in append. qui nihil præter nomen & iconem Acoſtæ habet.

Secutus, vnà cum interpretibus Latinis Arabum, errorem Gerardi Cremonenſis, qui in Rhaſi Tabaxir Arabum, interpretatus eſt Spodium: cùm non minus inter ſe differant quàm nigrum & album. nam σποδὸς ſiue ſpodium, Arabum eſt Tutia, quæ ſolùm in externis remedijs admouetur. Tabaxir verò, in Arabum compoſitionibus, intra corpus ſumitur.

Mambu

Mambu ſiue arbor Tabaxir Lugdun. pag. 1863. lib. 18. cap. 99.

*XI.*

Tubuli ad aſthma ex Hiſpaniolâ: tubuli ſunt cannarum, extrinſecùs & intrinſecùs gummi illiti, quod Tabaci ſuccum putat, &c. ex libro tertio Nicolai Monardis, proponit auctor herbarij Lugd. pag. 1922. lib. 18. cap. 156. ſine icone.

*XII.*

Arundo Indica latifolia.
Canna Indica Geſn. de hort. pag. 251. 6. (pa. 56.
Arundo Indica florida. Aduerſ. pag. 28. & Lob. icon.

## *TYPHA, eiuſq; ſpecies.*

SVbijciamus Typham, cùm inter aquaticos calamos de ea Plinius lib. 16. cap. 36. egerit.

ΤΥΦΗΣ Dioſcor. lib. 3. cap. 133. meminit, vnam ſolùm proponens, cui turbinata florum effigies, quaſi typhonis ſeſe gyrantis turbinem, aut gigantis ſtaturam minacem ſignaret, nomen dediſſe videtur. Hanc paluſtrem vocamus, ad differentiam Typhæ cerealis, de quâ inter fruges. Theophraſtus vniusq; Typhæ meminit, alterius in lacu Orchomenio naſcentis 4. hiſt. 11. alterius inter frumentacea 2. hiſt. 4. 8. hiſt. 1. 2. 3. 4. & 9: & 4. de cauſis plant. 6.

*I.*

Typha paluſtris maior.
Typha aquatica Trago, pag. 681. lib. 2. cap. 30.
Typha Lobel. obſeru. pag. 42. & icon. pag. 81.

Pingit Lugdunenſis herbarij autor pag. 989. lib. 9. cap. 1. quandam plantam ſub iunco aſpero Dodonęi, Dod. edit. Gall. pag. 351. lib. 4. cap. 53. pro papyri ſpecie propoſuerat. Vidētur autem nil aliud exprimere, quàm Typham priuſquàm in caules erumpat.

*II.*

Typha media: & Cluſ. hiſtor. Pann. pag. 616. lib. 4. cap. 24. ſine icone.

*III.*

Typha minor: & Aduerſ. pag. 41. Lobel. icon. pag. 81.

*PAPYRVS ET QVAE PRO PApyra vſurpantur.*

CVm Papyrus in Aegypto res ſit cognata arundini, ex Plinio lib. 24. cap. 11. imò & calami chartis ſeruiant, ex eodem lib. 16. cap. 36. ſubijciamus papyrũ, & ea q̃ in nouo orbe, noſtro ſeculo, papyri vicem ſubeũt.

*I.*

Papyrus Nilotica, πάπυρος Dioſcor. lib. 1. cap. 116. & Theophr. lib. 4. hiſt. cap. 8.

Papyrus Nilotica Aduerſ. pag. 38. Lob. icon. pag. 79.

*II.*

Palma ſcriptoria: humilia palmeta inquit Scaliger, folijs pro chartis vtuntur, &c. quæ ex Scaligeri Exercit. 158. deſumpta, herbarij Lugd. autor pag. 1849. lib. 18. cap. 86. proponit ſine icone.

*III.*

Arbor papyracea prima.

Guaiabara. Hiſpanis in Inſulâ Hiſpaniolâ papyri vſum prębebat & atramenti: folium viridę, aliquando rubrũ, craſſum, ſtylo literas pingebãt in recenti folio, &c. Ex Ouiedo lib. 8. cap. 13. & 14. proponit Lugdun. pag. 1850. lib. 18. cap. 87. ex eodem folio adpicto.

*IV.*

Arbor papyracea ſecunda.

Copey, in Hiſpaniolâ folio duplo maiore, quàm in Guaiabara, craſſiore: quibus pro chartis luſorijs Hiſpani

ni vtebantur, &c. Ex Ouiedo lib. 8. cap. 14. ex quo & folium pingitur apud Lugd. pag. 1850. lib. 18. cap. 87.

*V.*

Arbor papyracea tertia.

Tal: arbor in prouincia Mangi folio grandi, quod chartæ vſum præbet in tota India, fructu magno Napy ſimili, &c. Lugdun. pag. 1849. lib. 18. cap. 86. ſine icone.

*VI.*

Arbor papyracea quarta.

Arbor maximis folijs ſine fructu, folijs ſex brachiorũ longis, totidem latis, tenuibus, quibus chartæ vice vtũtur, & folio extenſo tres quatuórve in itinere ita operiuntur, vt pluuias non metuant. Ex Nicolai Coſtini itinerario habet Lugd. pag. 1849. lib. 18. c. 86. ſine icone.

*VII.*

Arbor papyracea quinta.

Papyrus ex Iacca: liber arboris tenuiſſimæ membranæ inſtar candidus, quo vt papyro ſcriptura excipi poteſt: ex Car. Cluſij notis, ſine icone, ꝓponit Lugd. li. 18.

## SECTIO QVARTA.
### De Frumento.

*TRITICVM: ZEA: HORDEVM: SECALE: Auena: Vſtilago: Oryza: Milium: Panicum: Phalaris.*

FRVGVM genera Theophraſtus 8. hiſto. 1. & 4: 4. de cauſ. plant. 8. Columella lib. 2. ca. 6. & 9. Plinius lib. 18. ca. 7. recenſuêre. Hic verò Frugum duo prima fecit genera. Frumenta, vt triticum, hordeum & legumina, vt faba, cicer: relictis in præſens leguminibus, agemus de Frumento. Frumentacea autem ſunt, quæcunq; geniculato culmo & ha-

harūdinaceis conſtant folijs, ſemenq; panificio & pultibus aptū, in ſpicis, aut iubis producūt ceu Triticum, Hordeum, Milium, Panicum, & quotquot his ſimilia exiſtunt. Frumenti duo ſunt prima genera per tempora ſatus diuiſa. Hyberna quæ circa Vergiliarum occaſum ſeu Nouembrem ſata terra per hyemem nutriuntur, vt Triticum, far, hordeum. Aeſtiua quæ ante æſtatē Vergiliarū exortu circa Maium ſeruntur, vt milium, panicum. Verùm in Græcia & Aſia omnia Vergiliarum occaſu ſeri teſtis eſt Plinius: quædam autem vtroq; tempore in Italia: ex his quædā & tertio, veris ſcilicet: aliqui enim verna appellant miliū, panicū, alicā ſeu ſiliginem.

Et licet Triticum generaliter omne frumentū, quod ex ſpicis tritū ac trituratione repurgatū eſt, ſignificet, vt ex Varrone colligere eſt, poſteriores tamen peculiari frumenti ſpeciei Tritici nomen tribuūt, de quo priori loco Dioſcoridem imitati, qui libr. 2. capit. 107. περὶ πυρῶν eiusque ſpeciebus primo egit.

Genera plura ratione regionū notantur, quę cognomina ex locis ſortita ſunt, vt loquitur Theophraſtus 8. hiſt. 4. recenſens Africum, Ponticum, Thracium, Aſſyrium, Aegyptium, Siculum, quę & colore & magnitudine, & ſpecie, & proprietate inter ſe differunt. Quædam vel aliūde cognomina ſortiuntur pro ſuis viribus, tum alijs, tum vel maximè quæ ad cibum pertinent. Idem ferè & Plinius lib. 18. cap. 7. ex Theophraſto refert.

### *TRITICVM, eiusq; ſpecies.*

### *I.*

TRiticum hybernum.

Tritici primum genus Trago pag. 634. lib. 2. capit. 20. & Fuchſio fol. lat. pag. 648. cap. 205.

Siligo ſpica mutica Lobel. obſer. pag. 14. & icon. pag. 25. Videtur ſiligo veterum, quam Plinius libr. 18. cap. 8. Tritici delitias vocauit.

*II.* Tri-

*II.*

Triticum æſtiuum τρίμηνος πυρὸς Dioſcoridi.
Tritici genus alterum Trago pag.635.libr.2.ca.20.
Triticū trimeſtre Cordo in Dioſc. pag.42.li.2.c.107.
Olyra Dodo.fol.Gal. pag.30.lib.4.ca.3.
An olyra Plinij lib.18.cap.7.& 8.

*III.*

Triticum Amylæum.
Spelta ſecunda Trago pag.641.lib.2.cap.22.

*IV.*

Triticum longioribus ariſtis primum.
Tritici tertium genus Trago pag.636.lib. 2.cap. 20. & Fuch. fol.lat.pag.649.cap.250.
Typha cerealis Dodo. fol.Gall.pag.312.lib.4.cap.4.

*V.*

Triticum longioribus ariſtis alterum.
Triticum ariſtis circumuallatum Lobel.obſ. pag. 14. lib.1.ca.2. & icon.pag.26.
Triticum typhinum Dodo.fol.lat.pag.481.pempt.4.
Hoc cum præcedenti conuenit, quare non deſunt qui cenſeant ratione ſoli in hoc mutatum.

*VI.*

Triticum longioribus ariſtis tertium.
Triticum Loca vocatum alterum Lob.icon. pag.27.
Tragus frumenti genus ſpicâ cęruleâ Lugd.pag.377. lib.4.cap.1.
Plinius lib.18.cap.7.Tragi meminit quod ex tritici ſemine fiat, ſed nunc fruges eſt, quod Dioſcoridis fuit tempore,cui lib.2.cap.115.τράγος dicitur.

*VII.*

Triticum longioribus ariſtis quartum.
Robus ſiue Triticū Inſulanis Gallobelgis Loca vocatum.Lob.icon.pag.27.

*VIII.* Tri-

*VIII.*

Triticum multiplici ſpicâ.
Tritici quinta ſpecies Anguill.Iud.6.pag.97.
Triticum multiplici ſpicâ Lobel.icon.pag.26.

*Z E A, eiusq́ ſpecies.*

ZEιὰ καὶ Ζεα duorum generum à Dioſc.lib.2.ca.111. ἁπλὴ καὶ δίκοκκος proponitur, Plinius lib.18.cap.8. Zeam dicit ſemen appellari.

*I.*

Zea prima quæ Ζειὰ ἁπλὴ Dioſcoridi, quòd ſimplicis ſit grani.

Spelta prima, quo ad iconem, ſecunda quo ad deſcriptionem Trago pag.642.lib.2.cap.22.

Zea ſimplex Matth.fol.lat.pag.308.lib.2.cap.82. Ital. fol.pag.422.lib.2.cap.80.iconum 4.pag.167.

Briza monococcos Dodonæi, Lobel. obſ. pag. 19. & icon.pag.31.

Sunt qui velint Typham apud Galenum eſſe.

*II.*

Zea altera, quæ δίκοκκος Dioſcoridi, eò quòd in geminis putaminibus, grana bina iuncta habeat.

Zea Brunfel. in fol. pag. 206. tom. 3. Rhap. 115. at quarto pag.233.

Spelta prima, quo ad deſcriptionem: ſecunda quo ad iconem Trago pag.642. lib.2.cap.22.

Zea dicoccos Matth. fol.lat.pag.308. libr. 2. cap. 82. Ital.pag.422.lib.2.cap.80.icon.4.pag.167.

*III.*

Zeæ genus Oryza dicta.

Oryza Germanica Trago pag. 645. lib.2. capit.23.& Dodo.fol.lat.pag.485.pempt.4.lib.1.cap.7.

An

An Thypha Theophraſti 2.hiſt.4. 4.de cauſis Plant.6.

*IV.*

Zeopyrum, quòd naturam habeat ζειᾶς ac πυροῦ.

Speltæ ſpecies tertia Trago pag.641. lib.2. cap.22.

Zeopyron Dod. fol. Gall.pag.312.lib.4. ca.5.& Lob. obſ.pag.18.&icon.pag.30.

Hordeum glabrum Cordo in hiſt. pag. 111.cap.78.

*HORDEVM, eiuſq́ ſpecies.*

HOrdeum, κριθὴ Dioſcoridi, lib. 2. cap.108. ſic dictum videtur ἀπὸ τοῦ διακριθῆναι, quòd eo reperto, & in vſum recepto, glandibus ſpretis, à brutis homines diſtincti ſunt. Antiquiſſimum enim in cibis hordeum, ſicuti Athenienſium ritu Meandro autore apparet, & gladiatorum cognomine, (vt loquitur Plinius lib. 18. cap.7.) qui hordearij vocabantur, quod ſanè Epitheton nunc ſtudioſis tribuitur. Vnius meminit Dioſcorides: at Theophraſtus 4.hiſto.5.duplicis, inquiens Hordeum & Triticum & genus quoddam aliud Hordei ſylueſtris, quo & panem ſuauem conficiunt, atq; alicam bonam: & 8.hiſt.4. Hordeorum aliud rotundius minusq́;, aliud oblongius maiusque, atque ſpica rarius. Item aliud candidum, aliud accedens ad purpureum.

Recentioribus plures ſunt ſpecies, ſiquidem differentia ſit in ſpicarum forma in magnitudine, & in granorum ordine: quoddam enim ſpicã habet binis, quoddam ternis, quaternis, quinis, aliud ſenis, rarius octo verſibus diſtinctum: aliud rotũdius & minus, aliud oblongius & maius grano, aliud candidius, aliud nigrius, vel cui purpura eſt, vt habet Plinius loc.cit.

*I.*

Hordeum polyſtichum (quia in multos verſus ſpicatur) hybernum.

Hordeum maius Trago pag.638.lib.2.cap.21.



Mo. Bot. Gar
18

Hordeum maius Trago pag.638.lib.2.cap.21.
Hordeum Lobel.obſ.pag.15.& icon. pag. 28.

---

*II.*

Hordeum polyſtichum vernum.
Polyſtichum vernum Lobel. icon.pag.29.

---

*III.*

Hordeum diſtichon.
Hordeum minus Trago pag.638.lib.2. cap.21.
Hordeum diſtichon Lob. obſ. pag.16.& icō.pag.29.
Plinio loc.cit.eſt Hordeum, cuius ſpicæ binos ordines habent:cuius & Theophraſtus 8.hiſt.4.meminit.

---

*IV.*

Hordeum(propter ſimilitudinē cū hordeo)cauſticū.
Orzada Monardi pag.63.parte 2.cap.6.
Hordeolū Monardis Lugd. pag. 1907.lib.18.c.134.

---

*SECALE SIVE ROGGA, eiusq́; ſpecies.*

SEcale ſiue Rogga duplex eſt. Vnum enim autumno, alterum vere ſeritur.Plinius lib. 18. cap. 16. Secale inquit Farraginem etiam appellari.

*I.*

Secale hybernum vel maius. (pag.232.
Siligo Brunfel.fol. pag. 203.Tom.3.Rhap.113.& 4.
Siligo veterum, & Secale Trago pag.646.lib.2.c.24.
Secale Lobel.obſ.pag.15.& icon.pag.28.

---

*II.*

Secale vernum vel minus.
Siligo æſtiua Trago pag.646.lib.2. cap. 24.
Rogga ſiue ſecale æſtiuū Dodo. fol.lat.pa.490.pēpt. 4.lib.1.cap.15.

---

*III.*

Secale luxurians.
Claui ſiliginis Lonicero pag.285. parte 2.cap.370.

Seca-

Secalis mater Thalyo in ſua Harcyn.pag.47.

An Plinius lib.18.cap.17. hoc velit, dum inquit inter vitia ſegetum & luxuria eſt, cum onerata fertilitate procumbunt, quo loci alij cenſent, Plinium velle id, quod Theophraſtus 8.hiſt.7. φυλλομανίαν inſanam foliorum luxuriam vocauit. A` nemine pingitur.

*AVENA, eiusq; ſpecies.*

AVena βρῶμος Dioſcoridi lib. 2. cap. 116. forſan à βρῶμα, quod cibum ſignificat. Nam vt autor eſt Plinius lib. 18. cap. 17. Germaniæ populi eam ſerunt, quibus frumenti inſtar eſt, cuius pulte etiam viuunt. Quod tamen ſcribit, Germanos nullâ aliâ pulte viuere, falsũ eſt, licet quotidiano vſu frequentiſſima ſit. De hac Theophraſtus 8. hiſt. 4. qui 4. de cauſis 6. ex Zea Auenam fieri ſcribit, Plinius verò loc. cit. Auenam primum frumenti vitiũ eſſe, & hordeũ in eã degenerare inquit.

*I.*

Auena vulgaris.
Auena ſatiua & prima Trago pag. 653. lib.2.cap.47.
Auena veſca Lob.obſer.pag.19.& icon.pag.31.

*II.*

Auena nigra.
Auena ſylueſtrior, nigra Cæſalp.pag.177.lib.4.ca.47.

*III.*

Auena nuda: & Aduerſ. pag.9.& Lobel.icon.pag.32.

*VSTILAGO.*

VStilago, frugum, præſertim ſpicatarum, morbus eſt maximè Auenæ & Secales, Theophraſtus 8. hiſt. 10. de frugum vitijs agens, quædam ſcribit communia eſſe omnib⁹ ſeminibus, vt ἐρυσίβη, id eſt, Rubigo, vt Gaza vertit: quędã verò propria, quibuſdã, vt tabitudo radicis ciceri & erucarum infeſtatio. Sic & 5. de cauſis 27. Rubiginis & Plin.lib.18. cap. 17. meminit.

*I.*

Vſtilago ſecalena.

Vſtilago Trago pag. 666. libr. 2. capit. 34. Lobel. obſ pag. 22. & icon. pag. 35.

---

*II.*

Vſtilago hordeacea.

Vſtilago polyſtichi Lobel. icon. pag. 36.

Et vſtilago hordei diſtichi Lobel. iconum Indice.

---

*III.*

Vſtilago auenaria.

Vſtilago auenæ Lobel. icon. pag. 36.

---

## *O R Y Z A.*

Ὀρυζα Dioſcoridi libr. 2. capit. 117. ὄρυζον Theoph. 4. hiſt. 5. Oryza Plinio lib. 18. cap. 7. ex qua dicit Ptiſanam fieri, quod aliqui intelligendum volunt de Oryza quæ vulgo cortice nudata venalis habetur.

Oryza Italica (ad differentiam Germanicæ, de qua inter Zeas.)

Oryza peregrina Trago pag. 644. lib. 2. capit. 23. ſine icone.

Oryza Lobel. obſ. pag. 23. & icon. pag. 38.

---

## *MILIVM, eiusq; ſpecies.*

Milium à milliari ſumma Feſto, quaſi milleſimum ferat granum: κέγχρος Dioſcoridi lib. 2. cap. 119. Et Theoph. 8. hiſt. 3. à minutis ficuum granis numeroſiſſimis, quæ κεγχραμίδες vocantur, dictũ videtur πεσπάλη Hippocrati, Hermolao, πίσπαλος Galeno. Milium Plinio lib. 18. cap. 7.

*I.*

Milium quod ſemine luteo ac albo reperitur.

Milium Trago pag. 658. lib. 2. ca. 29. & Lob. obſ. pag. 24. & icon. pag. 39.

*II.* Mil-

*II.*

Milium ſemine nigro.

Milium ſemine nigro & latiore iuba, ab illo ſolum diuerſum Lobel.obſ.pag.24.ſine icone. Verùm & caule alteriore & non hirſuto variare, notandum.

Milium nigrum Tabernæmont.icon.pag.278.

Hoc quod in Argouia nunc frequenter ſeritur, à vulgato differt folijs latioribus, caule non adeò alto, iuba ſparſa & minore, ſemine aliquantum maiore & rotundiore & ad pultes conficiendas altero longè vtiliore.

*III.*

Milium Indicum Plinij.

Panicum Trago pag.660.lib.2.cap.30.

Sorgo, Melica Italorum Lobel. obſeruat. pag.24.& icon. pag.41.

Plinius lib.18.ca.7.ex India in Italiam inuectum ſcribit, nigrum colore.

Hoc variat ſeminis colore nigro, albo, rubro, luteo.

## *PANICVM, eiusq́; ſpecies.*

Ἔλυμος καὶ μελίνη Dioſcoridi lib.2.cap.120. Theophraſto 8.hiſto.1.3.7.& 10. μέλινος. ἔλυμος forſan ab ἐλύω inuoluo. Plinio lib.18.cap.7. Panicum à panniculis quibus ſemen ineſt. Idem lib.22.cap.25. Dioclem medicum Mel frugum panicum appellaſſe ſcriptum reliquit. Et vt quidam volunt ad Etymon alludente quaſi voce μελίνη melleum quid ſignificetur. Habetur nunc & aliud ſemen diuerſum à Panico & milio, vtrique tamen ſimile nigrum, quod non ἀπὸ τῆς μελιτώδους γεύσεως, non à melleo ſapore, ſed ἀπὸ τοῦ μέλανος à colore nigro ſic vocatum. Hoc videtur Milium quoddam nigrum eſſe: quidam verò granum in Melita frequẽs, incolis Cuneno dictum, Canarijs Inſulis familiare, Maſſiliæ notum, nigrum, oblõgum, milio ſimile, quo Canarios paſſeres,

canendi ſuauitate & aſſiduitate nobiles præcipuè nutriũt. Ex Grano aliquãdo Sato prodijt Phalaris: vt ꝓbabile ſit alterũ Meliam Theophraſti à panico diuerſum, phalarim eſſe, cuius nuſquã alibi meminit idem autor.

*I.*

Panicum pannicul â minore. (cap. 31.
Milium agreſte ſeu exiguum Trago pag. 661. lib. 2.
Panicum Lobel. obſeru. pag. 24. & icon. pag. 41.
Variat panniculis, albis, flauis, purpureis. quare ſemen colore albo, luteo, rufeſcente, reperitur.

---

*II.*

Panicum pannicul â maiore.
Panicum domeſticum Matth. fol. lat. pag. 313. lib. 2. cap. 91. & Panicum eîdem icon 4. pag. 173.
Panicũ aliud Indicũ pannicul â villosâ Lob. icon. pa. 42.

---

*III.*

Panicum ſpicâ cæruleâ.
Panicum cæruleum Indicum Aduerſ. pag. 15. & Lobel. icon. pag. 43.

---

*IV.*

Panicum Indicũ maius (quia ex India primùm allatũ.)
Turcicum frumentum Trago pag. 651. lib. 2. cap. 26.
Milium Indicum Plinianum vel Mais occidentalium Lobel. icon. pag. 39.

Variat floris colore, qui modò purpureus, modò ruber, modò luteus, aliquando pro ratione fructus futuri. Quatuor namq; præcipua huius genera, colore granorum differentiâ, rufeſcentibus, nigricantibus, crocantibus, & ſubalbicantibus ſeminibus habetur: quare tres eius icones apud Lobelum.

De hoc Plinius lib. 18. cap. 17. diſtinguens colore cãdido, nigro, ruffo, etiam purpureo. Quibuſdam Triticum bactrianum Plinij lib. 18. cap. 7. ſtatuunt.

V. Pani-

*V.*

Panicum Indicum maius alterum.

Aliud milium Indicum magnum Lob. icon. pag. 40.

Frumentum Indicum Tabernæmont.icon.pag. 265.

Hoc cum ſpicarum colore variet, idcircò Tabern. ſpicas pingit ſedecim, colore tantũ variantes, eoq; vel ſimplici vel mixto. Simplici, albam, nigram, luteam, ſpadiceam, violaceam, auream. Mixtis coloribus, albam, ſpadiceam & cæruleam: cęruleam albam, nigram, partimq; punctis ſpadiceis mixtis: albam violaceam, luteam, cũ punctis ſpadiceis: rubram nigram & ſpadiceã: luteam albam aliquando cęruleam & violaceam, aliquando luteam & albam violaceis & cæruleis punctis aſperſis: rubram & ſpadiceam: auream & albam: cæruleam, luteam, albam, & punctulis cæruleis pictam: deniq; cæruleam, luteam, violaceam & albam.

*VI.*

Frumentum Sarracenicum, quia ex Africâ primum ſemen delatum.

Ocymum veterum Trago pag. 648. lib. 2. cap. 25.

Eryſinum Theophraſti Lobel.icon.part. 2. pag. 63.

Videtur Theophraſtus inter Frumentacea huius meminiſſe, nomine Eryſimi alterius.

*PHALARIS.*

PHalaris: φάλαρις Dioſcoridi lib. 3. cap. 159. & Plinio lib. 28. cap. 12. (li. 2. c. 53.

Phalaris Dioſcoridis, quo ad iconẽ, Trago pag. 669.

Phalaris Lobel. obſeru. pag. 26. & icon. pag. 43.

Reperiuntur aliquæ differentiæ, quædam cauliculos fert breuiores, nullis internodijs, nudos, vnicam in cacumine ſpicam continentes, rectam, ſeminibus latioribus: quædam parua & valde exilis, in cacumine tres vel quatuor ramulos fundit, quibus ſemen triangulũ ineſt.

# SECTIO QVINTA.

## *ASPHODELVS: PHALANGIVM.*

ASPHODELVS ſiue Haſtula regia, quòd dum floret, effigiē Sceptri regij referat. Dioſcorides lib. 2. cap. 199. ἀσφοδέλου vnius meminit, cuius florem ἀνθέρικον appellent, & Theophr. 1. hiſt. plant. 10. & 7. hiſt. 11. & 12. Plin. lib. 22. cap. 22. Aſphodelum ſcribit aliquos heroin appellaſſe, Dionyſium marem ac fœminam feciſſe, & aliquos exiſtimaſſe, ab Heſiodo Halymon appellari: ſic & lib. 21. cap. 17. inquit Theophraſtum & ferè Græcos Principemq; Pythagoram caulem anthericon (at Theophr. 1. hiſt. 7. ἀνθέρικον etiam pro tota Planta vſurpat) radicem verò, id eſt, bulbos aſphodelum, quæ ex octuaginta ſimul aceruatis bulbis conſtat, noſtri illud albucum vocant, & aſphodelum Haſtulam regiam. Eius duo genera faciunt. Hæc Plinius.

*I.*

Aſphodelus albus ramoſus ſiue mas.

Aſphodelus maior Cluſij hiſt. Hiſpan. pag. 294. lib. 2. cap. 17. ſine icone.

Aſphodelus ramoſus Lobel. icon. parte 2. pag. 260.

Hic ducentis aut pluribus eſt radicibus ab vno capite: & mas ſtatui poteſt.

---

*II.*

Aſphodelus albus alter.

Haſtula regia, ſiue Aſphodelus Matth. fol. lat. pa. 414. lib. 2. cap. 164. & icon. 4. pag. 342.

Aſphodelus albus maior Lobel. obſeru. pag. 46. & icon. pag. 90.

---

*III.*

Aſphodelus autumnalis.

Aſphodelus autũnalis, ſiue maior Camer. hort. p. 23.

*IV.* Aſpho-

*IV.*

Aſphodelus flore purpuraſcẽte folijs maculis aſper-(ſis.
Aſphodelus flore incarnato pallido Dod. fol. Gall. pag.453.lib.5.cap.80.
Aſphodelus flore ſuaue rubente Lob. icon. pag.91.

*V.*

Aſphodelus luteus & flore & radice.
Haſtula regia Trago pag.790.lib.2. cap.84.
Aſphodelus luteus minor Lobel. obſeru. pag. 46. & icon. pag.91.
Duas habet Tabernęmont.icones iconum pag.655. & 654.vnius tamen plantæ.
Iphyon eſſe Theophraſti ſunt qui velint, at Theophraſtus duplex habet Iphium,alterum 6.hiſto.7. alterum 7.hiſt.12.

*VI.*

Aſphodelus paluſtris.
Aſphodelus tertius, aliquibus maritimus, Geſnero app.hort. pag.290.b.
Aſphodelus minimus luteus acorifolius paluſtris Lobel.obſeru.pag.47.& icon.pag.92.

*VII.*

Aſphodelus bulboſus.
Aſphodelus fœmina Dodon.fol. Gal.pag.452.lib.5. (cap.80.
Hyacinthoaſphodelus, fortè Galeni Aſphodelus hyacinthinus Lobel.icon.pag.93.

*PHALANGIVM, eiusq́; ſpecies.*

ΦΑλαγγίȣ meminit Dioſco.lib.3.cap.122. quòd demorſis à phalangijs auxilietur, Galeno auctore, lib.8.de med.ſimpl.facul.cui φαλαγγίτης,& Plinio li.27. cap.12.Phalangites,à quibuſdam Phalangium,ab alijs Leucanthemum vocatum.

*I.*

Phalangium magno flore.

Phalangium Matth.fol.lat.pag.558.lib.3.cap.105.& icon.4.pag.519.

Phalangium Dalechampij Lugdun. pag. 852. lib.7. cap.32.cuius figura melior.

---

*II.*

Phalangium maius alterum.

Lilium polyrhizon Myconi. Lugd.pag. 1496.lib.15. (cap.1.

---

*III.*

Phalangium ramoſum.

Moly Plinij Dodo.fol.Gall.pag.348.lib.4. cap.50.

Phalangium ramoſum Lobel.obſer. pag.27. & icon. pag.47.

Moly meminit Plinius lib.25. cap.4. vbi duplex proponere videtur, dicit enim radice rotundâ nigraq́;, cuius florem Græci luteum pinxerint, cùm Homerus album ſcripſerit. Subiungit in Italia naſci, radicibus triginta pedum longis.

---

*IV.*

Phalangium non ramoſum.

Liliago Cordo in hiſt.pag.150.b.lib.2.cap.106.

Phalangium non ramoſum Lobel.obſeru. pag.27.& icon.pag.48.

Duæ huius ſpecies, altera maior folio longiore, paulò latiore, capitulo triquetro ſemine paulò maiore: altera minor, cui omnia minora & folia ſtrictiora: Huius radices ſæpè pro Ruſci veri radicibus, magno errore, diuenduntur.

---

*V.*

Phalangium minus folijs fiſtuloſis.

Aſphodelus minor Cluſ.hiſt.Hiſp. pag.296.li.2.c.17.

Phalangium Getæ Lob.obſer.pag.27.&icon.pa.48.

# SECTIO SEXTA.

*ACORVS: IRIS: XYRIS: ZINGIBER: Zedoaria: & Coſtus.*

## ACORVS.

ACORVS dicitur, quia ταῖς κόραις, id eſt, pupillis, ſiue aciei oculorum caliginoſæ medetur, de quo Dioſcorides lib. 1. cap. 2. Meminit & Plinius lib. 25. cap. 13. Acori Iridis folijs, ſed radices dicit eſſe nigras, quare hanc non intelligit, cum noſtra vt & Dioſcorides habet, ſit radicibus albicantibus, candidaq; commendetur.

*I.*

Acorus ſiue officinarum calamus aromaticus.

Acorum Matth. fol. lat. pag. 20. li. 1. c. 2. & icon. 4. p. 4.

Acorum legitimum cum ſuo Iulo Cluſ. hiſt. pan. pag. 359. lib. 2. cap. 29. cuius figura optima. (pa. 57.

Acorus Lob. obſ. pa. 30. & Acorus Dioſc. eidē icon.

Huic volunt aliqui conuenire Coſti Arabici deſcriptionem apud Dioſcoridem lib. 1. cap. 15.

Alij Iridi volunt cognatam: alij cum Iuncis magis conuenire ſtatuunt.

*II.*

Acorus adulterinus.

Iris lutea Dodo. fol. Gall. pag. 144. lib. 2. c. 35. (pa. 58.

Acorus noſtrâs paluſtris Lob. obſer. pag. 31. & icon.

Butomen Theoph. 1. hiſt. 8. 4. hiſt. 9. & 11. aliqui eſſe volūt, quòd à bobus libēter edatur & proſcindatur. Alijs Iris in maritimis naſcēs à Theophr. & Plinio improbata.

## *IRIS, & eius differentiæ.*

IRis à cœleſtis arcus ſimilitudine nomen accepit, auctore Dioſcoride, qui lib. 1. cap. 1. de ea agens, manifeſtè oſtendit complures eſſe Iridis ſpecies, colore floris differentes, candido nempe, pallente, luteo, (alij nigros

gros legunt) purpureo, cæruleo, ſeu cyaneo. Quam coloris diuerſitatem aliqui in vno flore reperiri exiſtimāt. Verùm hæc non videtur Dioſcoridis fuiſſe ſententia, ſiquidem de Illyrica maximè loquatur. Iam verò teſtatur Braſſauolas ſe in Illyrico conſpexiſſe flores pleroſque candidos, alios pallidos, nonnullos luteos, quoſdam purpureos. Plinius lib. 21. cap. 7. Iridem ſcribit florere diuerſi coloris ſpecie, ſicut arquus cœleſtis, vnde & nomen, laudatiſſimam in Illyrico: proximam in Macedonia, longiſſimam & candicantem, tertium locum habere Africanam, ampliſſimam inter omnes, guſtuq́; amariſſimam. Illyricam quoq; duorum generum eſſe. Rhaphanitin à ſimilitudine (fortè Aſtragalitis Galeni & Aëtij) quæ & melior Rhizotonon ſubruffam: non improbari, & Piſidicam.

QVod πράσον Dioſcorides lib.2.cap.179.vocauit, & in κεφαλωτὸν capitatum & ἀμπελόπρασον diſtinxit, id Latini Porrum, quod porrò eat, & longè lateq; graſſetur, vocarunt. At Theophraſtus videtur addidiſſe τὸ καρτὸν πράσον tonſum porrum, 2.de cauſis plantar. 20. & lib.3.cap.23.de illo verò 7.hiſto.1.2.3.5.& 6. capitibus egit. Plinius verò lib.20.cap.6. Sectiuum habet & capitatum, illudq́; lib.19.cap.6.in duo partitur genera, alterum folio inciſuris euidentibus: alterum ſuauioris folij, rotundiorisq́;, inciſuris leuioribus. Verum notandũ, ipſum capitatum ex ſectili parari, quare ſecundum Columellam & Palladium idem ſunt, ex eodem ſemine generantur, & ratione culturæ ſolùm differunt, eò quòd alterum ſæpius ad culinaria iuſcula detonderi ſoleat: nam quod capitatum vt fiat, deſideratur, attondi non debet, autumnalique tempore transferendum, quod & Plinius oſtendit.

*I.*

Porrum capitatum.

Porrum Brunfel.fol.pag.136.tom.3.Rhap.57.& 4. pag.179.

Porrum vulgare Lob.obſer.pag.77.&icon.pag.154.

*II.*

Porrum alterum, quod ſectiuum Plinio.

Porrum ſectile & capitatum Matthiol. fol.lat. pag. lib. cap. &icon.4.pag.298.

Porrum tonſile Lobel.obſer. pag.78.& icon.pa.155.

*III.*

Porrum alterum.

Porrum ſectiuum Trago pag.742.lib.2. cap.67.

Schœnopraſſon Lob.obſer.pag.77.& icon.pag.154.

Gethyllidē appellauit Geſnerus,quā Nicandri Scholiaſtes,Ceparū genus eſſe dicit:habetur maius & minus.

Hoc à veterum ſectiuo differre non ſine cauſa Geſnerus lib.de hort. pag. 273.b. pronunciauit: ſiquidem porro folia lata ſunt: huic verò pro folijs iunci inanes ſunt,quare nomine ex iunco & porro cōpoſito, Schœnopraſſum vocarunt.

---

*IV.*

Porrum maximum folio latiſſimo.

Porrum Syriacum Taber. pag.189. lib.2.ſect.3.c.48.

---

*V.*

Porrum ſylueſtre inodorū, quod omnia porro ſimilia habet,ſed exiliora & inodora,Lobel.obſeru.pag.77. ſine icone.

---

*VI.*

Porrum ſylueſtre vinearum.

Ampelopraſſon ſiue porrum ſylueſtre Lobel.obſeru. pag.78.& icon.pag.155.

Videtur Dioſcoridis lib.2. cap.180. Ἀμπελόπρασον, id eſt,porrum in vite naſcens: ſic & Plinio lib.24. cap.15. Ampelopraſon.

---

*VII.*

Porrum ſylueſtre latifolium.

Ampelopraſum Matthioli fol.lat.pa.387.li.2.& icon. (4.pag.299.

---

## *ALLIVM, eiuſq́; ſpecies.*

ALlium fortè ab ἀλλεσθαι exilire,quod nimirum exiliendo creſcat. Σκόροδον Dioſcoridi lib.2. c.182. vel quaſi σκαῖον ῥόδον, id eſt, rudis roſa, propter grauem odo-

odorem: vel quod comeſtum, vapores excrementitios ad cutim pellat & veſcētibus pandiculationes moueat. Sunt qui ab halante graui odore deducant & Alium vnico l ſcribunt. Dioſcoridi aliud ſatiuum, & hortenſe, quod in Aegypto ſingulari, vt porrum capite conſtat, cuius nucleos Græci aglitas nominant: aliud ſylueſtre quod ὀφιοσκόροδον. At Theophraſtus 7. hiſtor. 4. aliud dicit præcox, aliud ſerotinum: differunt prætereà magnitudine ſingulari: quædam etiam non nucleis coagmētantur, quædam verò multis nucleis coagmentantur, γέλγις Theophraſtus, ἄγλιθας Galenus, Aegineta lib. 4. cap. 33. σκελλίδας & Aetius lib. 11. cap. 11. ὄνυχας vocat. Plinius lib. 19. cap. 6. Allium vocat, addens, Generum differentia in tempore, præcox matureſcit 60. diebus: tum in magnitudine. Vlpicum quoque in hoc genere Græci appellauêre allium Cyprium, alij antiſcorodon (fortè rectiùs aphroſcorodon) &c. Sunt qui velint alliū Vlpicum, Plinij eſſe Allium Aegyptium Dioſcoridis.

*I.*

Allium ſatiuum.

Allium Brunfels. fol. pag. 135. tom. 3. Rhap. 56. & 4. pag. 170. & Lobel. obſeru. pag. 80. & icon. pag. 158.

Quâ figurâ, vt & Matthioli icon. pag. 304. tres diuerſæ ſpecies proponūtur, alliū puta bicorne, alliū ſatiuum & alliū ſylueſtre. Genus quoddā capitibus ingētibus ex Africa adferri, auctor eſt Cęſalp. pag. 408. lib. 10. cap. 15.

---

*II.*

Allium ſatiuum alterum.

Allium ſatiuum amphicarpum (quod & radicum nucleis ſeritur, & ſeminibus, quæ nucleos ſimilitudine referunt) Cord. hiſt. pag. 144. b. lib. 2. cap. 77.

---

*III.*

Allium ſphæriceum primum.

Scorodopraſum Lob. obſer. pag. 79. & icon. pa. 157.

Σκορ-

Σκοροδόπρασον Dioſcoridis lib. 2. cap. 183. ſic dictum, quòd qualitatum porri & allij ſit particeps.

*IV.*

Allium ſphęriceum ſecundum.

Scorodopraſſon alterum Lobel. obſeru. pag. 79. & icon. pag. 157.

*V.*

Allium ſphæriceum minus, quod ophioſcorodi minoris nomine collegimus. An ab aliquo deſcriptum ſit, dubitamus.

*VI.*

Allium capite ex multis bulbis conflato & contorto.

Scorodopraſum 2. Cluſ. hiſt. Pan. pag. 210. lib. 2. c. 19.

*VII.*

Allium bicorne.

Allium caninum alterum Trago pag. 748. lib. 2. c. 71.

Allij prima figura apud Matth. icon. pag. 304. & Lob. obſeru. pag. 80. & icon. pag. 158.

*VIII.*

Allium montanum latifolium.

Allium ſeu Moly mõtanum latifolium Cluſ. hiſt. Pan. pag. 212. lib. 2. cap. 20.

*IX.*

Allium montanum gramineo folio.

Ampelopraſſum proliferum Lobel. icon. pag. 156.

Allium ſiue Moly montanum 2. Cluſ. hiſt. Pann. pag. 214. lib. 2. cap. 20.

*X.*

Allium montanum iunceo folio.

Allium ſiue moly montanum tertium Cluſ. hiſt. Pan. pag. 215. lib. 2. cap. 20.

*XI.*

Allium montanum obſoletiore flore.

Allij montani quarti ſpecies ſecunda Cluſ. hiſt. Pann. pag. 218. lib. 2. cap. 20.

---

*XII.*

Allium montanum flore pallido odoro.

Allij montani quarti ſpecies prima Cluſ. hiſt. Pann. pag. 217. lib. 2. cap. 20.

---

*XIII.*

Allium montanum flore purpureo.

Allium ſiue moly montanũ quintum Cluſ. hiſt. Pann. pag. 219. lib. 2. cap. 20.

---

*XIV.*

Allium montanum folijs narciſſi maius.

Allium ſiue Moly narciſſinis folijs primùm Cluſ. hiſt. Pann. pag. 221. lib. 2. cap. 21. an Moly folijs Narciſſi Lobel. obſeru. pag. 82. & icon. pag. 161.

Variat folijs ſplendentibus viridibus in vno, floribusque purpuraſcentibus: in altero magis cinereis & mollioribus, floribus dilutioribus.

---

*XV.*

Allium montanum folijs narciſſi minus.

Allium ſiue moly narciſſinis folijs ſecundum Cluſ. hiſt. Pann. pag. 222. lib. 2. cap. 21.

Huius altera ſpecies longioribus & anguſtioribus folijs, floribus dilutioribus.

---

*XVI.*

Allium ſylueſtre.

Allium caninum primum Trago pag. 748. & 750. lib. 2. cap. 71.

Allium ſylueſtre tenuifolium Lobel. icon. pag. 156.

Hoc ὀφιοσκόροδον, id eſt, allium anguinum Dioſcoridis

lib.2.cap.182.cenſetur & Plinio lib.19.cap.6.Allium in aruis ſpontè naſcens, quod Alum vocant.

*XVII.*

Allium Vrſinum.

Allium ſyluestre Brunfel.in fol.pag.137.tom.3. Rha. 58. & 4.pag.180.Trago pag.748.lib.2.cap.69.

Allium vrſinum latifolium Lobel.obſeru. pág. 80. & icon.pag.159.

Plinio lib.19.cap.6. Allium ſylueſtre, quod vrſinum vocant: ſunt qui Dioſcoridis Scorodopraſum, aut eius Ampelopraſũ, aut Ophioſcorodon, ſed malè, cenſeant.

*XIIX.*

Allium ſerpentinum folijs oblongis.

Allium Alpinum Geſn.de hortis pag. 245.b.

Allium ſerpentinum & ophioſcorodon Lobel. obſer.pag.81.& icon.pag.159.qui ſuæ figuræ vt & Matth. flores non adpingit: melior ergò figura Camerarij in Matthiolum, & ipſius Lugdun. pag.1547.

*XIX.*

Allium ſerpentinum folijs rotundioribus. (pag.10.

Allium alpinum & victorialis mas Camer. in hort.

A nemine adhuc pictum: diſtinguunt aliqui in marem & fœminam, & mari folia latiora, fœminæ anguſtiora tribuunt.

*SCILLA, eiusq; ſpecies.*

Dioſcorides lib.2.cap.202. Σκίλλαν habet & ſequenti capite παγκράτιον, quod aliqui Scillam appellant. Theophraſtus 1.hiſt.7. & 10. Scyllam proponit, verùm 7.hiſt.11.meminit Scyllæ Epimenidæ vocatæ, quæ ab vſu nuncupationem ſortita ſit. Plinius lib. 19. cap. 5. Scillæ, inquit, duo genera medica: maſculis albis folijs, fœmina nigris: & tertium genus eſt cibis gratum, Epimenidium vocatur, &c. Sic lib. 20. cap.9. Scillarum in medi-

medicina,alba eſt quę maſculus,fœmina nigra: quæ cā-
didiſſima fuerit,vtiliſſima erit.

*I.*

Scilla maior radice albâ. (pag. 344.

Scylla Matth.fol.lat.pag.416.lib.2.c.168: & icon. 4.

Scilla ſiue cepa marina Lobel. icon. pag. 75. & Cluſ. hiſt.Hiſp.pag.290. lib.2. cap.15. cuius iconem neminē hactenus veram dediſſe,ſcribit,& eandem cum Lobęlo iconem habet.

---

*II.*

Scilla maior radice rubrâ.

Pancratium Cluſ.hiſt.Hiſp.pag.293.lib.2.cap.16.

Scilla rubentibus radicis tunicis, folio aloes carinato Lobel.obſer.pag.76.&icon.pag.152. Florem huius nemo pinxit.

Plinius lib.27.cap.12. (à profligandis morbis omnibus dictum videtur) aliqui Scillam puſillam appellare malunt,&c. quæ ex Dioſcoride lib.2. cap.203. deſumpſit,qui παγκράτιον vocat.

---

*III.*

Scilla minor.

Narciſſus Cōſtantinopolitanus vel 3.Matth. fol. Ital. pag.1303.lib.4.cap.162. (pag.152.

Pancratium marinum Aduerſ.pag.57.& Lobel.icon.

Ἡμεροκαλὲς Theophraſti 6.hiſt.1.vbi Elium vertit Gaza & Lilium marinum eſt.

Variat floris colore, ſiquidem apud Monſpelienſes flore eſt albo,aliâs eſt flore ſubluteo & palleſcēte: apud Italos rubro & purpureo,quandoq; punicante. Quare Tabernæmontanus huius tres figuras proponit in ſuis iconibus pag.613. nomine lilijmarini albi, & eandem iconem repetit pag.641. adſcripto nomine lilijmarini lutei,tum narciſſi Cōſtātinopolitani nomine pag. 603. aliam habet iconem.

## *MOLY, & eius ſpecies.*

Μῶλυ, ἀπὸ τοῦ μωλύειν τὰς νόσους, ab amoliendis morbis. Vnius Dioſcorides lib. 3. cap. 54. & Theophr. 9. hiſto. 15. meminêre. at Plinius lib. 25. cap. 4. duplex propoſuit, alterum radice rotunda, alterum verò longa, vt in Phalangio monuimus.

*I.*

Moly maius.

Moly liliflorum Homericum fortè Aduerſ. pag. 60.

Moly liliflorum bulbum in folio gerens, Theophraſti & Homericum fortè, Lobel. obſeru. pag. 82. & icon. pag. 161.

Hoc Theophraſti eſt Moly, fortè & Plinij radice rotunda: ſunt qui velint Scyllæ alterum genus eſſe quod Pancratium Dioſcoridi.

*II.*

Moly minus.

Moly Matthioli icon. 4. pag. 448.

Moly Dioſcoridęum putatum Lobel. obſer. pag. 81. & icon. pag. 160.

*III.*

Moly ſerpentinum vocatum Lobel. obſeru. pag. 82. & icon. pag. 160.

*IV.*

Moly Indicum.

Caucaſon, Moly Indicum vocatum Lobel. obſeru. pag. 83. & icon. pag. 162. &c.

SECTIO

# SECTIO QVINTA.

## LILIVM: MARTAGON: MONOPHYLLVM.

### *LILIVM, & eius ſpecies.*

LILIVM, κρίνον καὶ λείριον Dioſcorides lib. 3. cap. 116. nominauit, vbi duo eius proponit genera, dum inquit, tradunt & rubra eſſe lilia. Sic Theophraſtus 6. hiſt. 6. florem lilij variare dixit & purpureũ eſſe, ſingulis caulibus aliâs vnum lilium, aliâs plura exire. At Plinius lib. 21. cap. 5. Lilij tria ſtatuit genera, album, rubẽs, purpureum, quod aliquando gemino ſit caule, quod Narciſſum vocitent.

Diuidimus in bulboſum & non Bulboſum: bulboſum, vel vno bulbo, vt lilia alba, martagon, &c. vel pluribus aſphodeli bulbis, vt lilium luteum & rubrum: non bulboſum, vt lilium conuallium.

*I.*

Lilium album vulgare, quod Dioſcoridis, Theoph. & Plinij Lilium.

Lilium Brunfelſ. fol. pag. 48. tom. 2. Rhap. 13. & 4. pag. 54.

Lilium candidum Lobel. obſeru. pag. 83. & icon. pag. 163.

---

*II.*

Lilium album peregrinum.

Sultan Zambach Cluſ. hiſt. Pan. pag. 137. lib. 2. cap. 4. ſine icone.

Martagon album, lilium candidum Byzantinum Lobel. icon. pag. 163.

---

*III.*

Lilium album peregrinum alterum.

Lilij pulchri albi & ignoti ſpecies Theophraſti, Rauvvolff num. 125.

Lilium album Syriacum Lugd. pag. 30. append. ex Rauvvolffo.

*IV.*

Lilium croceum maius. rubens Plinij.

Lilium rufum Trago pag. 792. lib. 2. cap. 84.

Martagon Chymiſtarum Lob. obſer. pag. 84. & icon. pag. 164. an ἡμεροκαλλὶς Dioſcoridi lib. 3. cap. 137.

Aliquando flore pleno reperitur: vidimus & cādido.

*V.*

Lilium phœniceum.

Martagon Chymiſtarum alterū Lob. icon. pag. 164.

*VI.*

Lilium cruentum latifolium Tabernæm. pag. 326. lib. 2. ſect. 7. cap. 17. & icon pag. 639.

*VII.*

Lilium bulbiferum latifolium.

Lilium cruentum, bulbos maiuſculos ſquammatim compactos gerens ſummo alis diuiſo caule Lob. obſer. pag. 84. & icon. pag. 165. vbi duæ ponuntur icones.

*VIII.*

Lilium bulbiferum anguſtifolium.

Martagon cruentum anguſtifolium, exiguos alis diuiſo caule nucleis cōpactos bulbos gerens Lob. icon. pag. 166.

*IX.*

Lilium bulbiferum minus.

Lilium rubens ſeminiferum Geſn. hort. pag. 265.

Lilium cruentum ſecundum caulem bulbulis donatum Lob. icon. pag. 166.

X. Li-

*X.*

Lilium bulbiferum incanum.

Martagon bulbiferum incanum Cluſ. hiſt. Pann. pag. 139. lib. 2. cap. 5. ſine icone.

*XI.*

Lilium croceum minus.

Lilium purpureum minus Lobel. obſer. pag. 84. in icon. pag. 167. vocat minimũ duabus adpoſitis iconib⁹.

*XII.*

Lilium Perſicum: & Lobel. obſeru. pag. 81. & icon. pag. 170.

Maius & minus, Lutetia ad nos miſit D. Ioh. Henricus Cherlerus.

*XIII.*

Lilium ſiue corona Imperialis flore luteo.

Lilium ſiue corona imperialis Lob. obſeru. pag. 86. icon. pag. 171.

Hoc Hemerocallis Dioſcoridis à quibuſdã ſtatuitur.

*XIV.*

Lilium ſiue corona imperialis flore rubro.

Tuſai ſiue lilium perſicũ 2. Cluſ. hiſt. Pann. pag. 127. lib. 2. cap. 1.

*XV.*

Lilium ſiue corona imperialis multiflora.

Corona imperialis phœnicea duplici corona aut ſerie florum Lob. icon. pag. 172.

Tuſai ſiue lilium perſicum 3. Cluſ. hiſtor. Pann. pag. 128. lib. 2. cap. 1.

Vno caule ſæpe ad quadraginta flores fert.

*XVI.*

Martagon flore rubello. an Hemerocallis Dioſc. li. 3. (cap. 137.

Hemerocallis flore rubello Lob. icon. pag. 168.

Huius

Huius duas proponit icones Tabernæ. nomine lilij Sarracenici maris & fœminæ icon. pag. 168.

*XVII.*

Martagon purpuroſanguineum polyanthos.

Hemerocallis altera Matth. fol. lat. pag. 572. libr. 3. cap. 120. & icon. in 4. pag. 553.

Hemerocallis Chalcedonica purpuroſanguinea polyanthos Lob. obſer. pag. 85. & icon. pag. 169.

*XIIX.*

Martagon phœniceum vnico flore.

Lilium rubrum Zufiniare Cluſ. hiſt. Pann. pag. 134. lib. 2. cap. 3.

Hemerocallis Byzantina altera Lob. icon. pag. 169.

*XIX.*

Martagon montanum noſtrum maius.

Lilium ſylueſtre primum Cluſ. hiſt. Pann. pag. 143. li. 2. ca. 5. ſine icone.

Lilium purpureum mas Geſnero de hort. pag. 264. b.

Variat ratione macularum, flos namque qui ſaturatius purpuraſcit, modò multis nigricantibus maculis, modò paucioribus diſtinctus eſt.

*XX.*

Martagon montanum minus.

Affodillus Brunfel. fol. pag. 43. tom. 3. rhap. 12. & in 4. pag. 56.

Hyacinthus poëtarum Trago pag. 787. lib. 2. cap. 83.

Lilium montanum Lobel. obſeru. pag. 85. & icon. pag. 168.

Variat floris colore, qui plerunque ſubruber, aliquando dilutus albicánſve.

*XXI.*

Lilium luteum aſphodeli radice.

Lilium

Lilium non bulboſum luteum Dodon. fol. lat. pag. 204. pemp. 2. lib. 2. cap. 7.

Lilioſphodelus luteus liliflorus, Lob. obſer. pag. 47. & icon. pag. 92.

Hemerocallis Dioſcoridis quibuſdam.

Albo quoque flore reperitur.

---

*XXII.*

Lilium rubrum aſphodeli radice.

Lilium rubens arundinaceũ Geſn. de hort. pa. 265. a.

Lirioſphodelus phœniceus Lob. obſ pag. 48. & icon. pag. 93.

Hemerocallis Dioſcoridis, Theophraſti & Plinij lib. 21. c. 10.

---

*XXIII.*

Lilium conuallium: à natali loco.

Lilium conuallis vel ſylu. lilium Brunfel. fol. pag. 211. tom. 1. Rhapſ. 36. & in 4. pag. 81.

Lilium conuallium, vel vernum Theophraſti Lobel. obſer. pag. 87. & icon. pag. 172.

Alijs Lilium Theophraſti: alijs Oenantha eiuſdem li. 6. cap. 7. & Oenanthe Athenæi.

---

*XXIV.*

Lilium conuallium flore maiore.

Lilium conuallium alterum alpinum flore maiore & odoratiore Camer. in hort. pag. 89.

---

*XXV.*

Lilium conuallium flore rubente.

Lilium conuallium floribus ſuauerubentibus Lobel. icon. pag. 173.

---

*MONOPHYLLVM.*

MOνόφυλλον Vnifolium dictum, eò quòd cùm primò prodit, vnico ſit folio, cùm caulẽ acquirit, gemino eſt, & vltra vnius anni ætatẽ, vt & cùm baccas pro-

fert,ſimul tamen vtrumque eâdem radice natum reperitur. Rariùs ternis folijs reperiat, cuiuſmodi Iohan. Richterus Oppauienſis Medicinæ ſtudioſus ex monte Fracto nobis attulit. In hunc locum reiecimus propter ſimilitudinem quam habet, cum lilio conuallium. Aliquibus cyclaminos tertia Plinij lib. 25. cap. 9. cenſetur.

Vnifolium Brunfelſ. fol. lat. pag. 72. tom. 2. Rhapſ. 18. cuius figura vt & Camerarij in Epit. Matthioli nomine graminis Parnaſſi pag. 744. reliquorum melior eſt.

Cotyledon ſylueſtre & vnifolium Trago pag. 485. lib. 1. cap. 163. qui figuram habet Brunfelſi.

Monophyllon Lob. obſ. pag. 161. & icon. pag. 303.

---

# SECTIO SEXTA.

## *ORCHIS: SATYRIVM: DENS Canis: Ophrys.*

### ORCHIS, *eiuſq; differentia.*

ΟΡΧΙΣ Theophraſto lib. 9. hiſt. cap. 19. & Dioſcoridi lib. 3. cap. 141. hic Orchides: vel Cynoſorchides vocat, quæ radicem habent bulboſam oblongam oliuæ modo anguſtā duplici ordine, ſuperiorē pleniorem, & inferiorem molliorē ac rugoſiorē. Satyrium autē, eod. lib. ca. 143. quod radicem habet bulboſam mali magnitudine, quòd tria ferat folia, vnde quibuſdam τρίφυλλον vocatur.

At longè aliter recentiores, ſiquidem Tragus eas quę manus effigiem exprimunt Satyriorum fœmellas dicantur. Alijs ea differentia placet, vt ab effigie radicis omnes Orchides dicantur, ab effectu verò nonnullæ Satyria vocētur, quod Venerem prę cæteris bulbis ſtimulēt: quare poſtea Plinio & Apuleio Venerei ſunt dicti. Verū recentiorū pleriq; hanc differentiā faciunt, vt eas ꝗ radices habēt rotūdas teſticulorū inſtar geminas Orchides & Cynoſorchides. quæ verò radices habent manus effi-

gies

gies exprimentes, Satyria & Palmas vocitent, quæ ſanè diſtinctio doctrinæ cauſa ſeruari poteſt.

Genera Orchidis duo fecit Dioſcorides, Vnum vocat κυνὸς ὄρχιν teſticulum canis: alterum σεραπιάδα cognominatum: Sic Satyrium duplex: alterum σατύριον τρίφυλλον, alterum σατύριον ἐρυθρόνιον vel ἐρυθραϊκόν.

Aduerſaria Orchidum quatuor fecêre genera, Caninum, Vulpinum ſeu Serapiadum, Hircinum & Odoratum. Dodonæus quinq; conſtituit genera Cynoſorchin ſeu canis teſticulũ: Teſticulum morionis: Tragorchin ſeu teſticulum hircinum: Orchin Serapiada alijs vulpinum, & Teſticulum odoratum. Ad quæ quinq; genera reduci poſſunt Orchidũ ſpecies omnes. At placet præmittere Tabellam Orchidum & Satyriorum à Cornelio Gemma compoſitam.

- *Satyria vel Satyriſci generali vocabulo alij* †
  - *Legitima ſimplici bulbo. poſſunt hæ Monorchides appellari*
    - *Prius Dioſcoridi* — *ad hoc genus valdè accedit Hyacinthus orient.*
    - *Poſterius Erythronium* — *ad hoc proximè Tulipannæ genera, vel potius dentis canini.*
  - *Cynoſorchides ſeu Polydactylides teſticulis oblongis & cõpreſſis* *
    - *Oreadis Nymphæ vel montanæ & odoratæ*
      - *Folio læui*
      - *Folio maculoſo*
      - *Sub horum ſingulis ſunt differentiæ accidentariæ plures florum gratia, colore, odore, & foliorum & caulis magnitudine diſcernendæ.*
    - *Neroides vel Nymphæ paluſtres*
      - *Folio acuto vel Leptophyllæ. Xiphoeides*
        - *Vulgares*
          - *Leues*
            - *Folijs acutis toto progreſſu.*
            - *Flore rufo, folij mucrone obtuſiore.*
            - *Flore purpureo, folio ex amplo in anguſtum.*
          - *Maculoſæ*
            - *Odorato flore.*
            - *Inodoræ*
              - *Nephelodes vel nubibus variegatæ.*
              - *Stigmatibus interpũctæ ſiue ſtigmaticæ.*
        - *Dracontiæ*
          - *Nigra penitùs folio & caule & flore.*
          - *Seminigra.*
      - *Lato folio ac lacinioſo*
        - *Maior*
        - *Minor*
        - *Flore violaceo.*
      - *Platyphyllæ.*
      - *Conopſea, vel macrocaules, cui flos culicem repræſentans.*
      - *Folio gramineo quam depingit Matthiolus.*

† *

- *Orchides duorum ordinum aut plurium.*
  - *Serapiades rotundis teſtibus, Orchidia magis appellandi, id eſt, teſticuli parui.*
    - *Duobus teſtibus habent ſpeciem animalculorum in floribus.*
      - *Apum vel Melittiades*
        - *Prima*
        - *Secunda* } *Serapiades quorundam.*
      - *Muſcarum*
        - *Primæ.*
        - *Secundæ.*
      - *Myodes.*
      - *Veſparum Aſylophoræ, vel Sphegodes*
        - *Maiores.*
        - *Minores.*
      - *Anthropinæ, vel Strateumaticæ*
        - *Maiores.*
        - *Minores.*
      - *Regales vel Baſilicæ*
        - *Maiores*
          - *Prima*
          - *Secũda* } *Noſtris Serapiades veræ.*
        - *Flore exactè purpureo regali ſceptro & trabea.*
        - *Minores. Pumilio luteus odoratiſſimus referente flore regium Diadema.*
      - *Tragorchies vel hircinæ*
        - *Scincophora Lacertarum ſimilitudine.*
        - *Corioſmites Flore inſtar Cimicum.*
      - *Delphinia flore Delphinũ referente*
        - *Maiores quas Ornythophoras aptè nomines.*
          - *Folio læui.*
          - *Folio maculoſo.*
        - *Minores*
          - *Montanæ*
            - *Prima.*
            - *Secunda.*
          - *Paluſtres odoratæ.*
    - *Triorchis.*
    - *Tetrorchis.*
    - *Pumilio albus ſiue ſpiralis eiuſdem ferè generis cum Regali lutea.*
  - *Mediæ vel Dactylides à ſimilitudine digitorum*
    - *Pſychodes*
      - *Maiores folijs rotundioribus.*
      - *Minores, vel Mediæ ferè trifoliæ.*
      - *Minimæ & odoratæ.*
    - *Hermaphroditica, duobus cruribus oblongis.*
    - *Acridoeides vel locuſtophoræ.*
      - *Prior flore herbaceo, vt in abortiuo diphyllo.*
      - *Altera flore fuliginoſo, qui cicadæ colore ſimilior quàm locuſtæ.*
- *Abortus Satyriorum qui cùm teſtibus careant, reliqua tamen parte Satyrium repræſentãt*
  - *Abortiuum diphyllum.*
  - *Elleborina paluſtris.*
  - *Orobanche.*
  - *Hypocyſtis.*

Plinius lib. 26. cap. 10. Orcheon, Satyriorumque deſcriptiones, quæ Venerem concitant, valde miſcuit: repetitur hiſtoria lib. 27. cap. 8. Cynoſorchidis nomine.

*I.* Cyno-

*I.*

Cynoſorchis latifolia floribus puniceis intus albicantibus.

Cynoſorchis maior altera noſtra Lobel. obſeru. pag. 89. & icon. pag. 174.

---

*II.*

Cynoſorchis latifolia altera lilifolia.

Cynoſorchis noſtra maior Lobel. obſeru. pag. 89. & icon. pag. 173.

---

*III.*

Cynoſorchis latifolia tertia hiante cucullo.

Cynoſorchis maioris ſecũda ſpecies Lob. ic. pa. 176.

Cynoſorchis altera Dodon. fol. lat. pag. 234. pempt. 2. lib. 2. cap. 30.

---

*IV.*

Teſticulus morionis mas folijs maculatis.

Cynoſorchis mas noſtra Trago pag. 779. lib. 2. ca. 82.

Cynoſorchis morio Lob. obſ. pa. 87. & icon. pa. 176.

Variat flore vel purpureo, vel ex roſeo candido, purpureis maculis notato.

---

*V.*

Teſticulus morionis fœmina 1.

Teſticuli ſpecies tertia Matth. in 4. icon. pag. 559.

Cynoſorchis morio fœmina Lob. obſ. pa. 88. & icon. pag. 176.

---

*VI.*

Teſticulus morionis fœmina alter.

Orchis anguſtifolia fœmina altera Fuchſ. fol. lat. pag. 557. cap. 209.

Orchios quartũ gen⁹ Dod. edit. Gall. pa. 153. l. 2. c. 46.

---

*VII.*

Teſticulus morionis minor folijs maculatis.

 Cyno-

Cynoſorchis minimis & ſecundum caulem pedalem & cubitalem maculoſis folijs, floribus purpureis Lob. icon. pag. 175.

---

*IIX.*

Teſticulus morionis folijs ſeſſilibus maculatis.

Cynoſorchis Delphinia ſeſſilibus maculoſis obtuſioribꝰ folijs, flore purpurouiolaceo, caule ſeſquicubitali, maiuſculo oliuari gemino bulbo, Lob. ic. pag. 174.

---

*IX.*

Teſticulus morionis folijs ſeſſilibus non maculatis.

Orchis colore vario Cluſ. hiſt. Pann. pag. 238. lib. 2. cap. 26. ſine icone.

Galeâ colore modò purpureo ſaturatiore, modò dilutiore, modò carneo, modò omninò lacteo.

---

*X.*

Orchis flore rubro elegantiſſimo Cluſ. hiſt. Pan. pag. 237. lib. 2. cap. 26. ſine icone.

---

*XI.*

Orchis obſcurè purpurea Cluſ. hiſt. Pann. pag. 238. lib. 2. cap. 26. ſine icone.

---

*XII.*

Orchis galeâ purpureâ Cluſ. hiſt. Pan. pag. 236. lib. 2. (c. 26.

Huius & altera ſpecies ſpicâ longiore.

---

*XIII.*

Orchis fœtidiſſima Cluſ. hiſt. Pann. pag. 239. lib. 2. cap. 26. ſine icone.

---

*XIV.*

Teſticulus hircinus (à floris odore) longiore anguſtioreq; folio.

Orchis Saurodes vel Scincophera, lacertarum æmulatione Lobel. obſeru. pag. 90.

Teſti-

Teſticulus hircinus vulgaris ſeu Tragorchis Lobel. icon. pag. 177.

---

*XV.*

Teſticulus hircinus breuiore latioreq; folio.

Teſticulus hircinus Lobel. obſer. pag. 88.

Inter vtramq; hanc non magna eſt differentia.

---

*XVI.*

Teſticulus hircinus minor.

Tragorchis minor & verior ſiue Corioſmites vel Coriophora Lobel. obſeru. pag. 90. & icon. pag. 177.

---

*XVII.*

*ORCHIS SERAPIAS.*

SErapiades nominant, propterea quòd eorum flores inſecta quædam referant fœcunda & laſciua, tanquam à Serapiade Alexandrinorum olim Deo nomen habentia, cuius excellens templum Canopi erat, vbi laſciuijs, cantibus & ſaltationibus colebatur, vt eſt apud Strabonem ſuæ Geographiæ lib. 17.

Orchis bifolia latiſſima.

Orchis latifolia maxima Cluſ. hiſt. Pann. pag. 237. lib. 2. cap. 26. ſine icone.

---

*XIIX.*

Orchis bifolia altera.

Orchis latifolia altera Cluſ. hiſt. Pann. pag. 237. lib. 2. cap. 26. ſine icone.

---

*XIX.*

Orchis bifolia minor flore papilionem referens.

Satyrium trifolium Fuchſ. fol. lat. pag. 710. cap. 269.

Teſticulus vulpinus primus Lobel. obſeru. pag. 88. & icon. pag. 178.

Variat, cōmuniter quidē flore eſt candido. Reperitur & purpureo. Huius binę icones apud Taber. pag. 666. & 667.

667. nomine teſticuli vulpini latifolij & Triorchis maioris maris.

*XX.*

Orchis bifolia minor altera, vel Hermaphroditica.

Hermaphroditica ſecunda Corn. Gemmæ, ſiue Orchis Sphecodes diphylla Lob. obſ. pag. 93. & ic. pa. 178.

*XXI.*

Orchis trifolia maior.

Satyrium trifolium Fuchſ. fol. lat. pag. 709. cap. 269.

Huius duæ icones apud Tabern. pag. 674. & 675. Satirij trifolij & triphylli nomine; & pag. 678. ſub Triorchi trifolia inter hanc & Orch. Bifoliam minorem, parua niſi ratione numeri foliorum differentia.

*XXII.*

Orchis trifolia minor.

Culices minores triphyllæ Lob. icon. pag. 179.

*XXIII.*

Orchis fucum referens maior, foliolis ſuperioribus candidis & purpuraſcentibus.

Orchis ſerapias ſecundus maior Dodo. fol. lat. pag. 238. pempt. 2. lib. 2. cap. 30.

Teſticulus vulpinus maior & Sphegodes Lob. obſer. pag. 91. & icon. pag. 180.

*XXIV.*

Orchis fucum referens minor foliolis ſubuirẽtibus: vel Orchis apem referens.

Orchis 6. & Satyrion alterum Dioſc. Trago pag. 783. lib. 2. cap. 82.

Orchis Melittias ſiue apis cadauerulum exprimens Lob. obſ. pag. 90. & icon. pag. 180.

*XXV.*

Orchis fucum referens tertia.

Teſticu-

Teſticulus vulpinus ſecundus ſphlegodes Lobel. icon. pag 179.

---

*XXVI.*

Orchis muſcæ corpus referens.

Orchis Serapias tertius Dod.fol.lat.pag.238.pempt. 2.lib.2.cap.30.

Orchis myodes prima floribus muſcam exprimens Lobel.obſeru.pag.90.& icon.pag.18.

---

*XXVII.*

Orchis muſcam referens lutea.

Vulpinus teſticulus ſiue orchis myodes lutea Narbonenſis Lobel.icon.pag.181.

---

*XXIIX.*

Orchis muſcam referens maior.

Orchis myodes altera folio læuiore & flore grãdiuſculo Lobel.obſer.pag.91.&icon.pag.182.

---

*XXIX.*

Teſticulus 16.minor Tabern.icon.pag.667.

---

*XXX.*

Orchis ſpicâ ex herbaceo ſubuirente.

Cynoſorchis quintus Dodo.fol.lat.pag.235.pempt. 2.lib.2.cap.30.

Orchis ornithophora, vel orinthes folio læui Lobel. obſeru.pag.91. & icon.pag. 182.

---

*XXXI.*

Orchis ornithophora folio maculoſo Lobel.obſeru. pag.92.icon.pag.183.

Huius differentia in floribus purpureis, ſubpurpuraſcentibus, albis : folijs prægrandibus, paruis, oualis figuræ, ex acuto in latum, vel in rotundum deſinentibus.

---

*XXXII.*

Ornithophora candida Lobel.icon.pag.183.

---

*XXXIII.*

Orchis militaris maior.

Orchis ſtrateumatica,ſiue ſtratiotes maior Lob. obſeru.pag.92.&icon.pag.184.

---

*XXXIV.*

Orchis militaris minor.

Orchis ſtrateumatica minor Lobel.obſer. pag.92. & icon.pag.184.

---

*XXXV.*

Orchis araneum referens. (pag.185.

Orchis andrachnitis(legatur arachnitis) Lobel.icon.

---

*XXXVI.*

Teſticulus 13.Tabern.icon. pag.665.

---

*XXXVII.*

Orchis Hermophrodetica, quia media inter Serapiades,id eſt,eas, quæ radice ſunt palmari, & Orchides maximè quo ad formam radicum.

Orchis Batrachites,vel Batrachioides Lobel. obſer. pag.92.& icon.pag.185.

---

*XXXIIX.* (dine.

Orchis odorata radice vnicâ rotundâ pili magnitu-

Teſticuli ſpecies minor bulbo ſingulari Geſn. de hort.pag.283.b.

Orchis puſilla pallida odorata Cluſ.hiſt. Pann. pag. 239.lib.2.cap.26.ſine icone.

---

*XXXIX.*

Orchis lutea globoſo flore.

Orchis rotundus Dalechampij Lugdun. pag. 1556. lib.15.cap.12.

---

*XL.* Or-

XL.

Orchis lutea hirſuto folio.

Orchis Friſia littoralis Lobel.obſeru.pag. 89. & icon. pag. 186. vbi duas iungit, at prima figura huic conuenit.

---

XLI.

Triorchis lutea folijs oblongis & glabris.

Triorchis lutea C.Gemmæ Lobel.obſeru. pag. 94. & icon. pag. 187. vbi binæ iunguntur figuræ, at ſecunda intelligenda.

Variat, quòd modò terni, modò quaterni puſilli pẽduli teſticuli ſubſint.

---

XLII.

Triorchis lutea altera.

Orchis minor Leodienſis Lobel. obſeru. pag. 90. & icon.pag. 187.

---

XLIII.

Triorchis lutea radice oblongâ fibroſâ.

Triorchis lutea tertia Lobel.obſeru.pag. 89.

Orchis Friſia littoralis Lobel.icon.pag. 186. vbi binæ icones iunguntur, altera intelligenda.

---

XLIV.

Triorchis alba odorata oblongâ radice.

Tetrorchis vel triorchis alba ſpiralis vel autumnalis Lobel.obſeru.pag.89.& icon. pag. 186.

Aliquando ternos, aliquando quaternos habet teſticulos oblongos fibroſos.

---

XLV.

Orchis alba odorata minor.

Satyrium odoriferum Brunfelſ. in fol. pag. 105. tom. 1. Rhapſ. 15.

Satyrion exiguum & ſeptimum Trago pag. 784. lib. 2. cap. 82.

Teſticulus odoratus ſiue Orchis ſpiralis minor Lob. icon. pag. 186.

Magis placet Brunfelſij, Lobelij & Dodonæi figura, quàm Tragi, Cordi & Tabernæmontani.

---

*XLVI.*

Orchis radice repente Camer. in horto pag. 111. & icone 35.

---

## *SATYRION.*

SAtyrij nomen quod primi ſylueſtres Dij colludentes Nymphis per ſyluas & antra, ad firmiorem Venerem, herbam hanc inueniſſe dicantur. Palma Chriſti officinis, ꝓpter ſimilitudinē radicis cũ humanâ manu.

*I.*

Satyrion baſilicum maximum.

Orchis ſerapias garyophyllata Lobel. icon. pag. 194.

---

*II.*

Satyrion baſilicum maius latifolium.

Serapias paluſtris latifolia Lobel. obſeru. pag. 91. & icon. pag. 190.

---

*III.*

Satyrion baſilicum maius latifolium alterum.

Serapias paluſtris altera leptophylla Lobel. obſeru. pag. 92. & icon. pag. 190.

Folijs eſt interdum læuibus, interdum maculoſis.

---

*IV.*

Satyrium baſilicum pratenſe latifolium.

Satyrion fœmina Brunfels. in fol. pag. 106. tom. 1. Rhaph. 16.

Palma Chriſti & Serapias mas lęui folio Lobel. icon. (pag. 188.

---

*V.*

Satyrium baſilicum pratenſe maculoſum.

Orchis

Orchis fœmina altera Trago pag.781.lib.2.cap.82.

Palma Chriſti ſerapias fœmina pratenſis Lob.icon. pag.188.

Variat flore,qui in purpura vel rubet, vel dilutè ad cęruleum inclinat, vel albus eſt.Interdum etiam maculatum,interdum verò non.

---

*VI.*

Satyrium baſilicum montanum maculoſum.

Serapias candido flore montana maculatis folijs Lob.obſer.pag.91.&icon. pag. 189.

---

*VII.*

Satyrium baſilicum anguſtifolium.

Palma Chriſti maior Matth. fol. lat. pag. 580. lib. 3. cap.127.quo ad iconem & icon.4.pag.562.

Orchis fœmina Trago pag. 780. lib. 2. cap. 82.

---

*VIII.*

Satyrium baſilicum anguſtifolium alterum flore odoratiſſimo: Reperitur in paluſtribus noſtris Michelfeldenſibus, Satyrium hoc folijs oblongis gramineis quinis aut ſenis ex radice prodeuntibus, nullis maculis aſperſis:caule vnico, ſeſquipalmari, paucisſ.& exiguis folijs adnatis:cui flores ſpicati inſident dilutè purpurei, pauci odoratiſſimi,ſub quibus ſingulis acuminata naſcuntur foliola:radices geminæ oblõgæ, palmæ ſimiles, ſingulæ in tres quatuórve partes diſtributæ:quarum altera vegetior, altera flaccidior: Circa Autumnum floret.

---

*IX.*

Satyrium baſilicum anguſtifolium tertium.

Serapias minor rubello nitente flore, anguſtifolia, nullis inſperſis punctulis, Lob. obſeru. pag.91.&icon. pag.189.

---

X.

Satyrium baſilicum anguſtifolium Alpinum, flore ex purpurâ nigro.

Satyrium baſilicum alpinum Geſn. de hort. pag. 279.

Palma Chriſti minor Matth. fol. lat. pag. 580. lib. 3. cap. 187. & icon. 4. pag. 563.

XI.

Satyrium baſilicum montanum bicubitale.

Serapias montana folio læui Lobel. obſeru. pag. 92. & icon. pag. 191.

XII.

Satyrium baſilicum montanum alterum.

Cynoſorchis macrocaulos vel Conopſæa ſiue galericulata C. Gemmæ Lob. obſ. pag. 93. & icon pag. 192.

XIII.

Satyrium flore conſolidæ regalis ſambuci odore.

Orchis ſerapias vel ſeptima Cluſ. hiſt. Pann. pag. 240. lib. 2. cap. 26.

Duplex eſt, alterum floribus exalbidis & foliolis ſub floribus naſcentibus pallidis. alterum floribus purpureis & foliolis ſub floribus purpuraſcentibus.

XIV.

Satyrion batrachites.

Serapias batrachites vel Myoides Lob. icō. pag. 193.

XV.

Satyriũ cui⁹ radix in duas tantũ oblõgas partes diuiditur.

Satyrion caſtratum vel Eunuchum Lobel. obſeru. pag. 93. & icon. pag. 192.

XVI.

Satyrium paluſtre folio læui.

Cynoſorchis paluſtris lęui folio & anguſto, Lob. obſ. pag. 93. & icon. pag. 193.

*XVII.*

Satyrium paluſtre alterum maculatum.

Cynoſorchis paluſtris altera lophodes vel nephelodes C. Gemmæ Lobel.obſer.pag. 94. & icon.pag.194.

*XIIX.*

Satyrium paluſtre folijs & floribus rubeis.

Cynoſorchis Dracontias folijs & floribus impensè rubris Lobel.obſer.pag.93.& icon.pag.191.

*OPHRYS.*

PLinius lib.26.cap.15. meminit ipſius Ophrys, quã vocem aliqui ſupercilium reddunt: Satyrionibus ſubijcimus, eò quòd Pſeudoorchys quibuſdã dicatur, & floribus cum aliquibus Orchidibus conueniat: alij tamen ad Alyſma: alij ad Elleborinem referunt.

*I.*

Ophrys bifolia vulgata & minor.

Satyrion decimum & bifolium Trago pag.784.lib.2. cap.82.ſine icone.

Bifolium Lobel.obſer.pag.161.& icon.pag.302.

*II.*

Ophrys bifolia maior.

Altera eſt ſpecies folijs duplo triploque maioribus, quatuor digitorum longis, trium verò latis, aliquando maioribus, formâ priori reſpondentibus. caule minore: floribus duplo maioribus, quibus calyculi ſuccedũt, in quibus ſemen exiguum, per reliqua priori ſimilis. Hæc videtur eſſe perfoliata maſcula Brunfel. fol. lat. pa. 182.tom.1. Rhapſ. 31. & perfoliata ſylueſtris mas eidẽ in 4.pag.101.cuius tamen deſcriptionem non addit.

*III.*

Ophrys trifolia maior.

Perfoliata fœmina Brunfelſ.fol.lat.pag.183.Tom.1. Rhapſ. 31. & perfoliata ſylueſtris fœmina eidem in 4.pag.102.

In hoc

In hoc ſolum à priori differt, quòd tribus donetur folijs. duobus quidem ex oppoſito ſitis. tertium verò ex coitu duorum foliorum oritur, quaſi ex ipſo caudice prodiret, non tamen pari magnitudine. Verùm cùm mirabiliter natura in plantis ludere ſoleat, & hanc & bifoliam aliquot annis in horto coluimus, ex proximo monte ad arcem Landsfron (locum plantarum feraciſſimum) translatum, vt mutationem obſeruaremus. Verùm ſemper bifolia duobus, & trifolia tribus folijs donata prodijt.

---

*IV.*

Ophrys trifolia minor.

Hæc à priori differt vt bifolia minor à maiori.

Huc referamus Satyrium vtrumque quod Matthiolus proponit, licet adhuc de vtroq; quid ſit, dubitetur.

Satyrium trifolium vel primum Matth. fol. lat. pag. 579. lib. 3. cap. 127. & icon. 4. pag. 564.

---

*V.*

Satyrium Erythronium Matth. fol. lat. pag. 579. lib. 3. cap. 127. & icon. 4. pag. 565.

---

## *DENS CANIS.*

*I.*

DEns canis primus.

Pſeudohermodactylus Matth. fol. lat. pag. 699. lib. 4. cap. 80. & icon. 4. pag. 760. verùm adpingit binas radices, quæ in noſtro non obſeruantur.

Satyrium & dens caninus Lobel. obſeru. pag. 97. & icon. pag. 196.

Mithridarion primum Crateuæ apud Plinium lib. 2. cap. 6. quibuſdam: alijs Satyrion erythriacum malè: alij ad Hermodactylum referunt.

Huius flos purpura rubet, aut cãdore micat, aut purpura

pura & candore confuſis pallet: Folia habet aliquando maculata, aliquando non, eaq; bina communiter, nonnũquam terna, vt pingunt Aduerſaria pag. 64. Lobelus icon. pag. 195. Erythronij nomine, imò ſecundum Lugdunenſem & quina. Qui flore rubro eſt, maculis rubris: qui albo, lacteis maculis variegatur. Italicus ſpecioſiora habet folia quàm Sabaudicus.

*II.*

Dens canis alter anguſtiore folio.

Erythronium flore albo, anguſtioribus folijs Lobel. icon. pag. 196.

Dentali 2. Cluſ. hiſt. Pann. pag. 230. lib. 2. cap. 24.

Flos lacteus, aut mixtus ex purpuraſcente alboq;.

# LIBER TERTIVS.

## OLERA ET OLERACEA.

### SECTIO I.

*RAPA: RAPISTRVM: NAPVS: RAPHANVS: Rapunculus: Campanula: Lunaria: Eruca: Sinapi: Rheſeda: Barbarea: Eryſimum: Iberis: Lepidium: Dracunculus eſculentus: Capſicum ſeu Piper Indicum: Hydropiper & Perſicaria.*

*RAPA, eiuſq; ſpecies.*

RAPA, quaſi ruapa, quòd è terra eruãtur Varroni 4. de ling. Latina. at veriſimilius etymon à Græco ῥάπυς Athenæo lib. 9. cap. 2. γογγύλη Dioſcoridi lib. 2. cap. 134. à rotunda orbicularive radicis figurâ, qui ſatiuum & ſylueſtre agnoſcit. Theophraſtus 7. hiſtor. 4. oſtendit putare alios diuerſitatẽ generis eſſe, alios verò non eſſe, ſed mare tantùm fœminâq; differre, naſcique ambas ex eodem ſemine, ſed vt effœminentur raras deponere oportere, nam ſi denſæ poſitæ ſunt, omnes ma-

ſculeſcere. Idem 7. hiſtor. 6. Rapæ ſylueſtris quoque meminit. Plinius lib. 18. cap. 13. Græcos ſecutus, duo prima fecit genera, maſculum fœmineumq́; & ea ſerendi modo ex eodem ſemine. Species verò omnium tres (addit) aut enim in latitudinem fundi, aut in rotunditatem globari: tertiam ſpeciem ſylueſtrem appellauêre in longitudinem radice procurrente. Et lib. 19. cap. 5. Medici maſculini ſexus faciunt in his rotunda: latiora verò concaua fœminini. Diuidimus ergò in ſatiuam & ſylueſtrem: ſatiuam in longam & rotundam, ſiue fœminam & marem.

*I.*

Rapa ſatiua rotunda ſeu mas Theoph. & Plinio.

Rapum Trago pag. 728. lib. 2. cap. 61.

Orbiculatum ſeu turbinatum rapum maius Lobel. icon. pag. 197.

Variat radice, ratione coloris: reperitur enim vel viridi vel candido, vel puniceo colore, ſic paruitate & magnitudine differunt, vnde Plinius lib. 18. cap. 13. quadraginta libras excedentes ſe vidiſſe teſtatur, vt & Tragus: Quo ad formam communiter tuberoſa eſt, rarò globi inſtar orbiculata, frequentiùs in latitudinem effuſa: quare Tabernæmontanus in iconibus pag. 404. & 405. quatuor habet figuras, Rapi rotundi: Rapi rotundi minoris: Rapi orbiculati, & Rapi orbiculati minoris.

*II.*

Rapa ſatiua oblonga ſeu fœmina Theoph. & Plinio.

Rapum longum Matth. fol. lat. pag. 330. lib. 2. cap. 104. & icon. 4. pag. 195.

Rapum tereti, rotunda, oblongaq́; radice Lobel. obſeru. pag 98. & icon. pag. 197.

Huius & duas habet Tabernæmontanus figuras pagina 406. nomine Rapi longi & rapi longi minoris.

*III.* Rapa

*III.*

Rapa ſylueſtris.

Rapum ſylueſtre Matth. icon. 4. pag. 196. & fol. lat. pag. 330. lib. 2. cap. 104.

Rapum ſylueſtre non bulboſum Lobel. obſeru. pag. 98. & icon. pag. 198.

---

*IV.*

Rapa ſylueſtris radice turbinatâ.

Rapum ſylueſtre Trago pag. 728. lib. 2. cap. 61. ſine icone.

Bumas ſylueſtris Napus flore luteo Lob. icon. p. 200.

---

*V.*

Rapum Americanum.

Hetich, adeò vſitatum in cibis, vt nobis panis, Theueto in Antarctica pag. 53. cap. 28.

Hetich Americum, radix rapis magnis ſimilis Lugd. pag. 1907. lib. 18. cap. 135. ex Theueto.

Duarum ſpecierum: vna quæ coctura flaueſcit. altera quæ albeſcit. Octum Plinij fortè lib. 21. cap. 15.

---

*VI.*

Mannihot Theueto in Galliâ Antarcticâ pag. 114. cap. 58. & ex eo Lugd. pag. 1908. lib. 18. cap. 136. Subiungit Yuca ſine deſcriptione, quod folijs ſimilibus eſt Mannihot, ita vt credamus tantùm folia Mannihot melius expreſſa, proponere.

Radix brachij craſſitie, folijs pattæ leonis, ex cuius radice farinam conficiunt, qua cum carne & piſcibus, vt nos pane, vtuntur.

---

*VII.*

Igname, Scaligero Exerc. 181. num. 17. & Autori nauigationis ad Inſulam S. Thomæ; ex quibus Lugdun. pag. 1909. lib. 18. cap. 137. proponit, ſed ſine icone.

Radix eſt rapi aut napi figura, cortice nigro, ſapore caſtaneæ: quâ ſub cineribus aſſatâ in Braſilia & Hiſpaniola veſcuntur. Medullæ color haud vnus omnibus, tres eius ſpecies, quarum vltima in precio lutea eſt, colore quaſi carotæ.

---

## *RAPISTRVM.*

A ſimilitudine cum folijs rapę dictum videtur, vnde quibuſdam rapa ſylueſtris altera nominatur: alijs cenſetur Eryſimum Theophraſti: alij ad Sinapi, alij ad Lampſanam referunt.

*I.*

Rapiſtrum luteum.

Rapiſtrum Brunfelſo in fol. pag. 139. tom. 3. Rhapſ. 60. & 4. pag. 204.

Lampſana Matth. fol. lat. pag. 337. lib. 2. cap. 109. & icon. 4. pag. 209.

Rapiſtrum aruorum Lobel. obſeru. pag. 99. & icon. pag. 198.

Variat folijs, aliquando habet inciſa ſinuatáve, aliquando non inciſa, vnde quidam duas ſpecies conſtituere volunt.

---

*II.*

Rapiſtrum album.

Sinapi agreſte tertium Trago pag. 100. lib. 1. cap. 32. ſine icone.

Rapiſtrum flore albo Erucæ folijs Lob. icon. pa. 199.

Hoc flore purpuraſcente etiam reperitur, idcircò Tabernæmontanus in iconibus duas habet figuras, Rapiſtrum purpureum pag. 407. & Armoracium pag. 416.

---

*III.*

Rapiſtrum aquaticum Tabern. icon. pag. 408. in fol. pag. 118. lib. 2. ſect. 3. cap. 3.

---

*IV.* Ra-

*IV.*

Rapiſtrum monoſpermon.

Ex radice longiuſcula non craſſa exſurgunt caules pedales & altiores, rotundi, tenues, ramoſi, eleganter virentes, leuiter hirſuti: folia per terram ſparſa Rapi folijs ſimilia ad principium laciniata, dein ſubrotunda leuiter ſinuata, craſſa leuiter hirſuta: ſecundum cauliculos palmares tenues flores prodeunt, vulgari forma, eleganter luteis quibus ſuccedunt ſiliquæ pulcherrimæ, rotundæ quaſi geminatæ, ſibi inſidentes, vt fit in radice gladioli, ita tamen vt pars ſuperior, in qua ſemen vnicum continetur, ſit maior, & inſtar ſeminis Coriandri ſtrijs diuiditur & in oblongum filamentum abit. Huius ſemen Lampſanæ monoſpermi nomine, Doctor Doldius Norinberga miſit.

---

## *NAPVS.*

Βουνιὰς Dioſcoridi lib. 2. cap. 136. à tumenti figurâ deductâ ſignificatione: quare ſunt qui velint hoc nomen rapis magis competere. γογγύλης ſpecies Galeno. Etſi Plinius lib. 19. cap. 5. Naporum quinque genera faciat, legendum tamẽ eſt de Raphano, ſiquidem Plinius ea deſumpſerit ex Theophraſto 7. hiſtor. 4. vbi quatuor genera dicit τῶν ῥαφανίδων. Sed Plinius lib. 20. cap. 4. Naporum duas differentias, & in medicinâ Græcos ſeruare ſcribit, alterum Bunion, alterum Buniada vocantes: ſunt qui Buniaden napum ſylu. eſſe velint.

*I.*

Napus ſatiua.

Napi Brunfelſo fol. pag. 193. tom. 3. rhapſ. 108. & 4. pag. 226.

Rapum ſatiuum alterum & Napus veterum Trago pag. 730. lib. 2. cap. 61.

Bunias ſiue Napus Lob. icon. pag. 200.

Variat radix colore, qui alijs candidus, alijs buxeus.

---

*II.*

Napus radice nigrâ.

Legimus hoc anno in horto Montempelgardiaco.

---

*III.*

Napus ſylueſtris ex non transplantatorum ſemine etiam naſcitur.

---

*RAPHANVS, & eius ſpecies.*

Ῥαφανὶς (quaſi radix perſpicua) Dioſcoridi lib. 2. cap. 137. qua voce & Theophraſt. 7. hiſtor. 4. vſus eſt: poſterioribus dicitur ῥάφανος, παρὰ τὸ ῥαδίως φαίνεσθαι, quia ſtatim à ſemine oriatur. Notandum hoc loco Theophraſtum vtraque voce vſum eſſe, verum id quod communiter Raphanum vocamus, ipſe ῥαφανίδα vocauit, at ῥάφανον nominauit ipſam Braſſicam, quæ cauſa erroris fuit Plinio: is namque lib. 19. cap. 5. Raphani inquit genera Græci fecêre tria foliorum differentia, &c. quæ de Braſſica intelligere oportet, cùm ex Theophraſt. 7. hiſtor. 4. ſint deſumpta. Latinis Radix, quod cæteras amplitudine corporis ſuperet (vnde & ῥίζα Theophraſt.) vel quam pauciſſimis magnitudine cedat. Etenim in tantam molem excreſcit, vt frigidis locis quibus gaudet, ſicut in Germania, Plinio lib. 19. cap. 5. teſte, infantium puerorum magnitudinem æquet.

Genera eius duo Dioſcorides propoſuit, ſatiuum & ſylueſtrem: at Theophraſtus loc. cit. ſex agnouit genera, corinthium, cleonæum, liothalaſſium, bœotium: genus præterea (ſubiungit) redditur, quod folijs Erucæ ſimile conſtat. Hæc à Theophraſto propoſita. Plinius lib, 19, cap. 5. recenſet ſub Naporum nomine,

mine, poſterius genus, ſylueſtre ſtatuens. Verùm eodem capite ex Romanorum ſententia, genera hęc recenſuit: noſtri, inquit, Raphani alia fecêre genera: Algidenſe à loco longum atque translucidum: alterum rapi figura, quod vocant Syriacum, ſuauiſſimum ferè ac tenerrimum, &c. etiamnum, ſubiungit, vnum ſylueſtre Græci agrion vocant, noſtri armoraciam, &c.

Has differentias obſeruauimus, vt alius ſit præcox, alius ſerotinus: præcox tempeſtiuè proueniens, corpore eſt oblongo, non craſſo, ſed gracili, ſemine multo maiore, in quod facilè abit. Serotinus, albus, niger & rubens. Albus, oblongus & orbicularis. Niger communiter rotundus, rariùs oblongus, qui ſemine quidem eſt minore, at ſiliquis maioribus. Ruber oblongus, cortice rubro, intrinſecus, fibræ rubentes obſeruantur.

*I.*

Raphanus maior.

Raphanus Brunfelſ. fol. pag. 197. tom. 3. rhapſ. 110. & 4. pag. 227.

Raphanus magnus Lobel. obſeru. pag. 99. & icon. pag. 201.

Floribus purpureis aut candidis variat.

Tabernæmontanus rotundum alium, alium orbiculatum pingit, icon. pag. 404. & 405.

---

*II.*

Raphanus oblongus.

Raphanus longus Trago pag. 731. lib. 2. cap. 62.

Raphanus minor purpureus Lobel. obſeru. pag. 99. & icon. pag. 201.

Colore variat, noſter albo eſt cortice: Italicus rubello, cuiuſmodi eſt etiam Montempelgardenſis.

---

*III.*

Raphanus niger.

Rapha-

Raphanus cortice nigricante Geſner. de hort. pag. 275.b.

Raphanus niger Lob.icon.pag.202.

---

*IV.*

Raphanus luteus.

Raphanus radice luteâ Camer. hort. pag. 137.

---

*V.*

Raphanus Byzantinus, qui poſtea in communem degenerauit, radice penitùs ligneſcente Camer. hort. pag. 137.

---

*VI.*

Raphanus ruſticanus, ſeu Thlaſpi alterum Dioſcor. lib.2.cap.186.

Armoracia aut Raphanus maior Brunfelſ. in 4. pag. 228. ſine icone.

Raphanus ruſticanus, craſsâ radice, lapathij folio Lob.icon.pag.320.

Quibuſdam ῥαφανὶς ἀγρία Dioſc. lib.2. cap.138.& Raphanus ſylueſtris, Armoracia Plinio lib.19.cap.5.

---

*VII.*

Raphanus ſylueſtris aquaticus.

Raphanus ſylueſtris officinarum aquaticus Lobel. icon.pag.319.

Radicula ſylueſtris Dodo. fol. Gall. pag. 414. lib.5. cap.37.

An Raphanus cuius folia ſint erucæ ſimilia Theoph. 7.hiſt.4.& Napi ſylueſtre genus Plinij lib.19.cap.5.

Variat folijs magnis minúſve inciſis ita vt facilè aliquem decipiat diuerſas exiſtimando.

---

*RAPVNCVLVS, eiuſq; ſpecies.*

Γογγύλη ἀγρία, rapum ſylueſtre Dioſcoridis lib. 2. ca.135.cenſetur Rapunculus vulgo dictus, de quo & Pli-

& Plinius lib. 20. cap. 3. Rapi ſylueſtris nomine. Alijs Iaſione apud eundem lib. 22. cap. 22. Iaſione, inquit, olus ſylueſtre habetur in terra repens cum lacte multo, florẽ fert candidum; concilium vocant: quæ ſanè Plinij verba, rectius ad ſmilacem læuem referuntur.

*I.*

Rapunculus eſculentus.

Raponeoli Brunfelſ. fol. pag. 86. tom. 2. Rhapſ. 21. & in 4. pag. 145.

Rapuntium paruum, pes locuſtæ Auicennæ. Lobel. obſeru. pag. 178. & icon. pag. 328.

Erinum Nicandri & Dioſcoridis, cenſet Columna: Iaſionem alterum Plinij, Cæſalpinus. Rapum ſylueſtre Dioſcoridis nobis videtur. Flore eſt cæruleo, aliquando purpureo, aliâs candicante vel albo.

---

*II.*

Rapunculus ſpicatus albus.

Rapunculus alopecuroides ſpica alba Cluſ. hiſt. Pan. pag. 687. lib. 4. cap. 13. (teuma.

Quibuſdam Alopecuros eſt Theophraſti: alijs Phy-

Variat folijs modò maculis nigris ad vmbilicum notatis, marem vocantes: modò non maculares, fœminam dicunt: floribus albis, cinereis.

---

*III.*

Rapunculus ſpicatus purpureus. (cap. 35.

Rapum ſylueſtre maius Dod. fol. Gall. pag. 412. lib. 5.

Rapuntium maius alopecuri comoſo flore Lobel. icon. pag. 329.

---

*IV.*

Rapunculus ſpicatus cæruleus.

Rapunculum ſylueſtre Trago pag. 726. lib. 2. cap. 60.

---

*V.*

Rapunculus vmbellatus latifolius.

Rapunculus ſylueſtris cæruleus, vmbellatus minor Thalyo Harcyn.pag.94.& Camer.hort. icon.pag.8.

---

*VI.*

Rapunculus vmbellatus anguſtifolius.

Rapunculus ſylueſtris cæruleus vmbellatus maior Thalyo Harcyn. pag.94.& Camer.hort.icon.pag.8.

---

*VII.*

Rapunculus vmbellatus folio gramineo.

Rapunculus ſylueſtris vmbellatus tertius Camer. hort.icon.pag.8.

---

*VIII.*

Rapunculus nemoroſus folio oblongo crenato.

Rapunculus nemoroſus ſecũdus Taber.icon.p.411.

---

*IX.*

Rapunculus nemoroſus breui folio crenato.

Rapunculus nemoroſus tertius Taber.icon. pa.412.

Huius aliquot ſpecies obſeruare licet, vt & Thalyus in ſuâ Harcyniâ monet; hûc enim eius ſecundus, quartus & quintus pertinent.

---

*X.*

Rapunculus nemoroſus anguſtifolius nõ crenatus.

Rapunculus campanulatus nereifolius 2. Thalyo in ſuâ Harcyniâ.

---

*XI.*

Rapunculus alpinus ſpicato ſimilis.

Hic in monte Baldo inter ipſa ſaxa prodit, ramo palmari aut maiore, ad cuius exortum folia ſubrotunda Bellidis cæruleæ formâ, quæ ſuccedunt latiora, profundè crenata, at quæ ad floris principia latiora ſunt profundè crenata ex breuibus pediculis ſtellę modo diſpoſita; ex quorum medio flores plures prodeunt, qui longi ſunt, tenues, infernè albicantes quaſi inflati, supernè angu-

anguſti cæruleopurpurei, in extremitate crenati: ex ſingulorum florum medio apices 4. exeunt longi in ſummitate bipartiti. Hunc collectū in Baldo D. Guilandino cùm oſtendiſſemus Rapunculū montanū, at Nobiliſs. Cortuſus cantabricam alteram Anguillaræ nominauit.

*CAMPANVLA.*

IN hanc claſſem pertinent Campanulæ ſic à floris fórma dictæ, quas herbariorum aliqui Rapi ſyluestris genus eſſe volunt.

*I.*

Campanula anguſtifolia. (lib. 2. c. 23.
Campanula cærulea ſatiua Dodo. fol. Gall. pag. 130.
Campanula Perſicifolia noſtras Lobel. obſeru. pag. 177. & icon. pag. 327. (cenſeant.
Sunt q Phyteuma Dioſcoridis & Plinij lib. 27. ca. 12.
Flore eſt communiter cæruleo, ſubinde candido.

*II.*

Campanula lacteſcens, quòd præ cæteris plurimo lacte ſcateat.
Campanula maior lacteſcēs & Pyramidalis Lutetiana Lobel. obſeru. pag. 177 & icon. pag. 327.

*III.*

**Campanula linifolia cærulea.**

Ex radice tenui emergunt caules quini, ſeni, plures, paucioresque, palmares & ſeſquipalmares graciles rotundi, in ramulos nō diuiſi, folijs oblōgis, anguſtis, lino ſylu. ſimilib⁹, cōfuſo ordine infernè, at ſupernè ferè nullis, ſeptis: floſculi è cauliū ſummitate dependēt, cærulei cāpanulæ formâ, quibus ſuccedūt capitula Rapunculo vulgari ſimilia. Hāc alunt potiſſimū rupes & ſūma iuga mōtis **Waſſerfall**, vbi eā ante annos quatuor cóllegim⁹.

*IV.*

**Campanula linifolia lutea.**

Campanula lutea linifolia Montis Lupi flore volubilis Aduerſ. pag. 177. & Lobel. icon. pag. 414.

*V.*

Campanula minor rotundifolia prima.

Rapi ſylu. genus minus, quod campanula cærulea Geſn. de hort. pag. 276.

Campanula minor rotundifolia Lobel. obſeru. pag. 178. & icon. pag. 328.

Alijs Phyteuma, alijs Cantabrica Plinij lib. 25. cap. 8. alijs Rapi ſylueſtris genus.

Floribus eſt communiter cæruleis, ſubinde candidis.

*VI.*

Campanula minor rotundifolia altera.

Campanula minor alpina Cluſ. hiſt. Pann. pag. 688. lib. 4. cap. 13. ſine icone.

Flos nunc cæruleus, nunc purpureus aut violaceus, modò colore dilutiore & quaſi cinereo, interdũ niueo.

*VII.*

Campanula rotundifolia minima.

Herba eſt vix quatuor digitos alta, quæ ex radice exiguâ, oblongâ, albâ, ramulos profert aliquot exiguos ſubrubẽtes & ſubhirſutos, cortice aſpero veſtitos, quos ambiunt foliola ex rotunditate oblonga, ſerrata, rigidiuſcula, quorum inferiora latiora: cuilibet ramulo qui ſæpè vnus, plerunq; terni vel quaterni, floſculus inſidet vnicus, ſubcæruleus, deorsùm ſpectans formâ calathi ex vnico folio ſexangulo, cui capitulum foraminulis pertuſum, vt in campanulâ anguſtifoliâ ſuccedit, in quo ſemen minutum. Hanc in Rhœticis mõtibus, cùm Italiam Anno 1577. peteremus, Septembri menſe adhuc floribus onuſtam, inter ſaxa copioſiſs. vidimus, nec maiorem inuenimus, quam cùm Patauij Nobiliſſ. Iacobo Antonio Cortuſo Patritio Patauino oſtenderemus, Cantabricam Plinij nominauit. *VIII.* Cam-

*VIII.*

Campanula Cymbalariæ folijs.

Ex radice exiguâ albicante prodeunt caules palmares, & longiores, tenues, virides, qui mox in alios ramos brachiantur, folijs paucis, tenuibus, virentibus, ſubrotundis, hederaceis, vel penitùs Cymbalariæ folijs ſimilibus, ſine ordine, & longis pediculis caulibus adhęrentibus, floribus pallidè cæruleis, oblongis, campanulæ formâ, quorum quilibet lõgo pediculo inſidet: Semen non vidimus. Hanc ad nos Lutetiâ Iohannes Henricus Cherlerus Philoſophiæ Doctor, & nunc in Academiâ Nemauſanâ Philoſophiæ Regius Profeſſor, vnà cum pluribus alijs miſit.

*IX.*

Campanula ſerpylli folia Iohannis Bauhini.

Hanc campanulam in Rhœtia ex rupibus dependentem collectam, Dn. Paſchalis Gallus nunc Medicinæ Doctor, (rei herbariæ ſtudioſiſs. nobisq; in herbationibus in alterum annum comes) vnâ cum alijs ex Italiâ ad nos ſine nomine miſit, quam licet nullus hactenus vel deſcripſerit vel pinxerit, quod ſciamus, prius tamen Campanulæ ſerpyllifoliæ nomine à fratre chariſs. Iohanne Bauhino acceperamus cum ſequẽti deſcriptione. Campanula ſerpyllifolia, herbula eſt lignea vel fruticoſa, ramulos multos ſerpylli habens in varios tenuiores diuiſos: ſecundum quos foliola ſunt ſibi oppoſita, maiora quàm in ſerpillo, quædam etiam minora, crenata, nonnihil piloſa, pediculis breuiſſimis. Ramuli deſinunt in pediculos ſine folijs longitudinis vnius digiti, ac etiam paulò longiores, in quorum extremitatibus flores bini ternive deorsùm nutantes, campanulas exprimentes, minores vngue parui digiti, coloris cęrulei, ſi bene recordor. Eam plantam reperi in Rhœtiâ, æſtate florentem in peregrinatione meâ cum D. Geſnero. Hactenus Iohan. Bauhinus.

*X.*

Campanula folijs vrticæ latiſſimis.

Hæc folijs duplo triplóve eſt vulgata & ſequenti maioribus, ſemipalmã, longis, acuminatis, ſerratis, minus aſperis: caule rotundo, viridi, tricubitali & altiore: floribus vulgatæ ſimilibus, ſed maioribus & radice ſimili. Hanc videtur expreſſiſſe Lobelus in ſuis Iconibus parte ſecunda pag. 278. Trachelij maioris Belgarum nomine. In horto Illuſtriſs. Ducis VVirtenbergici, Montembelgardi collegimus.

*XI.*

Campanula folio vrticæ.

Vvularia (quod vuæ malis medeatur) maior Trago pag. 927. lib. 2. cap. 147.

Trachelium ſiue ceruicaria Lobel. obſer. pag. 176. & icon. pag. 326.

Variat flore candido, dilutè purpureo vel ad cæruleum inclinante.

Reperitur & ſtrigoſior, quare binæ figuræ apud Tabern. in icon. pag. 412. & 413.

*XII.*

Campanula folijs vrticæ, ſed leuioribus.

Ceruicaria maior altera Dodo. fol. lat. pag. 164. pẽpt. 2. lib. 1. cap. 9. ſine icone.

*XIII.*

Campanula pratenſis.

Vvularia exigua Trago pag. 926. lib. 2. cap. 147. ſine icone.

Tracheliũ minus Lob. obſ. pa. 176. & icon. pag. 326.

*XIV.*

Campanula folijs Echij.

Ceruicaria maior tenuifolia Thalyo in ſuâ Harcynia, pag. 32. Nondum vidimus iconem expreſſam.

*XV.* Cam-

*XV.*

Campanula folijs anchuſæ.

Trachelium montanũ Lugd.pag.1202.lib.10.ca.71.

*XVI.*

Trachelium pumilum alpinum Cluſ. hiſt. Pann. pag. 687.lib.4.cap.13.ſine icone.

*XVII.*

Viola Mariana.

Rapi ſylueſtris genus maximũ Geſn. de hort. pa.276.

Viola Mariana Lob.obſer.pag.175.& icon.pag. 324.

Sunt qui Rapum ſylueſtre Dioſcoridis; alij, eiuſdem Raphanũ ſylueſtrẽ: alij Medion Dioſc. ſed malè autumãt.

Variat flore nunc purpureo, cæruleo, nunc ſubalbido aut lacteo: Reperitur quoque flore pleno.

*XIIX.*

Viola Mariana laciniatis folijs peregrina.

Medium Dioſcoridis, vel Mindiũ Rhaſis, Rauvvolff. in ſuo Itiner. num.284.& ex eo Lugd.in appen.pag.33.

*LVNARIA.*

A` ſiliquarũ forma quæ latæ, planæ & propemodũ rotundę ſunt, & Lunam non falcatã, ſed propè cõpletam referunt: vel à ſiliquarũ mediæ membranę argẽteo ſplendore, quo decidẽtibus per ſummam ſiccitatẽ cum ſemine ex vtraque parte membranis, nitet.

*I.*

Lunaria maior ſiliqua rotunda.

Viola latifolia Dodo.fol.Gall.pag.115.lib.2.cap.6.

Lunaria Gręca. Bolbonæ Lobel.obſeru.pag.174.& icon.pag.322.

Thlaſpi alterum Crateuæ cenſetur: alij ad Raphanum ſylueſtrẽ referũt: variat floribꝰ purpureis & ſubcęruleis.

*II.*

Lunaria maior altera.

Viola

Viola latifolia altera Dodo fol.lat.pag.162. pemp.2. lib.1.cap.7.ſine icone.

Minor eſt præcedenti & flore albo.

---

*III.*

Lunaria maior ſiliqua oblonga.

Lunaria Græca ſiliquis longis Geſn. hort. pag. 265. b.& Lunaria odorata Geſn. de Lunarijs pag.28.

Lunaria Raphanitis ſiue Bulbonæ radice rediuiua Lobel.icon.parte 2.pag.278.

---

*IV.*

Lunaria lutea aſpera: ἄλυσσον Dioſcoridis lib. 3. cap. 105.videtur.

Alyſſon Dodo.fol.Gal.pag.81.lib.1.cap.70.

Lunariæ aliud genus aliquibus Alyſſon Dioſcoridis exiſtimatum.Geſn.de Lunarijs pag.29.

Alyſſon Dioſcoridis putatum Lobel. obſ. pag.174. &icon.pag.323.

---

*V.*

Lunaria media ſeu Epimedium.

Epimedium Anguil.pag.253.opin. 14.Lobel.obſer. pag.176.&icon.pag.325.

Dioſcoridis lib.4.ca.19. ἐπιμήδιον cenſetur, & ſanè niſi florem fructumq; ferre negaret, idem dici poſſet; verum &in Dictamno ſic pronunciauit, cùm tamen florem habeat. Eodem habet & Plinius lib.27.cap.9.Epemenidij nomine.

---

*LVNARIA altera.*

LVnariæ ſequentes à foliorum forma nomẽ habent: prima enim à folijs ſinuatis Lunæ creſcẽtis ſimilib⁹ nomen adepta eſt: altera ſimiliter eius formæ folia obtinet, ſed ex vna coſta dependent, quorũ ſingularia ſubrotunda & lunata ſunt, totidemque habere creduntur,

quot

quot Luna dies, & dicunt cum Luna augeri & decreſcere: quam folijs nouendecim in Baldo natam obſeruauimus.

*I.*

Lunaria oxalidis rotundæ folio.

Lunaria Magorum Arabum Lobel. obſer. pag. 470. & icon. pag. 808.

Nondum hanc videre licuit.

---

*II.*

Lunaria minor racemoſa.

Lunaria Trago pag. 914. lib. 2. cap. 138.

Lunaria racemoſa Lob. obſ. pa. 470. & icon. pa. 807.

Hanc aliqui Epipactidem Dioſcoridis lib. 4. cap. 109. eſſe volunt. Columna Epimedium Dioſcoridis cenſet.

Quibuſdam Tragium ſecundum eiuſdē lib. 4. c. 50.

---

*III.*

Lunaria racemoſa ramoſa.

Lunaria botryitis πολύφυλλος Thalyo. Harcyn. pag. 74. quid eſt?

An Lunaria minor ramoſa. Cluſ. hiſt. Pann. pag. 511. lib. 3. cap. 24.

---

*ERVCA ET SINAPI, eorumq́; ſpecies.*

ERuca, quod vellicando linguam quaſi erodat, εὔζωμον Dioſcoridi lib. 2. cap. 170. & Theophraſto 1. hiſt. 9. dicitur: ſic dictum ob ſuauitatem quæ ei in condiendis obſonijs ineſt, vt habetur apud Plinium lib. 20. cap. 13. Sinapi verò σίνηπι Dioſcoridi lib. 2. cap. 184. & Theoph. 7. hiſt. 3. & 6. παρὰ τὸ σίνεσθαι τοὺς ὦπας, oculos enim lædit: dicitur etiam Theoph. νᾶπυ quaſi immite ob uehementem eius acrimoniam: & Athenienſes napy appellaſſe autor eſt Plinius libr. 19. capit. 8. cui ſinapi dicitur.

Genera Erucæ duo habet Dioſcorides. ſatiuum & agreſte, cuius ſemine pro ſinapi in Iberia vtantur: & Plinius vtrumque agnouit: is enim lib. 20. cap. 13. Erucæ ſylueſtris meminit. At Theophraſt. 7. hiſt. 4. inquit, Erucæ generis differentias omnino deeſſe volunt. Sinapi vnius meminit Dioſcorides loc. cit. vt & Theophraſtus 7. hiſt. 3. At Plinius lib. 19. cap. 8. Sinapi trium fecit generum, vnum gracile, alterum ſimile rapi folijs, tertium erucæ.

*I.*

Eruca latifolia alba: ſatiua Dioſcoridis.

Eruca Brunfelſ. in fol. pag. 140. tom. 3. Rhap. 62. ſine icone.

Eruca ſiue Rucula marina maior Trago pag. 102. lib. 1. cap. 32.

Eruca ſatiua Lob. obſ. pag. 101. & icon. pag. 204.

Floribus albicantibus, aut pallidis.

---

*II.*

Eruca latifolia Anglica.

Eruca tertia Anglica Camer. hort. pag. 57.

---

*III.*

Eruca flore luteo maior ſylueſtris: an Dioſcoridis ſylueſtris?

Eruca ſylueſtris Lobel. obſeru. pagin. 102. & icon. pag. 204.

---

*IV.*

Eruca flore luteo minor ſylueſtris.

Sinapi primum genus ſylueſtre Fuchſ. icon. pagin. 305.

Eruca ſylu. Fuchſ. fol. lat. pag. 263. cap. 99.

---

*V.*

Eruca paluſtris luteo flore.

Eruca

Eruca paluſtris minor Tabern. icon. pag. 447. & in fol. pag. 159. lib. 2. ſect. 3. cap. 30.

*VI.*

Eruca paluſtris cærulea.

Hæc ante annos octodecim à nobis obſeruata, hactenus quod ſciam⁹ nec deſcripta nec picta, cuius breuem ſubijciamus adumbrationem, ſuo tempore ipſam figuram, vnà cum alijs (niſi quis anteuerterit, cùm in noſtris herbationibus, ſtudioſis oſtendere conſueuerimus) daturi. Ex radice oblongâ, tenui leuiter fibroſâ ex ruffo albicante, caulem modò vnum, modò plures, eosque palmares, aliquandò ſeſquipalmares ſtriatos hirſutos emittit: ad quorum exortum folia, inſtar Irionis alterius incaua & quaſi circumroſa, hirſuta, aſpera, ſed longè breuiora & quintuplò anguſtiora, in caule verò brachiato ramulis aliquot, pauciora min⁹ incaua, & inferioribus aliquando latiora, ſed breuiora: ad caulis latera & ramulorum extremis, floſculi eleganter cærulei, interdum dilutè cærulei quadrifolij, quibus ſiliquæ multæ oblongæ, tenues & leues ſuccedunt, in quibus ſemen minutum acre.

Reperitur ſæpè minor ſemipalmaris, radice longâ, tenui, non fibroſâ, ad quam folia per terram ſparſa, hirſuta, aſpera, forma Burſæ paſtoris minoris ſimilia: caulis vnicus hirſutus, exiguis ramulis, quibus flores cærulei inſident, ex quibus ſiliquæ oblongæ, tenues. Hæcque multò eſt elegantior maiore.

Prouenit vtraq; apud nos locis arenoſis, & quidem ijs quæ Birſa alluit, ad S. Iacobum & trans pontem Münchenſtein ad læuam, inter lapides & arenam: quibuſdam locis etiam in muris prouenit.

*VII.*

Sinapi rapifolio luteo ſemine: fortè Dioſc. & Theophraſti: alterum Plinij.

Sinapi primum Matth.fol.lat.pag.393.lib.2.ca.148. & icon.4.pag.308.

Sinapi ſatiuum, Erucæ aut rapi folio Lob. obſer. pag. 100.& icon.pag.202.

---

*IIX.*

Sinapi apijfolio: Sinapi gracile Plinio.

Sinapi Brunfelſo fol.pag.140.tom.3. Rhapſ.61.ſine icone.at in 4.pag.196.cum icone.

Sinapi luteum ſatiuum alterum pullo ſeu fuſco ſemine Trago pag.101.lib.1.cap.32.

Sinapi agreſte apij aut potius laueris folio Lobel. obſer.pag.100.& icon.pag.203.

In ſemine differentia apparet. aliud enim ſubruffo, aliud albo eſt.

---

*IX.*

Sinapi burſæ folio.

Eruca ſiue Rucula marina minor, & Sinapi 9. Trago pag.103.lib.1.cap.32.

Sinapi ſylueſtre minus, Burſę paſtoris folio, Lob.obſ. pag.101.& icon.pag.203.

Luteo & albo flore eſt.

---

*X.*

Sinapi flore purpureo vmbellato.

Sinapi alterum agreſte noſtras Fabio Columnæ pag. 27.partis ſecundæ.

---

*XI.*

Sinapi hyſſopi folio.

Sinapi amarum Dalechampij Lugd. pag. 647. lib. 5. cap.39.

---

*XII.*

Sinapi alpinum minimum.

Plantula Cardamines æmula Cluſ.hiſt.Pann.pa.458. lib.3.cap.8.

Hoc

Hoc in Baldo collectum à Dn. D. Zvvingero accepimus.

XIII.

Sinapi paruum ſiliqua aſpera.

Herba eſt parua, ſex digitos vix excedens, folia habet erucę minori ſimilia ab vna radice multa, acria: cauliculi in aliquot ramulos diuidũtur, quibus parui flores inſident, ſuccedunt ſiliquæ multæ, lõgæ ſatis magnę, aſperæ, ad latera ita diuaricatæ, vt vix ſe contingant. Circa Monſpelium prouenit, vbi frater Io. Bauhinus collegit & ſinapi paruum Monſpeſſalanum ſiliqua aſpera nominat, cuius etiam eſt deſcriptio.

XIV.

Eruca anguſtifolia.

Eruca ſylueſtris anguſtifolia Lobel. obſeru. pag. 102. & icon. pag. 205.

XV.

Eruca echinata ſiliqua.

Hanc Monſpelij Anno 1579. vbi collegiſſemus ſic deſcripſimus. Ex radice ſemipalmari craſſiuſcula leuiter fibrata, albicante, caules ad exortũ purpuraſcentes, terni quaternive cubitales, rotundi ſtriati aſperi, in ramos alios brachiati exurgunt: ad quorum partem infernam folia obſeruantur pauca, oblonga, ſinuata, hirſuta, aſpera, bina ternáve ſimul iuncta: in ſuperiore caulium parte penè nulla, præſertim cùm iam ſiliquis onuſti ſunt: florem habet paruum luteum quinquefolium, quibus ſuccedunt ſiliquæ (vbi maturuerint) duriſſimę quadrangulæ in acutum rigidumq; apicem deſinentes, quæ non hirſutæ ſunt, ſed quælibet oblongo pediculo inſidens, latera quatuor eleuata ad formã alarum perceæ piſcis, obtinet, quorum quodlibet in medio ſinum oſtendit: his per longum diſſectis, vtrinq; duæ cõſpiciuntur cap-

ſulæ diſtinctæ, in quarum qualibet, ſemen vnicum, ruſſum, cochleæ inſtar conuolutum, acuminatum, acre.

Hanc Monſpeſſuli in agris collegimus, Iunio menſe florentem (licet & citiùs & ſeriùs floreat) & ſiliquas ferentem. Dicitur autem Sinapi echinatum auctori Herbarij Lugdun. pag. 647. lib. 5. cap. 39. verùm cùm non ſufficienter deſcripſerit, nec ſiliquas echinatas pinxerit, lubuit deſcriptionem noſtram adijcere, cùm de ea nemo hactenus egerit.

*XVI.*

Eruca marina ſiliqua haſtæ cuſpidi ſimili.

Cakile Serapionis Anguillaræ pag. 227. Iud. 13.

Cakile Serapionis Erucæfolio Napiflore Lob. icon. pag. 223.

Magis placet figura quæ habetur in Herbario Lugd. pag. 1393. lib. 12. cap. 29. nomine Naſturtij maritimi, licet tres proponat huius plantæ figuras, triaq; nomina, vtpote alterum pag. 1394. Erucæ maritimi: tertium pag. 1395. Cakile Serapionis nomine. Sed quænam plātæ licet eædem ſub diuerſis nominibus & iconibus, modò diuerſis, modò ijſdem bis térve apud Lugdunēſem poſitæ ſint, peculiari loco monebimus, cùm ex eo volumine plus quàm trecentæ figuræ ſine operis damno, auferri poſſint.

*RESEDA.*

RESeda, à ſedandis doloribus dicta cenſetur: collectiones namq; & inflammationes omnes diſcutere ipſam Reſedam ſcribit Plinius lib. 28. cap. 12. vbi hæc ſubiungit: qui curant ea, addunt hæc verba. Reſeda, morbos reſeda, ſciſne ſciſne quis hic pullos egerit? radices nec caput, nec pedes habeant: hæc ter dicunt, totiesq; deſpuunt. Erucis ſubiecimus, propter ſaporem erucæ ſimilem, dein etiam cùm à quibuſdam Eruca dicatur, & ex Erucarū ſylueſtrium genere cenſeatur: alij ad Seſamoides referunt.

*I.* Re-

*I.*

Reſeda lutea.

Reſeda quam Seſamoides maius Ghinus vocabat Geſn. de hort. pag. 266. in lutea.

Reſeda maxima perperam Picnomon Anguillaræ, Lobel. obſeru. pag. 110. & icon. pag. 222.

Hanc, pro vt apud nos prouenit Tabernæ. icon. pag. 111. Reſedæ latifoliæ nomine, quo ad folia, Lobelus quo ad flores & ſiliquas optimè pingit.

---

*II.*

Reſeda alba.

Reſeda Plinij Neotericorum, Belgis Eruca peregrina Italica vel Cãtabrica Aduerſ. pag. 76. Lob. icon. pa. 222.

Reperitur folijs ſimplicioribus, & in vnoquoq; pediculo plurimis.

---

*III.*

Reſedæ affinis.

Phyteuma Monſpelienſium Geſn. de hort. pag. 266. in lutea, Aduerſ. pag. 320. & Lobel. icon. pag. 718.

Variat folijs vt & Reſeda, cuius nomine apud Lugdun. pag. 1198. lib. 10. cap. 56. duæ icones habentur.

---

## *BARBAREA.*

BArbarea, ψευδοβούνιον Dioſcoridis lib. 4. cap. 125. & Plinij lib. 24. cap. 16. cenſetur, & à quibuſdam ad Sinapi, ab alijs ad Erucam; ab alijs ad Naſturtiũ refertur: quibuſdam & ſideritis latiſſimo folio Plinij lib. 25. ca. 5.

*I.*

Barbarea maior.

Herba S. Barbaræ & Sinapi agreſte quintum Trag. pag. 101. lib. 1. cap. 32.

Barbarea ſiue Pſeudobunias Lobe. obſeru. pag. 104. & icon. pag. 207.

Variat hæc foliorum magnitudine & aliquãtum for-

ma,

ma,ſiquidem paulò acutiora ſint eius,quæ in hortis colitur,quare Tabernæm.icon.pag.451.& 452. illam marem,hanc fœminam facit: folia etiam tandem rubent & nigreſcunt.

---

*II.*

Barbarea minor.

Barbarea minor.Herba S.Alberti Bononiēſium Lobel.obſer.pag.104. ſine icone.

Icone expreſſam nondum vidimus.

---

*ERYSIMVM.*

ERyſimum ἐρύσιμον Dioſc.lib.2.cap.188.Quidam ἀπὸ τοῦ ἐρείκειν, id eſt, multiplici foliorum ſectione: alij quaſi ἐρίτιμον,quod eſt pretioſum: alij ἀπὸ τοῦ ἐρύειν,quod ob ſuam caliditatem trahendi facultate præditum ſit, dictum volunt. Hoc ſinapi eſt ſapore,multiſque ſinapi ſpecies nominatur,cuius ſylueſtris ſpecies eſt. Plinius lib.22.cap.25.Irionem dicit à Græcis Eryſimon vocari,vbi herbam Eryſimon à Dioſcoride deſcriptam,confundit cum Eryſimo fruge, cuius Theophraſtus 8.hiſt. 1.& 4.de cauſis plant.16.meminit, Trionū Gaza vertit.

*I.*

Eryſimum(ſiue Irio) vulgatum.

Hierobotane fœmina Brunfel.in 4.pag.105.

Verbena fœmina & ſinapi ſeptimum Trago pag. 102.lib.1.cap.32.

Irio ſiue Eryſimum Dioſcoridis Aduerſ. pag. 69. & Lobel.icon.pag.206.

---

*II.*

Eryſimum alterum ſiliquis Erucæ.

Eryſimon 2.Tabern.pag.162.lib.2.ſect.3.cap. 31.& icon.pag. 449.

---

*III.*

Eryſimum plurima cornicula iuncta habens.

Irio

Irio alter Matthiol.fol.lat.pag. 398.lib.2.cap.152. & icon.4. pag.319.Irio alter vulgaris.

Eryſimum alterum Italicum & Matthioli Lobel. obſeru.pag.103.& icon.pag.206.

*IV.*

Eryſimo ſimilis læuis laciniata floribus luteis.

Herba S.Alberti Cæſalp.pag.361.lib.8.cap.65.

*V.*

Eryſimo ſimilis hirſuta non laciniata floribus albis.

Barbarea muralis Ioh. Bauhino libello de plantis à Sanctis denominatis pag. 9. qui ſolus hanc deſcripſit, quantum hactenus ex auctorum lectione aſſequi potuimus. Hanc cùm Patauij D.Guilandino oſtēdiſſemus, Dryophanon Plinij, cuius lib. 28. cap. 9. meminit, & Drabam alterā nobis nominauit: at nobiliſſ. Cortuſus Eryſimum tertiū vocabat. In noſtris muris frequens eſt.

## *IBERIS.*

Ιβηρὶς ἡ καρδαμαντικὴ Dioſcor.lib.1.cap.189. & Plinius Iberidis diuerſis in locis meminit ipſius remedia enarrans.

Iberis.

Iberis Matth. icon.4.pag.162. & fol.lat.pag.213.lib.1.cap.147.

Lepidium Pauli & Plinij vulgò piperitis eidem icon.4.pag.346.& fol.lat.pag.418.lib. 2.cap. 170. vna icon eſt vtriuſque.

Iberis Cardamantica Lobel.obſer.pag. 111. & icon. pag. 223.

## *LEPIDIVM.*

Λεπίδιον Dioſcorides lib. 2. cap. 205. propoſuit: ſic dictum, quòd λεπίδας ſeu ſquammas & maculas faciei deleat, vel ἀπὸ τοῦ λεπίζειν, id eſt, ἐκδέρειν dictum, quòd

 vrenti

vrenti acrimonia ſua vlceret, excoriet, decorticet, eáque facultate vel ferro notas fronti ſeruorum inuſtas deleat, ex Columella. Lepidium Plinio lib. 20. cap. 17.

*I.*

Lepidium latifolium.

Piperitis Brunfel. fol. lat. pag. 120. tom. 3. Rhap. 46: & icon. 4. pag. 279.

Lepidium ſiue Piperitis Trago pag. 88. lib. 1. cap. 28.

Raphanus ſylueſtris officinarum, Lepidium Aeginetæ Lobel. obſeru. pag. 172: & icon. pag. 318.

---

*II.*

Lepidium glaſtifolium.

Lepidium annuũ Lob. obſ. append. & icon. pag. 321.

---

*III.*

Lepidium tertium ſeu Dentillaria.

Herba S. Antonij Romæ Geſn. in Chamænerio.

Dentaria ſiue Dentillaria Rondeletij, & Narbonenſium Aduerſ. pag. 136. & Lobel. icon. pag. 321.

Plumbago quorundam Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 434. lib. 2. cap. 73.

Sunt qui Molybdænam, id eſt, Plumbaginem Plinij lib. 25. cap. 13. eſſe velint: quibuſdam tamen videtur Plinium Dipſacum ſecundum intelligere: alij Glaſtum ſylueſtre vocant, alij Limonium falſum, à foliorum forma. Non deſunt qui Enneaphyllon Plinij lib. 27. cap. 9. eſſe velint.

---

## *DRACVNCVLVS ESCVLENTVS.*

TArchon Simeoni Sethi libel. de aliment. facult. dicitur, reliquis Græcis & Mauritanis indicta; aliqui ad Drabam, alij ad Chryſocomam Dioſcoridis referũt.

*I.*

Dracunculus hortenſis integro folio.

Dra-

Dracunculus Matth. fol. lat. pag. 410. lib. 2. cap. 161. & Dracunculus hortenſis eidem icon. 4. pag. 335.

Draco Lobel. obſeru. pag. 243. & icon. pag. 455.

*II.*

Dracunculus aquaticus ſerrato folio.

Pyrethrum Brunfelſ. in 4. pag. 257. quoad iconem, non deſcriptionem.

Tanacetum album ſeu acutum Trago pag. 159. lib. 1. cap. 51.

Ptarmica, ſiue Ptarmica folio Taraconis Lob. obſer. pag. 243: & icon. pag. 455.

## *CAPSICVM SEV PIPER Indicum.*

Καψικὸν Actuario, fortè quod ſemē comeſtum mordeat, à κάπτω mordeo. Zinziber caninum Auicennæ creditur. Plinio lib. 19. cap. 12. Siliquaſtrum quòd ob piperis ſaporem piperitidis nomine ſit acceptum.

Differentiæ huius aliquot notantur, in fructu ratione formæ & coloris: coloris quidem, qui in initio aliјs niger, aliјs viridis, in maturitate autem, aut croceus aut rubicundus. Figura aliјs longa, eaq́; vel craſſa, vel gracilis & incuruata: aliјs breuis, eaq́; lata cordata, vel rotunda ceraſi forma: deniq; & piloſo caule.

*I.*

Capſicum ſiliquis longis recuruis.

Capſicum oblongius Fuchſ. icon. 8. pag. 426. & ſiliquaſtrum tertium eidem fol. lat. pag. 733. cap. 280.

Siliquaſtrum Trago pag. 928. lib. 2. cap. 148. qui vna figura tres ſpecies proponit.

*II.*

Capſicum ſiliquis oblongis.

Capſicon rubeum & nigrum Fuch. icon. 8. pag. 425. & ſiliquaſtrum maius & minus Eidem fol. lat. pag. 732. cap. 280.

Capſicum, piper Indicum longioribus ſiliquis Lob. obſeru. pag. 172. & Capſicum Actuarij ſiue caninum zinziber Auicennæ. Eidem icon. pag. 316.

*III.*

Capſicum piloſo caule.

Piper Indicum caule pilis albis prædito, latioribus folijs, fructu longo, plerunque in acuminatum longum appendicem deſinente, flore quoq; quàm in alio maiore Camer. hort. pag. 127.

*IV.*

Capſicum ſiliquis latis cordatis.

Capſicum latum Fuchſ. icon. 8. pag. 427. & Siliquaſtrum quartum eidem fol. lat. pag. 734. cap. 280.

*V.*

Capſicum ſiliquis rotundis ceraſi forma.

Capſicum breuioribus ſiliquis Lob. obſer. pag. 172. & Capſicum, piper Indicū, breuioribus ſiliquis Eidem icon. pag. 317.

Capſicum Braſilianum Cluſio in ſuis notis in Monardem pag. 73.

Aliquando latioribus, aliquando anguſtioribus eſt folijs, hoc pingit Tabern. icon. pag. 859. Siliquaſtri rotundi anguſtifolij nomine. Hocq; plerunq; ſurrectis eſt cauliculis.

*HYDROPIPER.*

Yδροπέπερι Dioſcoridi lib. 2. cap. 191. à loco & ſapore nomen habet, quaſi dicas, Piper aquaticum: Perſicaria, à foliorum forma Latinis. Verùm Perſicaria alia acris, alia mitis eſt: & quæ mitis, alia maculoſa, alia non maculoſa, nulla ratione alia diſtingui poteſt.

I. Per-

*I.*

Perſicaria vrens, ſeu Hydropiper.

Pulicaria maſcula Brunfel. fol. lat. pag. 18. Tom. 2. Rhap. 3. & Perſicaria mas Eidem in 4. pag. 154.

Hydropiperi Perſicaria Hydropiper Lobel. obſ pag. 170. & icon. pag. 315.

Variat floribus aut candidis, aut purpureis.

---

*II.*

Perſicaria mitis maculoſa, & non maculoſa.

Pulicaria fœmina Brunfel. fol. lat. pag. 19. Tom. 2. Rhap. 3. & Perſicaria fœmina eidem in 4. pag. 155.

Perſicaria mitis Lobel. obſeru pag. 170. & icon. pag. 315.

Hæc quibuſdam plumbaga Plinij lib. 25. cap. 13. cenſetur: alijs Brittannica ſeu Bretanica, quæ & Betonica Dioſcoridis, quod caput à recentioribus tanquam ſpurium eſt deletum: & Britannica Plinij lib. 25. cap. 3. alijs Lapathum quoddam videtur. Variat floribus candidis, frequentiùs namque purpuraſcentes ſunt.

---

*III.*

Perſicaria minor.

Perſicaria puſilla repens Lobel. obſeru. pag. 171. & icon. pag. 316.

Floribus eſt albis aut purpureis.

# SECTIO SECVNDA.

## NASTVRTIVM: THLASPI: COCHLEARIA: BVRSA PASTORIS: MYAGRVM: DRABA.

### *NASTVRTIVM, & eius ſpecies.*

NASTVRTIVM, κάρδαμον Dioſcoridi lib. 2. cap. 185. Theophraſto 7. hiſt. 1. quaſi καρηδάμον, quia calore & acrimonia ſua caput tentet: quibuſdam ἀπὸ τῆς καρδίας, quòd corda-

tos & prudentes faciat: vel potius quòd cor foueat & in ſyncope Cordiaca dicta, plurimum valeat. Latinis verò Naſturtium dictum à naribus torquendis, quod odore & ſeminis acrimonia ſternutamenta prouocet: hinc Plinio lib. 19. cap. 8. dicitur à nauium tormento, velut torporem excitans: ſic & Varroni in Pappo.

Genera Theophraſtus 4. hiſto. 7. planè eſſe dixit, at Dioſcorides, tantum Naſturtium Babylonicum optimum eſſe ſcribit. Plinius lib. 20. cap. 13. duo fecit genera, hortenſe ſiue ſatiuum, quod latioribus eſt folijs, & ſylueſtre: illud album, hoc nigrũ, alij de ſemine eum loqui cenſemus. Dioſcorides verò ſylueſtris non meminit, at nec albi, nigriq; ſeminis. Diuidimus in hortenſe, pratenſe, aquaticum & montanum.

*I.*

Naſturtium aquaticum primum.

Naſturtium aquaticum ſecundum Trago pag. 82. lib. 1. cap. 26.

Crateuæ Sion Erucęfolium Lobel. obſer. pag. 105. & icon. pag. 209.

Alijs placet Naſturtium, alijs Siſymbrium, alijs Sion appellare, quibus nominibus & tẽpore Dioſcoridis donabatur. Et hoc eſt σισύμβριον ἕτερον, aut καρδαμίνη, quod guſtu naſturtium repręſentet Dioſcoridi lib. 2. ca. 156. & Plinij fortè lib. 20. cap. 22.

Variat pro vt riuulis altioribus vel aridioribus enaſcitur. Illud, folijs ferè terebinthi magnitudine: hoc triplo minoribus. quamuis viribus non diſcrepent.

*II.*

Naſturtium aquaticum flore maiore.

Sium vulgare Matth. fol. lat. pag. 352. lib. 2. cap. 120. & icon. 4. pag. 240.

Sion Matthioli & Italorum Lobel. obſeru. pag. 106. & icon. pag. 209.

*III.* Naſtur-

*III.*

Naſturtium aquaticum minimum. (ca.44.

Cardamine quarta Dalechampij Lugd.pag.659.li.5.

Variat magnitudine & paruitate, fortè ratione loci. nam in aquaticis maior eſt: in vinetis verò VVilenſibus riguis, vbi copioſè obſeruauimus, minor multò, vt & Patauinū. Camerarius apud Matthiolum, remotâ figurâ ſyſimbrij aquatici alterius, quod Matthiolus propoſuerat, hoc in eius locum ſubſtituit.

*IV.*

Naſturtium pratenſe vulgatius.

Naſturtium pratenſe vel 3. Trago pa.83.li.1.cap.26.

Cardamine altera ſiue ſiſymbrium cardamine ſecundum Lobel.obſer.pag.106.& icon.pag.210.

Variat flore, qui communiter ex candido leuiter purpuraſcit, aliquādo prorſus albus eſt. Figura Tragi, Fuchſij & Matth.in 4.pag.244.cum ea, quæ apud nos prouenit, melius quàm Lobel. & Dodonæi conuenit. Non tamen differentia inter Tragi ſeu Matthioli & Lobelij conſtituenda, vt fecit Tabernęmontanus, qui icon.pag. 452. ſub Cardamine 1. Iconē ad imitationē Lobelij, & pag.455.ſub ſiſymbrio aquatico 2.ad ſimilitudinē figuræ Matthioli iconē effinxit. Flore etiam pleno habetur.

*V.*

Naſturtium pratenſe alterum.

Cardamine ſiue ſiſymbrium alterum Dioſcoridis Lob.obſer.pag.106.& icon.pag.210.

Et hæc florum colore variat: cuius nomine Tabernæ. icon.pag.453. duas icones nomine Cardaminæ 2. & Cardaminę 2.ſpecies altera floribus lacteis habet.

*VI.*

Naſturtium Alpinum trifolium.

Cardamine trifolia Lob.obſ.pag.107.& icō.pa.211.

*VII.* Naſtur-

*VII.*

Naſturtium alpinum minimum primum.

Cardamine alpina minima Cluſ.hiſt. Pann. pag. 457. lib. 3. cap. 8.

Hoc D. Doctor Iacobus Zvvingerus ex Italiâ vnà cum pluribus alijs miſit.

---

*IIX.*

Naſturtium alpinum minimum ſecundum ſiliquâ oblongâ.

Inter plãtas Fratris Ioh. Bauhini Illuſtriſs. Ducis VVirtenbergici Medici ord. obſeruauimus, qui hoc pacto deſcripſit. Naſturtiolum lõgâ ſiliquâ folio rutaceo, paruula herba, vix ad duas vncias digiti perueniens: radix vibroſa: folia diuiſa rutacea ferè, flores ſatis magni albi, ſi bene recordor: quibus ſuccedunt ſiliquæ paruæ longæ. Florebat Iulio, in Rhœtia: deſcriptum ex herba ſicca. Hoc Doctor Theodorus Collado, Lauſanenſis Medicus ex Rhœtia nobis attulit quod palmi altitudinem æquat, folijs Rheſedæ vulgaris.

---

*IX.*

Naſturtium alpinum minimum 3. capſulâ naſturtij hortenſis.

Hoc quoque inter ſuas plantas habet Ioh. Bauhinus, quod ex ſicca planta ſic deſcripſit.

Naſturtiolum inueni in Rhœtia mõte Nombre, propè balnea Wormbs: minima planta, vix ad duas vncias digiti perueniens, folia parua ſimplicia, quatenus obſeruaui vngue breuiora multò, anguſta, craſſa, floſculi parui, albi, vt exiſtimo: in cauliculorum ſummitatibus capſulæ, at magnæ pro proportione herbæ, ſimiles Naſturtio hortenſi: Radix lignoſa, non valdè fibroſa. Aeſtate florebat & ſiliquas habebat.

*X.*

Naſturtium hortenſe latifolium.

Naſturtij

Naſturtij Dioſcoridis nomine Ioh. Bauhinus miſit, cum hac deſcriptione: Naſturtium latifolium Dioſcoridæum voco naſturtij genus, cui folia non diuiſa aut laciniata vt in vulgari, ſed longa, integra, ſerrata, ſimilia folijs Iberidis veræ, maiora tamen multò, ſi loco bene culto proueniat: ſuperiora folia cum floribus & capſulis ſimilia ſunt vulgari, ſicuti & color & ſapor. Colui in hortis meis à triginta annis, & hyemem facilè perfert. Hæc ille. Huius folium ſuo Naſturtio Camer. apud Matth. in 4. pag. 335. adpingit: fortè & hoc Naſturtij Hiſpanici nomine Tabern. fol. 163. lib. 2. ſect. 3. cap. 32. & icon. pag. 450. exprimere voluit: at figura non conuenit.

---

*XI.*

**Naſturtium hortenſe commune: Naſturtium album Plinio.**

Naſturtium Brunfel. fol. pag. 77. tom. 2. Rhapſ. 20. & 4. pag. 193. & Lobel. obſer. pag. 107

Cardamon Naſturtium hortenſe Lob. icon. pag. 212.

Aliud eſt folijs ſimplicibus, quod læue & albius vel ſubhirſutum, minusq; album: aliud folijs valdè diuiſis, hoc maius & minus, illud criſpum & non criſpum.

---

*XII.*

Naſturtium hortenſe criſpum.

Elegantiſſimum hoc naſturtium cum communi conueniens, niſi quòd folijs ſit latioribus & criſpatis: in fratris Iohan. Bauhini horto collegimus.

---

*XIII.*

Naſturtium hortenſe minus.

Naſturtium hortenſe folijs valdè diuiſis minus Geſn. de hort. pag. 294.

---

*XIV.*

Naſturtium ſylueſtre erucæ affine.

Naſturtium ſylu.Cluſ.hiſt.Hiſp.pag.413.lib. 2. ca.67.
Eruca naſturtio cognata tenuifolia Lobel. obſ. pag. 102.&icon.pag.205.

---

*XV.*

Naſturtium ſylueſtre mynophyllon.
Seriphium Germanicum Trago pa.338.li.1.ca. 111.
Sophia Chirurgorũ Lob. obſ.pa. 426.& icõ.pa.738.
Hoc latiore & anguſtiore folio reperitur, quare duas figuras habet Tabernæmon. icon. pag. 6.& 7. Thalictri nomine, ſed Dioſcoridis de quo lib.4.cap.98. egit non eſt: nec etiam Seriphium abſinthium, vt aliqui volunt.

---

*A L L I A R I A.*

SIc dicta, eò quòd folia digitis comminuta, Allium redoleant, ſeu porrum ſectiuũ cum Naſturtio. Quibuſdam Thlaſpidium ſecundum Crateuæ: alijs Alectorolophos Plinij lib.25.cap.5.

Alliaria.
Alliaria, Thlaſpidium cornutum Trago pag.86.lib.1. cap.27.
Alliaria Lob.obſ.pag.285.& icon.pag.530.
Reperitur aliquando folio latiſſimo & ſubrotundo.

---

*T H L A S P I, & eius ſpecies.*

NAſturtio ſubiungit Dioſcorides lib. 2. cap. 186. θλάσπι, quod nomen accepit à fructus forma, qui velut infractus & contuſus, à θλᾶν, quod eſt infringo. ἢ θλασπίδιον, quaſi fractum clypeatum: ἢ σίνηπι ἄγριον.

Genera duo propoſuit Dioſcorides & Plinius li. 28. cap.13. alterum anguſtis folijs: alterum latis, quod Perſicum ſinapi Crateuę dicatur, hicq; Raphanus ruſticanꝰ fortè erit. At recentiores plures agnouêre differentias.

*I.*

Thlaſpi naſturtij folio peregrinum.
Thlaſpi alterum minus vmbellatum Naſturtij hortẽſis fo-

ſis folio Narbonēſe Aduerſ.pa.75.& Lob.icon.pa.218

*II.*

Thlaſpi folijs & ſiliquis latis.

Thlaſpi 1. & Thlaſpi Dioſcoridis Dodon. fol. Gall. pag.436.lib.5.cap.62.

Thlaſpi Dioſcoridis Drabę & Chamelinæ folio Lob. icon.pag.212.

*III.*

Thlaſpi folio acuto.

Thlaſpi primum Matthiol.fol.lat.pag. 395.lib.2.cap. 150.& icon.4.pag.312.

Thlaſpi vulgatiſſimū Vaccariæ folio Lob.obſer.pag. 108.& icon.pag.213.

Hoc Matthiolus, Lobelus, Dodo. edit. lat. pingunt folijs non crenatis:at Tragus pag.87. Fuchſius pa. 306. Lonicerus pag.196.Dodon.edit.Gall.pag.436.Tabernæmontanus icon. pag. 458. folijs ſerratis pingunt, quemadmodum apud nos prouenit, nec licuit hactenus figuræ Lobelij ſimilem videre.

*IV.*

Thlaſpi glaſti folio.

Thlaſpi primum vel montanum peltatum Cluſ. hiſt. Pann.pag.465.lib.3.cap.10.

Thlaſpi Pannonicum Lobel.icon.pag.219.

*V.*

Thlaſpi perfoliatæ ſiue Braſſicæ cāpeſtris folio mai⁹.

Ex radice oblōgâ, tenui, fibroſâ & albâ, caules quaterni, quini, plures paucioréſve palmares & ſeſquipalmares, exurgūt: folijs aliquot ſatis latis, ſupra terrā ſparſis, Braſſicæ cāpeſtris folijs forma & colore ſimilibus, q̄ verò in caulibus obſeruantur acutiora ſunt & latiore baſi ipſum cōplectūtur, ita vt quędā quaſi à caule pforari videant̄: floribus donatur albis Burſæ paſtoris ſimilibus,

 qui

qui ſummis caulibus inſident: quibus ſuccedunt capſulæ: burſæ paſtori ſimiles, leuiter ſuperiori parte fiſſæ, q̃ in duas thecas diuidũtur, quibus cõmuniter tria grana ruſeſcẽtia & acria inſunt. Prouenit apud nos copioſè in agris ad Rhenum ſitis, vbi Birſa influit. Maio Iunioq; florens. Hoc deſcribere viſum fuit, cùm ipſius deſcriptionem hactenus non legerimus, licet figuram ſatis commodam nobis propoſuerit Tabernæmontanus fol. pag. 173. lib. 2. ſect. 3. cap. 38. & icon. pag. 462. Thlaſpi oleracei nomine: at loco deſcriptionis habet hæc verba: primò penitùs ſimile, & omnibus bene notum. Quod ſi ita eſt, cur bis pinxit: at non ita eſſe, conferenti propoſitam deſcriptionem noſtram cum primo Thlaſpi, patebit: ſiquidem primum, Thlaſpi folijs ſit oblõgis: hoc verò ſubrotundis, capſæ illius quadruplo, huius ſint latiores.

---

*VI.*

Thlaſpi braſſicæ campeſtris folio minus.

Thlaſpi pumilum vel montanum minus Cluſ. hiſt. Pann. pag. 469. lib. 3. cap. 10.

Si cui placuerit idem dicere, non pugnauerimus, quamuis & Tabernæmontanus ex Cluſio hoc pingat à priori diuerſum.

---

*VII.*

Thlaſpi folio rotundo.

Thlaſpi rotũdifoliũ Thuringiæ Camer. hort. pa. 168.

---

*IIX.*

Thlaſpi Bellidis cæruleæ folio.

Thlaſpi ſecundum & Badẽſe Cluſ. hiſt. Pann. pa. 467. (li. 3. ca. 10.

---

*IX.*

Thlaſpi album ſupinum Lobel. icon. pag. 219.

---

*X.*

Thlaſpi alpinum.

Thlaſ-

Thlaſpi tertium ſaxatile Camer. in epiſt. Matth. pag. 338. quod enim Matthiolus icon. 4. pag. 314. p Thlaſpi tertio pingit, non rectè exprimit folia, quæ nimis longa & acuta, quare Camerarij figura nobis probatur ex plãtæ viridis (quam in monte Waſſerfall copiosè collegimus) cum figurâ collatione.

---

*XI.*

Thlaſpi repens hederæ folio.

Hederaceum Thlaſpi Lobel. obſer. pag. 338. & icon. pag. 615.

Hoc nondum videre licuit.

---

*XII.*

Thlaſpi Alexandrinum Cortuſi Ioh. Bauhino.

Planta eſt elegantiſſima dodrantalis, ex radice ſingulari, quatuor & plures caules profert, qui in ramulos ſubdiuiduntur, ad ſingulas diuiſiones in ſuperioribus partibus, folia velut perfoliatæ ſubrotunda ramulos ambientia: in ramulorum extremitatibus ex pediculis dependent ſiliquæ plurimæ circinatæ ferè quales in Thlaſpi tenuifolio Fuchſio, eoque ordine, ſed maiores. Naſturtij vulgaris ferè magnitudine, in oblongum angulum deſinentes cum cuſpide: finduntur in duas partes & membranulam tenuem relinquunt. Aliquid ſimilitudinis cum Thlaſpi Hederaceo Lobeli habet. Hæc à Fratre habemus, apud quem plantam ſiccam vidimus, quam à Nobiliſs. Cortuſo Thlaſpi Aleſſandrino nomine accepit.

---

*XIII.*

Thlaſpi vmbellatum Creticum Iberidis folio.

Arabis ſiue Draba Dod. fol. Gal. pag. 438. lib. 5. c. 63.

Thlaſpi Candiæ vmbellatum Iberidis folio Lob. obſeru. pag. 108. & icon. pag. 216.

Quibuſdam Dryophanon Plinij lib. 27. cap. 9. alijs

Draba Dioſcoridis lib.2.cap.187. & ſanè deſcriptio in plurimis conuenit.

Flore eſt purpureo, aliquãdo ſubalbo: & luteo flore haberi in horto Bẽbiano, ex eius horti catalogo colligim⁹.

*XIV.*

Thlaſpi vmbellatum aruenſe Iberidis folio.

Ex radice breui albicante fibroſâ, caulem emittit pedalem, qui paulò ſupra radicem in ramos quaternos, quinos, plures, paucioresq́; diuiditur, hiq́; in ſummo in tenues ramulos brachiantur, ita vt arbuſculam referat: quos folia quaſi alternatim poſita oblonga anguſta Iberidis foliorum modo inciſa, centaurij inſtar amara: faſtigiantibus muſcarijs cum floribus è cæruleo alboq́; permixtis (rariùs penitùs albis vel flaueſcẽtibus) vtriſq; dilutis: quibus ſuccedunt capſulæ paruę ſuperiore parte fiſſæ ac infractæ, ſemen paruum acre continentes.

Prouenit in agris noſtris frumentaceis paſſim, Iunio florens.

Huius Tragus ſub Thlaſpidio tertio meminit pa.85. lib.1.cap.27. ſine icone, ſed quia adeò breuis, placuit integram deſcriptionem proponere. Et hoc illud eſt, quod Thlaſpi amari nomine Tabern.fol.pag.173.lib.2. ſect.3.cap.38. pingit, & pag. 175. his verbis deſcribit, Decimum caulem acquirit tenuem, ſed robuſtum, cui albi flores inſtar coronæ inſident, ex quibus verbis colligi ne quid poſſit, perpendant lectores.

*XV.*

Thlaſpi ocimaſtri folio.

Thlaſpi primum Dalechampij Lugd. pag.1180.lib. 10.cap.54. ſine icone.

*XVI.*

Thlaſpi leucoij folio nicano.

Thlaſpi montanũ candidum Lugd.pag.1180.lib.10. cap.54.

Hoc

Hoc inter fratris Ioh. Bauhini plantas tantùm obſeruauimus.

*XVII.*

Thlaſpi folio nicano flore albo.

Thlaſpi nicanum Mechlinienſe Lob. obſer. pag. 108. & icon. pag. 216.

Hoc Thlaſpi Cretici albi nomine ex Italiâ Doctor Zvvingerus miſit.

*XIIX.*

Thlaſpi nicanum fruticoſum Frãconiæ Camer. hort. pag. 168. non nouimus.

*XIX.*

Thlaſpi villoſum.

Radix tenuis oblonga albicans, in caulem pedalem vnicum rotundum villoſum abit, ad cuius exortum folia octo vel decem humi ſtrata, lõgis pediculis donata, cuſpide orbiculata, hirſuta: quæ verò caulem cingunt, longè breuiora ſunt, pediculis carent, & latiore baſi ipſum amplectuntur, quorum quędam leuiter ſunt crenata: flores obtinet albos quatuor foliolis cõpoſitos, quibus ſuccedunt ſiliquæ ſatis magnæ, hirſutæ, compreſſæ, ſuperiore parte fiſſæ, ex quarũ medio apex prodit, vtriculis duobus donantur, & in ſingulis granula aliquot ruffeſcentia, acri ſapore prædita, continentur. Nuſquam quàm in horto Patauino Medico vidimus, illudq; Anno 1577. collegimus, quod cum hirſutie caneſcat, Thlaſpi villoſum appellamus, eiusq; nec deſcriptionem nec iconem hactenus vidimus. Dn. Guilandinus horti Medici præfectus, Thlaſpi piloſum nominare ſolebat: quod cùm Nobiliſſ. D. Iacobo Antonio Cortuſo patr. Patau. oſtendiſſemus, referebat huius ſemen olim in Italia pro veri Thlaſpeos ſemine vſurpatum fuiſſe.

*XX.* Thlaſ-

*XX.*

Thlaſpi montanum luteum.

Thlaſpi ſupinum luteum Lobel.icon.pag.220.

---

*XXI.*

Thlaſpi alyſſon dictum primum.

Alyſſon Matth.fol.lat.pag.538.lib.3. cap. 89. & icon. 4.pag.498.

Thlaſpi græcum propinquius fortè Dioſcor. Polygonati folio, aut oleę, lentis ſemine, Lob.icon.pag.213. Floſculis albis, interdum luteis.

---

*XXII.*

Thlaſpi alyſſon dictum alterum & maritimum.

Thlaſpi Narbonenſe centunculi anguſtifolio, Alyſſon Italorum Aduerſ.pag.75.& Lobel. icon. pag.215.

Etſi Lobelus velit hoc idem eſſe cum Italorum alyſſo, variat tamen. hoc enim ab Italico differt, folijs anguſtioribus, rarioribus, ſiliquis minoribus longiorib⁹, quod optimè exprimitur ab auctore herbarij Lugdun. pag.1393.lib.12.cap.30. Thlaſpi maritimi Dalechampij nomine: vtrunq; enim in loco natali collegimus, & inter plantas reſeruamus.

---

*XXIII.*

Thlaſpi alyſſon dictum tertium luteum.

Alyſſum minus. Dalechampij Lugdun. pag. 1142. lib.10.cap. 26.

---

*XXIV.*

Thlaſpi biſcutatum maius folio craſſo hirſutiſſimo.

Thlaſpi paruũ Hieracifoliũ ſiue Lunaria lutea Monſpelienſium, Aduerſ. pag.74.& Lobel.icon. pag.214.

---

*XXV.*

Thlaſpi clypeatum minus.

Thlaſpi alterum minus clypeatũ ſerpylli folio etiam

Nar-

Narbonenſe Aduerſ.pag.74.& Lobel.icon.pag 215.

*XXVI.*

Thlaſpi Leucoij folio fruteſcens.

Thlaſpi fruticoſum folio Leucoij marini minoris Lobel.obſeru.pag.109.&icon.pag.217.

*XXVII.*

Thlaſpi thymbræ folio fruticoſum.

Thlaſpi fruticoſum alterum Lobel.obſer.pag.109. &icon.pag.218.

*XXIIX.*

Thlaſpi ſpinoſum.

Thlaſpi fruticoſum ſpinoſum Narbonenſe Lob.obſeru.pag.109.& icon.pag.217.

*XXIX.*

Thlaſpi oſyridis folio.

Burſa paſtoris minor Brunfelſ. fol. pag. 30. tom. 3. Rhap.6.& 4.pag.94.

Thlaſpi minus hortenſe vulgare Lob.icon.pag.214.

Luteum eſt & album.

*COCHLEARIA.*

SIc dicta à foliorũ forma,quæ modicè caua, paruum & non valde profundum cochlear referunt: quam alij Telephium, alij Britannicam volunt, attamen cum Thlaſpi & naſturtijs,quo ad formam & ſaporem, affinis ſit,in hanc claſſem retulimus.

*I.*

Cochlearia folio ſubrotundo.

Cochlearia Dod.fol.Gall.pag.89.lib.1.cap.78.

Cochlearia Batava Lob.obſ.pag.156.&icon.p.293.

Huius ſemen Arnemia ex Belgis Doctor Hermannus Hagius Arnemienſium Poliater nunc Illuſtriſſ.Comitis Mauricij Medicus ordinarius, miſit.

*II.*

Cochlearia folio oblongo ſinuato.

Cochlearia Britannica ſiue Anglica Lobel. obſeru. pag. 157. & icon. pag. 294.

---

*BVRSA PASTORIS.*

SIc dicitur à marſupiolis compreſſis, crumenæ effigiẽ repræſentantibus, cuius nomine & Capſella vocatur, aliâs Sanguinaria & Criſpula: apud antiquos Thlaſpi genus fuit.

*I.*

Burſa paſtoris maior folio ſinuato.

Burſa paſtoris maior Brunfelſ. fol. pag. 30. tom. 3. Rhap. 6. & 4. pag. 91.

Burſa paſtoris Lob. obſer. pag. 110. & icon. pag. 221.

Hæc folijs variat. aliquandò enim eleganti eſt folio, inſtar coronopi repentis.

---

*II.*

Burſa paſtoris maior folio non ſinuato.

Huius folia inferiora ad radicem longis ſatis donantur pediculis, quæ ſinuata non ſunt: quæ verò circa caulem, duabus alis donantur, eumq́; latiori baſi complectuntur. In eam altitudinem vt prior non exurgit: in cęteris cum priori conuenit. Naturæ luſum tantùm exiſtimabamus, verùm cum eodem loci ad Lyceum noſtrũ Medicum, aliquot annis idem obſeruauerimus, à priori diſtinguendum cenſemus: quare vel burſa paſtoris maior folio non ſinuato, vel burſa paſtoris folio integro, dici poterit.

---

*III.*

Burſa paſtoris media.

Burſa paſtoria minor Tabern. fol. pag. 632. lib. 1. ſect. 5. cap. 33. & icon. pag. 199.

---

*IV.* Bur-

*IV.*

Burſa paſtoris minor. (icone.
Burſa paſtoris ſexta Trago pag. 215. lib. 1. cap. 71. ſine
Paſtoria burſa minima Lobel. icon. pag. 221.

---

*V.*

Burſa paſtoris loculo oblongo minor.

Genßblum Brunfelſ. fol. pag. 38. tom. 2. Rhap. 8. & 4. pag. 79.

Paronychia alſinefolia Lob. obſer. pag. 249. & icon. pag. 469.

Hæc non ſolùm magnitudine & paruitate variat, ſiquidem etiam minima vnciam & ſeſquiunciam longa reperiatur: verùm foliorum forma diſcrepat. habetur namq; folijs integris, vt Lobelus, Dodonæus, Lugdunenſis pag. 1214. lib. 11. cap. 3. & Taber. icon. pag. 708. pingunt: datur & latioribus laciniatisq́; folijs, quemadmodum Lugdunenſis pag. 1318. lib. 11. cap. 54. nomine Myoſotidis paruæ exprimit. Similem poſteriori ex monte Gfrigel/ quâ itur in Italiam habemus, quæ tamen non ſolùm folia in orbem humi ſtrata habet, ſed paúlò altiùs quina ſenaque obtinet lata laciniata & in cauliculi ſummo vnicum quod in ſummitate tripartitur, capſulam quin etiam obtinet priore duplo maiorem, eamq́; non oblongam, ſed ſubrotundam.

---

*VI.*

Burſa paſtoris loculo oblongo maior.

Hæc ex radice tenui, fibroſa inutili caulem emittit, cubito minorem, in aliquot ramulos diuiſum, ad cuius exortũ folia aliquot humi diſpoſita, ex rotundo oblonga, ſerrata, aſpera, hirſuta: ipſum caulem folia pauca, pediculis carentia, ſerrata, aſpera, cingunt: caulis parti ſuperiori flores adpoſiti multi parui albi, quibus decidentibus ſuccedũt ſiliquæ paruę, oblõgæ, latiuſculę, in medio ſtriam habẽtes, in quibus minutũ ſemen; Martio

flores ſiliquasq; fert. Apud nos locis campeſtribus ſiccioribus prouenit. Qui volent, vel ad Burſam paſtoris, vel ad Myagron, referant.

*VII.*

Burſæ paſtori ſimilis ſiliquoſa.

Piloſella ſiliquata minor Thalyo Harcy. pag. 84. & icon. Cam. pag. 7. D.

## *MYAGRVM.*

Μυάγρου Dioſcorides lib. 4. cap. 117. meminit, quod aliqui volunt idem cum Myagro vulgo dicto, at Rubiæ folia ſuo tribuit Dioſcorides: ſic & Plinius lib. 27. cap. 12. cui Myagros dicitur. Quibuſdam tamen noſtrum ſecundum Myagrum Eryſimum eſt Theophraſti & Galeni: alijs Seſamum, ob ſeminis ſimilitudinem & olei vbertatem.

*I.*

Myagrum ſiliqua oblonga.

Myagrum alterũ Thlaſpi effigie Lob. obſer. pag. 112.

Cameline, Myagrum alterum Thlaſpi effigie Lobel. icon. pag. 225.

Hæc aliquando cubitalis reperitur latiſſimis folijs: aliquando vix trium digitorum alta anguſtis folijs, vti copioſè inter ſegetes in Ducatu Vvirtenbergico circa Geppingam, obſeruauimus.

*II.*

Myagrum hortenſe.

Myagrum Dodo. fol. Gall. pag. 337. lib. 4. cap. 35.

Cameline myagrum Lobel. icon. pag. 224.

*III.*

Myagrum ſylueſtre.

Seſama Trago pag. 655. lib. 2. cap. 28.

Pſeudomyagrum Matth. fol. lat. pag. 729. lib. 4. cap. 112. & icon. 4. pag. 816.

Hoc

Hoc ſatu tantùm à ſuperiore differre volunt, cùm tamen illud folijs ſit ſinuatis, hoc verò glaſti folio non ſinuato.

---

*IV.*

Myagrum ſylueſtre alterum.

Pſeudomyagrum, quod Myagrum Turcicum ab hortulanis appellatur. Camer. in epit. Matth. pag. 902.

---

*V.*

Myagrum monoſpermon.

Caule eſt cubitali, aliquando altiore, recto, rotundo, ſtriato, cauo, variè & inæqualiter brachiato: folijs vulgari viridioribus, latioribus, quorũ folia inferiora primò prodeuntia inſtar cichorij ſatiui laciniata ſunt, quæ linea alba ſiue coſta per mediũ diuidit, at minùs quàm hortenſis myagri acuminata, quæ caulem latiori baſi amplectuntur, & quædam non ſinuantur: floribus luteis quibus ſuccedunt vtriculi pediculis inſidentes, qui duri, oblongi, peræ ſimiles, ſupernè in duas extuberantias deſinentes, quorum medio apex durus inſidet, in cuius vtriculi medio cauitas vnica, in quâ ſemen vnicum (vnde monoſpermon vocamus) ruffum, oblongum continetur. Sapore myagro non reſpondet. Hanc in horto Cl. viri D. D. Felicis Plateri Collegæ noſtri primùm; dein in horto Montempelgardiaco apud Fratrẽ (ſui ſemen Bricouruuer nomine miſſum) legimus. In Euganeis quoque inuenitur.

---

*VI.*

Myagro ſimilis ſiliqua rotunda.

Hæc à radice plures caules cubitales & bicubitales, hirſutos, fragiles, cauos, qui in varios ramulos brachiãtur, quos cingunt folia hirſuta nonnihil aſpera, myagro ſimilia, minora tamen ſucculenta quæ maſticata cum viſciditate leuem acrimoniam habent. Floſculos habet

pallidos, quam in Myagro minores, quibus ſuccedunt capitula rotunda, rugoſa, in apicem deſinentia, ſingula ſingulis pediculis inſidentia, primùm virentia, dein vbi maturuêre nigra, medulla flaua, oleaginoſa, annua eſt, & ex ſemine deciduo renaſcitur. Iulio & Auguſto florens & ſemen producens.

Hæc Iohan. Bauhino in Illuſtriſs. Ducis VVirtenbergici horto Montembelgardi nomine ſpeciei Myagri creuit.

## *DRABA.*

Thlaſpi ſubiungit Dioſcorides lib. 2. cap. 186. δράβην Drabam, vtriuſque meminit, cuius ſanè deſcriptio melius Thlaſpi Cretico vmbellato, quàm ſequentibus correſpondent.

*I.*

Draba prima vmbellata.

Arabis ſiue Draba Matth. icon. 4. pag. 317. & fol. lat. pag. 397. lib. 2. cap. 161.

Arabis ſiue Draba, & Naſturtium Babylonicum Lob. obſ. pag. 111. & icon. pag. 224.

Verùm non eadem eſt figura apud auctores: Matthiolus enim, Lonicerus & Lugdun. dentatis pingunt folijs, quod hactenus in ipsâ plantâ obſeruauimus: at Lobelus, Caſtor, Cluſius, (licet hic folia dicat in ambitu eſſe dentata) folijs integris non dentatis delineârunt.

*II.*

Draba alba ſiliquoſa.

Draba ſecunda Cluſ. hiſt. Pann. pag. 462. lib. 3. cap. 9.

*III.*

Draba alba ſiliquoſa repens.

Draba altera obſ. appēd. pa. 463. & icō. pa. 261. parte ſecundâ.

Heſperis alpina minor Fratri Ioh. Bauhino dicitur.

*IV.*

Draba Eryſimi flore & ſiliquis.

Sina-

Sinapi & Thlaſpi media Prouincialis planta Aduerſ. pag. 72. & icon. pag. 211.

Heſperis alpina fratri Ioh. Bauhino dicitur.

*V.*

Draba lutea ſtrictiſſimis longisque ſiliquis.

Arabis à quibuſdam dicta planta Camer. in epiſtol. Matth. pag. 342.

# SECTIO TERTIA.

## *BRASSICA, eiusq́ ſpecies.*

BRASSICA inquit Theophr. 1. hiſtor. 19. inter olera eſt, quare nunc de Braſſica, quæ ἀπὸ τοῦ βράζειν à vorando, κράμβη Dioſcor. lib. 2. cap. 146. quaſi κορράμβλη, quod pupillas oculorum lædat, dicitur. Theophraſto ῥάφανος: vide ſuprà in Raphano.

Dioſcorides ſatiuæ, ſylueſtris & maritimæ meminit, verùm cùm hanc ipſemet fateatur à ſatiua abhorrere, de eâ dicemus inter volubiles. At Theophr. 7. hiſto. 4. plura eius ſunt genera, alia criſpa, alia læuis, alia ſylueſtris. Sic Plinius lib. 19. cap. 8. poſteaquàm Braſſicæ cauliumúe tria genera ex Catone cap. 157. & 158. enarraſſet, complura adhuc genera eſſe refert. Cumanam, Aricinam, Pompeianam, Sabellicam, Lacuturres. At lib. 20. cap. 9. Græcos antiquiſſimos in tres ſpecies diuiſiſſe ſcribit: criſpam quam ſelinanda à ſimilitudine foliorum apij vocauerunt: alteram leam latis folijs, quæ caulodes quibuſdā: tertium propriè Cramben appellatam. Plures agnoſcimus differentias, & quidem pro foliorum colore, criſpitudine, denſitate, alijsq; qualitatibus. Alijs enim color viridis, alijs candicans, alijs purpuraſcens. Criſpitudo & læuitas tàm in cādido, quā in viridi, quod nigrū vocant, reperitur. Purpureā criſpam nōdum vidimus. Sūma genera ſunt ſatiua, ſylueſtris. Satiua alba & rubra: harum plures ſpecies, de quibus ordine.

*I.* Braſſica

*I.*

Braſſica capitata alba.

Braſſica alba Brunfel.fol. pag. 199.tom 3. rhap.111. & 4. pag. 229.

Braſſica alba ſeſſilis glomeroſa aut capitata lactucæ habitu Lobel.icon.pag.243.& in obſer.pag. 123. Braſſica capitata.

Hæc Lacuturres Plinij videtur: alijs Cumana eiuſdem: alijs Tritiana.

---

*II.*

Braſſica alba capite oblongo non penitùs clauſo.

Braſſicæ albæ ſecunda ſpecies Dod. fol. Gall. pa. 378. lib. 5. cap. 6. ſine icone.

Braſſica Sabauda hyberna Lobel.icon.pag.244.

---

*III.*

Braſſica pluribus capitibus conglobata.

Braſſica capitata polycephalos Lugd. pag. 251. lib. 5. cap. 1.

---

*IV.*

Braſſica capitata rubra.

Braſſicæ rubræ ſecunda ſpecies Dod. fol. Gall. pag. 379. lib. 5. cap. 6. ſine icone.

Braſſica capitata rubra Tabern. icon. pag. 397.

---

*V.*

Braſſica rubra.

Braſſicæ primum genus Fuchſ.icon.pag.233.

Braſſica Cumana ſiue rubra Dodo. fol. Gall. pa. 379. lib. 5. cap. 6.

---

*VI.*

Braſſica alba vel viridis.

Braſſica Brunfels. fol. pag. 199. tom. 3. Rhapſ. 111. & 4. pag. 229.

Braſſica

Braſſica vulgaris ſatiua Lobel. obſer.pa.122.& icon. pag.243.

Hæc Braſſica læuis dicitur Plinio, cui & caulodis dicitur: & Theophraſto læuis nominatur.

---

*VII.*

Braſſica cauliflora, Pompeiana Plinio.

Braſſica Pompeiana aut Cypria Dodo.fol. Gall. pag. 378.lib.5.cap.6.

Braſſica florida botrytis Lob.obſ.123.& icō.pa.245.

Theophraſtus huius videtur meminiſſe, dum ſcribit genus eſſe, quod nullum aut paruum ſemen producat: Pompeiana fortè Plinij.

---

*IIX.*

Braſſica gongylodes.

Braſſicæ albæ quarta ſpecies Dod. fol.Gall.pag. 378. lib.5.cap.6.ſine icone.

Rapa Braſſica peregrina caule rapum gerens Lobel. icon.pag.246.

Rapitius colis Catoni fortè: lacuturres Plinij quibuſdam.

Variat rotundiore & longiore rapo, cuius nomine Tabernęmōtanus icon.pa.403. duas proponit icones, Caulorapi & Caulorapi longi nomine.

---

*IX.*

Braſſica alba criſpa.

Braſſica criſpa Matth.icon.4. pag.225.& fol. lat. pag. 344.lib.2.cap.113.

Braſſica patula criſpa Sabauda æſtiua Lobel. icon. pag.244.

Hæc quibuſdam cenſetur Lacuturris Plinij: alijs eiuſdem Sabellica.

---

*X.*

Braſſica ex cuius folijs ramuli naſcuntur.

Braſſica aſparagodes Dalechampij Lugd. pag. 522. lib.5.cap.1.

Folia modò laciniata, modò plana & expanſa: nonnunquàm tota viret, nonnunquàm media coſta & venæ foliorum rubent.

*XI.*

Braſſica aſparagodes criſpa.

Braſſica criſpa prolifera Tabern. pag. 111. lib. 2. ſect. 3. cap. 1. & icon. pag. 398.

*XII.*

Braſſica Anglica Tabern. pag. 111. lib. 2. ſect. 3. cap. 1. & icon. pag. 399.

*XIII.*

Braſſica folijs laciniatis.

Braſſicæ ſecundum genus Fuchſ. icon. pag. 234.

Braſſica fimbriata Lob. obſ. pag. 124. & icon. pa. 247.

Videtur criſpa Theophraſti, & fortè Sabellica Plinij.

*XIV.*

Braſſica Apij folio anguſtifolia.

Braſſica criſpa ſeu apiana Trago pagin. 721. libr. 2. cap. 59.

Braſſica tenuifolia laciniata Lob. icon. pag. 246.

Selinada & Apiana Plinio.

*XV.*

Braſſica apij folio latifolia.

Braſſica ſelinifia latifolia Tabern. pag. 112. lib. 2. ſect. 3. cap. 1. & icon. pag. 40.

*XVI.*

Braſſica ſpinoſa.

Hanc Clariſſimus Bembus Patauij in horto habet, quam cùm integram non viderimus, ſolùm ramulum quem à Doctore Camerario iuniore accepimus, deſcribemus, vſque dum integram acceperimus. Ramulus eſt ſine folijs, aut ſaltē obſcuris propè caulis exortum; in

in ſummo caulis faſtigio ſpinę tenues, cauli concolores digiti articuli longitudine, ita vt videantur folia in has ſpinas deſijſſe, cùm in ſummitate nulla conſpiciantur.

XVII.

Braſſica ſylueſtris.

Braſſica ſylueſtris Trago pag. 722. lib. 2. cap. 59. ſine (icone.

Braſſicæ tertium genus Fuchſ. icon. pag. 235.

XIIX.

Braſſica ſylueſtris maritima.

Braſſica marina ſylueſtris, multiflora, monoſpermos Aduerſ. pag. 92. & Lobel. icon. pag. 245.

XIX.

Braſſicæ folia peregrina.

Achanaca Theueto tom. 1. Coſmogr. lib. 3. & ex eo Lugdun. pag. 1904. lib. 18. cap. 132.

Folijs eſt braſſicæ, eaq́; pro Guaiaco vtuntur.

XX.

Braſſica ſylueſtris folijs circa radicem Cichorei modo inſectis.

Braſſica ſylueſtris virgata Cordo in hiſtor. pag. 96. b. lib. 1. cap. 31. ſine icone.

Sinapi album Lugdun. pag. 1168. lib. 10. cap. 44.

XXI.

Braſſica ſylueſtris folijs circa radicem integris & hiſpidis.

Braſſica ſylueſtris procera Thalyo in ſuâ Harcyn. pag. 17.

Turritis Lobel. icon. pag. 220.

Aliquando & huius folia ad radicē cichorei inſtar in- (ſecta ſunt.

XXII.

Braſſica ſylueſtris folijs mēbranaceis Thalyo pag. 18.

*XXIII.*

Braſſica ſylueſtris media Thalyo, pag. 18.

---

*XXIV.*

Braſſica ſylueſtris minor Thalyo, pag. 18.

*XXV.*

Braſſica ſylueſtris maior latifolia Thalyo, pag. 16.

---

*XXVI.*

Braſſica campeſtris perfoliata.

Perfoliata altera Trago pag. 483. lib. 1. cap. 162. ſine icone.

Braſſica campeſtris prima Cluſ. hiſt. Hiſpan. pag. 409. lib. 2. cap. 61.

Perfoliata Napifolia Anglorum ſiliquoſa Lob. icon. pag. 396. & Perfoliata ſiliquoſa eidem obſer pag. 215.

---

# SECTIO QVARTA.

## LAPATHVM: ACETOSA: SPINACHIA: RHA: CENTAVRIVM MAIVS.

### *LAPATHVM, & eius ſpecies.*

THEOPHRASTVS 1. Hiſtor. 9. Lapathum inter olera numerari ſcriptum reliquit, & 7. hiſtor. 2. tota forma cùm perfectum eſt, Betæ proximū cerni. *λάπαθον* Græci ab effectu nominant à *λαπάζειν* exinaniēdo, ſiquidem foliorum decoctū aluum molliat & exinaniat: ſic nominauit Dioſcorides lib. 2. cap. 140. Latini Rumicem vocant, licet Plinius lib. 19. cap. 12. lapathum ſatiuum rumex dici oſtendat; infrà tamen lib. 20. cap. 21. oxalidi tribuit. Genera quinque fecit Dioſcorides *ὀξυλάπαθον* lapathum acutum: *κηπευτὸν* ſatiuum: *ἄγριον* ſylueſtre: *ὀξαλίδα* acetoſam, & *ἱππολάπαθον*: & Theophr. 7. hiſtor. 4. plura eius ſunt genera, vt cap. 6. in ſylueſtrem

ueſtrem & vrbanam partitur. Plinius lib. 20. cap. 21. meminit ſatiui, dein ſylueſtris, quod alij oxalidem appellãt: tum Oxylapathi, quartò hydrolapathi: quintò hippolapathi. Proſequamur lapathi ſpecies ab acetoſa exorſi.

## *ACETOSA.*

*I*

ACetoſa pratenſis.

Acetoſa & lapathum acetoſum Brunfel. fol. pag. 72. tom. 2. & pag. 83. tom. 3. Rhap. 29. & 4. pag. 150.

Oxalis ſiue lapathum oxalida Lobel. obſer. pag. 155. & icon. pag. 290.

Hoc Lapathi quartum genus eſt Dioſcoridi, & Lapathum ſylueſtre Plinio: huius folia criſpantur aliquando, vt pingit Tabern. icon. pag. 440.

---

*II.*

Acetoſa montana maxima.

Hæc folijs eſt maioribus & rugoſioribus, quàm ſint ipſius pratenſis, in reliquis ab ea vix differens: hanc in montibus Helueticis & Sabaudicis reperire eſt, quam oxalidem maiorem Brockenbergẽſem, Thalyus in ſua Harcynia pag. 82. appellare videtur.

---

*III.*

Acetoſa tuberoſâ radice.

Oxalis tuberoſa Lob. obſ. pag. 155. & icon. pag. 291.

---

*IV.*

Acetoſa geniculis nodoſis.

Oxalis ampliſſimo folio Cluſ. hiſt. Pan. pag. 480. lib. 3. cap. 14. ſine icone.

---

*V.*

Oxalis montana.

Oxalis altera in montibus proueniens Cæſalp. pag. 166. lib. 4. cap. 30.

---

*VI.*

Oxalis calthæ folio peregrina.

Oxalis Zazynthi Alpino pag. 536. cap. 43. ſine icone.

---

*VII.*

Oxalis rotundifolia.

Oxalis Romana & oxalis veterum Dodon. fol. Gal. pag. 383. lib. 5. cap. 9. ſine icone.

Oxalis ſatiua Franca rotundifolia repens Lobel. obſeru. pag. 156. & icon. pag. 292.

Ludit natura in folijs, ita vt aliquando ſunt quædam non anguloſa, ſed in acutum inſtar folij Boni Henrici deſinentia: Habetur & grandiſſimis folijs, quæ Acetoſa Hiſpanica dicitur Camer. in hort. pag. 4.

---

*IIX.*

Oxalis aruenſis lanceolata.

Oxalis minima Trago pag. 316. lib. 1. cap. 104.

Oxalis tenuifolia, ſinuata veruecina Lobel. obſeru. pag. 156. & icon. pag. 291.

Hæc ratione loci pinguioris aridioríſve maior minórve latioribus anguſtioribúſve folijs reperitur, hinc Tabernæmontanus duas pingit icon. pag. 440. oxalidis ouinæ, & 441. oxalidis minimæ primæ nomine. Harum minor etiam in montibus Euganeis reperitur.

---

*IX.*

Oxalis aruenſis minima non lanceolata.

Oxalis minima 2. Tabern. pag. 151. lib. 2. ſect. 3. cap. 26. & icon. pag. 441.

Qui cenſuerit hanc referendam ad precedentem minorem, facilè aſſenſerimus.

---

*X.*

Acetoſa Cretica ſemine aculeato.

Hæc cauliculis eſt dodrantalibus, humi reclinatis in alios ramulos diuiſis, folijs paruis, oblongo pediculo dona-

donatis oxalidis veruecina forma, ſed auriculis carentibus: ramulis floſculi adhærent multi, exigui, quibus ſemen ſuccedit, tenuibus membranis aculeatis incluſum, cuius nomine cum tribuli terreſtris ſemine ſimilitudinis aliquid habet, minus tamen, nec ita pungens, cui pars longa incurua tenuis vt in Caltha additur. Iunio floruit & ſemen maturuit in horto Illuſtriſs. Ducis Vvirtenbergici, qui Montembelgardi colitur.

*XI.*

Herba Iohannis infantis Monardis, lib. 1. part. 1. cap. 9. pag. 23. & ex eo Lugdun. pag. 1906. lib. 18. cap. 134. ſine icone. At Caſtor Durantes pag. 226. iconem habet.

Hûc retulimus quia deſcribitur his verbis: Exigua eſt planta folijs oxalidis, aliquantum villoſis.

## *LAPATHVM.*

*I.*

LApathum hortenſe, quod ſecundum Dioſcoridi.

Rumex hortenſis vel ſecundus Trago pag. 314. lib. 1. cap. 104. ſine icone.

Hippolapathi ſylueſtris nomine pingit Matthiolus fol. Ital. pag. 477. lib. 2. cap. 106. & ex eo Lugdun. pag. 606.

Lapathum ſatiuum Lugdun. pag. 601. lib. 5. cap. 25.

*II.*

Lapathum hortenſe alterum, ſeu ſpinacia ſemine ſpinoſo.

Spinachia Brunfelſ. fol. pag. 101. tom. 3. Rhap. 36. ſine icone. Eidem in 4. pag. 284. lapathum.

Spinacia Lobel. obſeru. pag. 129. & icon. pag. 257.

*III.*

Spinachia ob ſemina dura & ſpinoſa coaceruata:

ἀτανάχια recentioribus Græcis à raritate, quod raro illa Medici vtantur. Alijs Seutlolapathum, hoc eſt, mediæ naturę inter Betam & Lapathum, alijs Seuthomalache.

Lapathum hortenſe alterum ſpinacia dictum, ſemine non ſpinoſo.

Olus Hiſpanicum & ſpinachia nobilis & prima Trago pag. 324. lib. 1. cap. 107. ſine icone.

*IV.*

Lapathum hortenſe alterum, ſeu ſpinacia ſterilis.

Olus Hiſpanicū ſeu ſpinachia tertia Trago pag. 324. lib. 1. cap. 107. ſine icone.

Spinachia fœmina Lugd. pag. 543. lib. 5. c. 9. ſine icone.

*V.*

Lapathum vnctuoſum.

Gut Henrich Brunfels. fol. pag. 260. tom. 1. Rhap. 50. & 4. pag. 139.

Tota bona ſiue bonus Henricus Lob. icon. pag. 256.

Tota bona ſpinaciæ facie Lobel. obſeru. pag. 129.

Cenſetur à quibuſdam Lapathi tertium genus apud Dioſcoridem: medium quid inter Rumicem & Atriplicem obtinet.

Aliquando folijs maximis inſtar Aaronis reperitur.

*VI.*

Lapathum folio ſubrotundo.

Lapathi tertia ſpecies vel lapathum ſylueſtre Dodo. fol. Gall. pag. 382. lib. 5. cap. 9. ſine icone.

Lapathum folio minus acuto Lobel. icon. pag. 285.

*VII.*

Lapathum folio acuto, quod oxylapathum Dioſcoridi & Plinio.

Lapatium acutum Trago pag. 314. lib. 1. cap. 104. ſine icone.

Lapathum acutum & oxylapathum Lobel. obſeru. pag.

pag. 150: & icon. pag. 284.

Folia huius ſæpè anguſtiſſima, oblonga & criſpa.

*IIX.*

Lapathum minimum.

Lapathum acutum minimum Lobel. icon. pag. 284.

*IX.*

Lapathum rubens.

Lapathi tertij altera ſpecies & Lapathum nigrũ Dodo. fol. Gall. pag. 383. lib. 5. cap. 9. ſine icone.

Lapathum ſanguineum, ſanguis Draconis Lob. obſeru. pag. 154. & icon. pag. 290.

*X.*

Lapathum ſylueſtre flore aureo.

Lapathum ſylueſtre quartum genus Dalechampio Lugd. pag. 603. lib. 5. cap. 25.

Hoc ad paluſtria circa Norinbergam collegit & trãſmiſit D. D. Doldius.

*XI.*

Lapathum aquaticum folio cubitali.

Hippolapathum & Rumex paluſtris Dodo. fol. Gall. pag. 383. lib. 5. cap. 9. ſine icone.

Hydrolapathum magnum Lob. icon. pag. 285. & obſeru. pag. 151.

*XII.*

Lapathum aquaticum minus.

Hydrolapathum minus Lobel. obſeru. pag. 151. & icon. pag. 286.

*XIII.*

Lapathum in aquis fluitans folijs crenatis.

Lapathi genus ſylueſtre Geſn. hort. pag. 263. b.

Oxylapathum aquaticum Dalechampio Lugd. pag. 603. lib. 5. cap. 25.

*XIV.*

Hippolapathum latifolium Rhabarbarum monachorum dictum.

Rhabarbarum monachorum Franciſcanorum Trago pag. 313. lib. 1. cap. 104.

Hippolapathum ſatiuum latifoliũ Lob. in fine operis, pagina namq; 152. acetoſæ figurâ irrepſit: & icon. 287.

Hippolapathum Dioſcoridi, Galeno & Plinio: & Rumex vrbana Theophraſto: hoc pro Rhabarbaro ſed dupla doſi vtimur: aliqui etiã pro Rhapontico ſubſtituunt.

---

*XV.*

Hippolapathum rotundifolium.

Lapathum rotundum aliquibus Rhabarbarũ Geſn. hort. appen. pag. 293.

Hippolapathum rotundifolium & PſeudoRha recẽtiorum Lobel. obſeru. pag. 152. & icon. pag. 287.

---

*RHA, & eius ſpecies.*

CVm vtriuſq; Hippolapathi radicis vſus ſit pro Rhabarbaro, verùm in duplâ tripláve doſi: ſubijciamus Rhabarbarum verum, cùm in multis cum prædictis cõueniat: ſic & Rhaponticum, quod ex lapathi generibus quibuſdam: tandem & Centaurium magnum, cui vulgo Rhapontici nomen impoſitum, & pro Rhapontico venditur, & cui aliqui Hippolapathi rotundifolij radicẽ ſubſtituunt. Rhabarbarum, volunt Dioſcoridi dictum, lib. 3. cap. 2. Ῥᾶ καὶ ῥῆον, Rha & Rheum, cuius tantùm radicem deſcribit. Romanis Rhaponticum appellatum, Arabibus Raued & Rhabarbarũ, cuius tria genera apud Meſuem 2. de medic. ſimpl. purg. cap. 5. Primum Indicũ quod optimum & Rauedſeni vocant: alterum Barbarum: tertium Turcicum, quod deterius, in quo genere Rhaponticum fuerit, quale illud eſt, quod officinę acerbum Rhabarbarum vocant, colore minus vario, minus croceo, minus odorato, minus denſum, ac facultate

minus

minus ſoluente: Verum videtur Dioſcorides ſuo Rha nō Rhabarbarum noſtrum, cuius Meſues meminit, ſed Rhaponticū, cuius iconē Lobelus ꝓponit, intelligere.

*I.*

Rhabarbarum.

Rhabarbarum noſtrum idem genere cum Dioſcoridis Rhapontico, tantùm loco differens, Cordo in Dioſcor. pag. 49. b. lib. 3. cap. 2.

Rhabarbarum Lobel. icon. pag. 289. qui tantùm radicem pingit. Sic Tabern. icon. pag. 908. pro tertio tantum radicem fibris diſſectis: at pag. 907. radicem cum fibris & folijs nomine Rhabarbari ſecundi proponit.

*II.*

Rhabarbarum à Matthiolo pictum fol. Ital. pag. 675. lib. 3. cap. 2. & à Tabern. icon. pag. 907. Rhabarbari primi nomine, an diuerſum ſit à ſuperiori, cogitent Lectores: meminit equidem Alpinus pag. 53. b. Rhabarbari, quod dicit folijs Rumicis latioribus, craſſioribus, lanugine albâ obſitis.

*III.*

Rha & Rheum Dioſcoridis.

Ponticum Rha antiquorum Aduerſ. pag. 118.

Rhaponticum antiquorum Lobel. icon. pag. 289.

*IV.*

Rhaponticum folio Helenij nicano.

Rha, Rhecoma & Rhacoma Plinij Dodon. fol. Gall. pag. 221. lib. 3. cap. 10.

Rha capitatum folio Enulæ centaurei maioris facie Lobel. obſer. pag. 153. & icon. pag. 288.

Hoc in Baldo collectum Doctor Paſchalis Gallus & Doctor Iacobus Zvvingerus, vnà cum alijs tranſmiſerunt. Tabernęmontanus & huius iconem proponit, addens neſcio quam alteram. Rhapontici iconem ex vetuſto

tuſto codice Lapatho ſatiuo multum ſimilem icon. pag. 909.

---

*V.*

Rhaponticum anguſtifolium nicanum.

Rhaponticum alterum anguſtiore folio Lob. obſer. pag. 153. & icon. pag. 288. anguſtifolium dicitur.

Ex Helueticis montibus radix allata, & in hortum Iohannis Heintzmanni Pharmacopæi noſtratis plantata, folia protulit, ac altero anno perijt, vbi id collegimus.

---

## *CENTAVRIVM MAIVS.*

Κενταύριον τὸ μέγα Dioſc. lib. 3. cap. 8. Centaurei maioris fit apud Plinium, lib. 2. cap. 15. mentio.

*I.*

Cētaurium maius folio in plures partes diuiſo, quod officinarum eſt Rhapontium.

Rhapontica quæ hodie Centaurea maior cenſetur Trago pag. 138. lib. 1. cap. 42. ſine icone. (712.

Centaurium maius Lob. obſer. pag. 409. & icon. pag.

---

*II.*

Centaurium maius folio non diſſecto.

Centaurium maius alterum Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 357. lib. 2. cap. 37. Lob. obſer. pag. 409. & icon. pag. 712.

Cum Rhapontico folio Helenij, quidam idem volūt, at illius folia ſubtus nicana & villoſa ſunt; huius verò intenſo ſunt virore, vt & Cluſius monet.

---

*III.*

Centaurium alpinum luteum.

Folijs eſt palmaribus & ſeſquipalmaribus, quatuor tranſuerſis digitis latis, glabris pallidè virentibus, laciniatis, quę in caule in decem, duodecim, pauciores, plures partes oblongas, anguſtas ita ſecantur vt peculiaria videantur eſſe folio. Caulis ſeſquicubitalis & bicubitalis,

lis,rotundus,ſtriatus,in ſummitate flores Cẽtaurio magno primo ſimiles,ſed maiores & luteos,ex calice enim ſquammoſo florum ſtamina plura prodeunt,ex quo ante meridiem ſpontè pellucidus dulcis Mannæ ſaporis liquor in guttis exſudat, imò capitulum cõpreſſum & ſuctum altero tamen die hoc humore non deſtituitur: floribus ſuccedunt ſemina Centaurij maioris ſeminibus ſimilia,aliquantum tamen minora.Radix ſatis profundè deſcendit, quæ recta eſt digiti craſſitudine, parum fibroſa,ſubadſtringens. Centaurij ſapore ferè prædita. In monte Baldo prouenit: id tamen & in horto Bembiano habetur. A' nemine deſcriptum nec pictum quod ſciamus: plantam & ſemina Doctor Doldius Norinbergâ miſit.

---

# SECTIO QVINTA.

## BETA: BLITVM: AMARANTHVS: ATRIPLEX: PARIETARIA: MERCVRIALIS: PHYLLON.

### *BETA, & eius ſpecies.*

BETAM Dioſcorides lib.2. cap.149. πεῦτλον nominat: dicitur & σεῦτλον ab impulſu, quòd facilè excreſcat. Beta verò quoniam figuram literæ β. dum ſemine turget, referre videatur.

Generum duorum nigram & candidam fecit Dioſcorides. Et Theophraſtus 7.hiſt.4.candidam ſapore nigrâ præſtantiorem, quam Siculam quidam appellarint, ſcribit:verùm 6.hiſtor.3.& ſylueſtris meminit in genere carduorum aculeatis folijs non conſtantem.Sic Plinius lib.19.ca.8.ex Theoph. Betæ à colore duo genera Græci faciunt, nigrum & candidius,quod præferunt appellantq; Siculum: noſtri (ſubiungit) Betæ genera faciunt

vernum & autumnale à temporibus ſatus. At lib. 20. ca. 8. candidæ nigræque vſum proponit, & ſyluestrem, quã Limonium vocant, addit, cuius Dioſcor. lib. 4. cap. 16. nomine λειμωνίᴕ meminit.

Quatuor præcipuas agnoſcimus differentias: prima vulgaris: quæ nigra dicitur, folio breuiore & viridiore: ſecunda, quæ alba candicantibus folijs, ijsq; multò longioribus & amplioribus: tertia, quę rubra colore rubro, radiceq; rubrâ & magnâ: quarta quæ lutea, radice buxeâ, caulibus buxeis, folijs virentibus.

*I.*

Beta nigra.

Beta agreſtis Trago pag. 708. lib. 2. cap. 54.

---

*II.*

Beta rubra vulgaris.

Beta rubra Trago pag. 708. lib. 2. cap. 54.

Beta rubra vulgatior Lobel. icon. pag. 248. & obſeru. pag. 124.

---

*III.*

Beta rubra radice craſsâ.

Beta rubra Matth. icon. 4. pag. 230. Lobel. obſer. pag. 124. & icon. pag. 248.

---

*IV.*

Beta alba.

Beta candida Trago pag. 708. lib. 2. cap. 54.

Beta alba Lobel. icon. pag. 247. & obſeru. pag. 124. Beta nigra dicitur.

---

*V.*

Beta lutea.

Beta flaua Geſn. hort. pag. 250.

Beta quarta radice buxeâ Cæſalp. pag. 159. lib. 4. cap. 22.

---

*VI.* Beta

*VI.*

Beta cretica ſemine aculeato.

Ex radice tereti, breui, plures prodeunt caules cubitales per terram ſparſi, rotundi, ſtriati, ad radicem hirſuti, caui, in ramulos effuſi: folijs paucioribus, betæ nigræ ſimilibus, ſed minoribus: floribus ex flauo vireſcentibus: ſeminibus ſtatim ad radicem multis, & hinc inde per caulem aſperis extuberantijs donatis, in tres aculeos abeuntibus, in latera recuruatis, vel, ſi mauis, ſiliquam appelles, in ſua enim cauitate granum vnum continet, ad formā ſeminis Adonidis, ſubrotundum, quod in apicem abit, duplici membranâ tectum, interiore ruſeſcente, quæ proximè medullam albam farinaceā cingit: exteriore minus ruffa, non proximè granum cingēte. Hanc florentem principio menſis Iulij, & Auguſti fine ſemine prægnantem, iamque aridam in horto Doct. Zvvingeri legimus.

---

*VII.*

Beta lato caule.

Beta πλατύκαυλος Dalechamp. Lugd. pag. 532. lib. 2. cap. 2.

---

*IIX.*

Beta ſylu. maritima.

Beta ſylueſtris ſpontanea marina Lobel. obſeru. pag. 125. ſine icone.

---

*IX.*

Beta aquatica Thalyo pag. 18. quid?

---

*BLITVM, & eius ſpecies.*

BΛίτον Dioſc. lib. 2. cap. 143. fortè ita dictū quaſi βλητὸν, id eſt abijciendum, propter inertiam & vilitatē, vel ab inſulſo fatuóve ſapore, Feſtus à βλὰξ deducit. Eſt autem nomen cuiuſdam piſcis omninò inutilis, & qui nulli animanti eſt eſui: licet & ſtolidū, ineptum & inſulſum ſignificet.

Quam

Quamuis Dioſcorides nullas proponat differentias, vt nec Plinius, qui eius lib. 20. cap. 22. meminit. Theophraſtus tamen 1. hiſtor. 9. plura eius eſſe genera dixit. Quare dicimus aliud maius eſſe, aliud minus. Maius rubrum & album: minus quoque album & rubrum: hoc verò vel caule tantùm, vel omnibus partibus rubet.

*I.*

Blitum album maius.

Blitum maius album vel primum Dod. fol. Gall. pag. 375. lib. 5. cap. 2. ſine icone. & Lobel. icon. pag. 249.

---

*II.*

Blitum album minus.

Bliti genus Fuchſ. fol. lat. pag. 173. cap. 62. & icon. pag. 97.

---

*III.*

Blitum rubrum maius.

Blitum maius rubrum vel 2. Dodo. fol. Gall. pag. 375. lib. 5. cap. 2.

Blitum rubrum Lobel. icon. pag. 249. & obſeru. pag. 125. Blitum.

---

*IV.*

Blitum minus penitùs rubrum.

Blitum nigrum vel 1. Trago pag. 713. lib. 2. cap. 56. ſine icone.

Blitum rubrum ſupinum Lobel. icon. pag. 250.

---

*V.*

Blitum polyſpermon: à ſeminis copiâ, quâ cauliculi onerantur.

Polyſporon Anguill. pag. 209. Iud. 12.

Polyſpermon Caſſiani Baſſi Anguillarę Lobel. icon. pag. 256. & obſer. pag. 129. Polyſporon, &c.

---

## *AMARANTHVS, & eius ſpecies.*

AΜάραντος dicitur quaſi immarceſſibilis, eò quòd huius flos non marceſcat, ſed decerptus aſſeruetur, & cùm cuncti flores defecêre, madefactus aquâ reuiuiſcat & hybernas coronas faciat, quâ de re Plinius lib.21.cap.8.Theophraſto lib.6.hiſtor.ca.6. φλὸξ (flammam Gaza vertit) dicitur; an tertium noſtrum intelligit?

*I.*

Amaranthus maximus ſiue criſtatus.

Blitum rubrum maius Matth.icon.4.pag. 210.

Amaranthus maior floribus panniculoſis ſpicatis purpureis Lobel.obſer.pag.126.icon.pag.251.

Ad Blitum aliqui referunt & an ſit Theophraſti lib.8. hiſt.cap.1. & 3.ἐρύσιμον vbi Gaza Trionum vertit, dubitant & Irionem Plinij ſtatuunt.

*II.*

Amaranthus ſimplici panniculâ.

Circæa Trago pag 579.lib.1.cap.199.

Amaranthus anguſtifolius ſimplici ſpicata panniculâ Lobel.obſ.pag.126 & icon.pag.251.

In hoc genere aliquando & criſtatus

*III.*

Amaranthus panniculâ ſparsâ: amaranthus Plinij.

Amaranthus Matth.icon.4.pag.710.

Amaranthus purpureus ſaturo coccineus Lobel. icon.pag.250.& obſer.pag.126.Amaranthus.

*IV.*

Amaranthus panniculâ incuruâ.

Amaranthus purpureus 2.Dodo. fol. Gall. pag.125. lib.2.cap.18.ſine icone.

Amaranthus holoſericeis, ſanguineis, reticulatis floribus, Lobel. obſeru. pag. 126. & icon. pag. 252.

---

*V.*

Amaranthus folio variegato, quod Blitum variegatum alijs.

Celoſia Trago pag. 917. lib. 2. cap. 141. ſine icone.

Amaranthus tricolor Lobel. icon. pag. 252.

Theombrotum Plinij quibuſdam, alijs Symphonia eiuſdem lib. 26. cap. 7. vbi & Gromphena nominatur: alij Corchoro cognatum faciunt.

Hoc coloris varietatem in folijs oſtendit, in altera hilariorem, in altera obſcuriorem, quare illam fœminam, hanc marem nominare ſolent.

---

## *ATRIPLEX, & eius ſpecies.*

Ἀτράφαξις παρὰ τὸ ἀθρόως αὐξεῖν, vtpote quæ octauo à ſatu die prodeat, vt habet Theophr. 7. hiſtor. 1. καὶ χρυσολάχανον, id eſt, olus aureum: à luteo quem fert, flore, Dioſcoridi lib. 2. cap. 145.

Genera duo proponit, ſylueſtre & ſatiuum: ſic & Plinius lib. & cap. 20. Diuidimus in hortenſem, ſylueſtrem & maritimum: Illæ in plures ſpecies diſtrahuntur: folio namque rubicundo, in luteum langueſcente & nigricante reperitur.

*I.*

Atriplex hortenſis alba.

Atriplex ſatiua in luteum langueſcens Trago pag. 710. lib. 2. cap. 55. ſine icone.

Atriplex ſatiua alba Lobel. icon. pag. 253.

---

*II.*

Atriplex hortenſis rubra.

Atriplex ſatiua folio rubicundo Trago pag. 710. lib. 2. cap. 55.

Atriplex

Atriplex ſatiua altera, folio & flore purpurea, liuens Lobel.icon.pag. 253.& obſer.pag. 127. Atriplex ſatiua

III.

Atriplex ſylueſtris folio ſinuato.

Atriplex ſylueſtris ſecunda Matth.icon. 4.pag.219.

Atriplex ſylueſtris ſinuata Lobel.icon.pag.254.

IV

Atriplex ſylueſtris altera.

Atriplex ſylueſtris prima Matth. fol.lat. pag. 341. lib. 2.cap.112.& icon.4.pag.218.

Hæc exilitate foliorum à priore, quæ amplioribus eſt, variat.

V.

Atriplex ſylueſtris minor.

Atriplex fimetaria minor Thalyo pag.8.

VI.

Atriplex ſylu. latifolia.

Blitum quartum Trago pag. 714. lib.2. cap. 56. ſine icone.

Solanum quartum Trago pag. 304.lib.1. cap. 101. ſine icone.

Atriplex ſylueſtris ſiue pes anſerinus latifolia laceris lacinijs Lobel icon. pag.254. & obſeru. pag. 128. Atriplex ſyl.latifolia.

Ad Cynocramben aliqui referunt (ſed Dioſcoridis lib.4.cap.192.non eſt) & hanc & duas ſequentes.

VII.

Atriplex ſylueſtris latifolia altera, acutiore & nigriore folio.

Blitum quintum Trago pag. 714. lib.2. cap. 56. ſine icone.

Chenopodium ſiue Pes anſerinus 2. Tabern. icon. pag. 428.

---

*IIX.*

Atriplex ſylueſtris lappulas habens.

Hæc atriplici ſylueſtri ſimilis, hirſuta folijs ſinuoſis, cuius caulibus circa foliorum pediculos & ramulos lappæ adhærent, in quibus ſemen paruum compreſſum nigrum continetur. Hęc multum accedit ad figuram Atriplicis ſyl. ſecundę Matthioli quā depingit, non autem deſcribit. Hanc Atriplicis ſyl. hiſpidæ, paruæ, rectæ nomine à Doctore Doldio accepimus: eandem Monſpelij, Auguſto menſe frater Ioh. Bauhinus collegit.

---

*IX.*

Atriplex maritima.

Atriplex marina Matth. icon. 4. pag. 221.

Atriplex marina repens Lobel. obſeru. pag. 128. & icon. pag. 255.

Eſt rubro & etiam herbaceo ſemine.

---

*X.*

Atriplex fœtida.

Atriplex canina ſeu bonus Henrichus Trago pa. 715. lib. 2. cap. 57. ſine icone.

Atriplex olida puſilla hircina & vuluaria parum olens Lobel. icon. pag. 255.

---

*XI.*

Atriplex halymi folio.

Atriplex halimoides Lobel. obſeru. pag. 130. ſine icone.

---

*XII.*

Atriplex anguſto centinodiæ folio.

Atriplex ſylueſtris altera Dodo. fol. Gall. pag. 374. lib. 5. cap. 1. ſine icone.

Atriplex

Atriplex ſylueſtris polygoni aut Helxines folijs Lob. obſer.pag.129.& icon.pag.257.

Folijs communiter eſt oblongis anguſtis non ſinuatis: reperitur tamen aliquando folijs ad principium duabus alis donatis.

### *PARIETARIA.*

Ἑλξίνη Dioſcoridi lib. 4. cap. 86. ab aſpero ſemine, quod tenaciter veſtibus adhæret: περδίκιον Galeno 6.ſimpl.quoniã perdices eâ præcipuè veſcantur. Plinio lib.22. cap.17. Helxine & Perdiciũ. Parietaria, quod in parietinis exeat, vnde muralis herba Celſo. lib. 2. c. 33.

*I.*

Parietaria officinarum & Dioſcoridis.

Helxine Brunfels.4.pag.147.

Helxine Parietaria, vitriola ſiue perdicium Lob.icon. pag.258.& obſeru.pag.130.Helxine ſiue parietaria.

*II.*

Parietaria minor.

Parietaria exigua vel prima Trago pag. 193. lib. 1. cap.63. ſine icone.

*III.*

Helxine ſylueſtris ſeu fluuialis & riualis maior & minor Thalyo pag.56. Quid eſt?

### *MERCVRIALIS.*

Λινόζωστις, οἱ δὲ παρθένιον, οἱ δὲ ἑρμοῦ βοτάνιον, Dioſcoridi lib.4. cap.191. Sic & Plinio lib. 25. cap. 5. Linozoſtis ſiue parthenium Mercurij inuentum, ideò Græcis hermu poa, apud nos Mercurialis, Theophraſti 9.hiſto. 19. φύλλον cenſetur.

Genera: proponit Dioſcorides fœminam & marem, tamen ſubiungit Linozoſtidem ſylueſtrem marem, quã κυνίαν ἢ κυνοκράμβην vocat. Theophraſtus l.c. fœminificam

cam herbam habet & marificam: Sic Plinio maſculus & fœmina.

*I.*

Mercurialis teſticulata.

Mercurialis: ſexta ſpecies parthenij Brunfels. fol. pag. 261. tom. 1. Rhap. 50. ſine icone.

Linozoſtis, mercurialis mas Lobel. icon. pag. 259. & obſeru. pag. 131. Mercurialis mas.

Hæc Linozoſtis mas eſt Dioſcoridi, Mercurialis maſculus Plinio: quibuſdam & Phyllon arrhenogonon Theophraſti.

---

*II.*

Mercurialis ſpicata.

Mercurialis vulgaris & 1. Trago pag. 189. lib. 1. cap. 62. qui vnâ icone vtrumq; exprimit.

Mercurialis fœmina Lobel. obſeru. pag. 131. & icon. pag. 259.

Eſt Linozoſtis fœmina, Dioſcoridi: Mercurialis fœmina, Plinij: quibuſdã Phyllon theligonon Theophraſti.

---

*III.*

Mercurialis ſylueſtris teſticulata.

Mercurialis ſylueſtris Trago pag. 191. lib. 1. cap. 62.

Cynocrambe. Mercurialis ſylueſtris & canina Boruſſica Lob. icon. pag. 260. & obſer. pag. 132. Cynocrãbe.

---

*IV.*

Mercurialis ſylueſtris ſpicata.

Mercurialis fœmina ſylueſtris: Cordo in hiſtor. pag. 111. b. lib. 1. cap. 81. ſine icone.

Lobelius ſuâ figurâ vtramq; exprimit.

---

*PHYLLON.*

HOc videtur potiùs Theophraſti 9. hiſto. 19. φύλλον ἀρρενογόνον & θηλυγόνον eſſe, cuius & Dioſcorides lib. 3. cap. 140. meminit & diſtinxit, cui & ἐλαιόφυλλον ad differentiam

ferentiam Mercurialis, quæ etiam Phyllon dicitur: verùm is ἀῤῥενογόνον Theophr. θηλυγόνον vocat, & contrà.

*I.*

Phyllon teſticulatum.

Phyllum Arrhenogonon Aduerſ. pag. 99. & Lobel. icon. pag. 258.

Phyllum mariſicum Cluſ. hiſt. Hiſpa. pag. 398. lib. 2. cap. 56. cuius figura melior.

---

*II.*

Phyllon ſpicatum.

Phyllon thelygonon Aduerſ. pag. 99. & Lobel. icon. pag. 258.

Phyllum fœminificum Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 399. lib. 2. cap. 56. cuius figura etiam præferenda.

---

# SECTIO SEXTA.

## LACTVCA: SONCHVS: LAMPSANA: ENDIVIA: CICHORIVM: HIERACIVM: PVLMONARIA: CHONDRYLLA: SENECIO: Iacobea.

### *LACTVCA, & eius ſpecies.*

LACTVCA quòd copiâ lactis exuperet & lac augeat, θρίδαξ Dioſcoridi lib. 2. ca. 165. quam ſatiuam & ſyluestrem facit: & Theophraſtus 7. hiſtor. 3. ac ſequenti capite, plura eius genera eſſe ſcribit, candidam, cui tria genera addant, laticaulem, rotundicaulem & laconicum: de ſyluestri potiſſimùm 7. hiſtor. 6. agit. Sic Plinius libro 19. cap. 8. ſecutus Theophraſtum, Lactucæ, inquit, Græci tria fecêre genera: vnum lati caulis: alterum rotundi caulis: tertium ſeſſile, quod Laconicon vocant. Alij colore & tempore ſatus genera diſcreuêre: eſſe nigras, quarum ſemen menſe Ianuario ſeritur: albas, quarum Martio: rubentes, quarum Aprili.

Aprili. Diligentiores plura genera faciunt, purpureas, criſpas, Cappadocias, Grçcas, &c. Diuidimus in ſatiuam & ſylueſtrem. Satiuam verò in criſpam, rotundam, capitatam, Romanam, Cypriam: folio enim alia eſt latiore, alia longiore, alia criſpo, alia plano, alia ſinuato, alia colore rubro, alia purpureis maculis aſperſo, alia obſcurius virente. Sic & Capitata colore differt. alia enim alba, alia rubra, ac ſi vinũ folijs eſſet aſperſum, alia nigra: hisq; duobus poſterioribus ſemina ſunt nigra, alijs verò candida.

*I.*

Lactuca ſatiua.

Lactuca floreſcens Matth. icon. 4. pag. 273.

Lactuca ſatiua folio Scariolæ Lobel. obſer. pag. 121. & icon. pag. 241.

*II.*

Lactuca folijs Endiuiæ.

Lactuca ſecunda Trago pag. 258. lib. 1. cap. 86. ſine icone.

Lactuca intybacea Tabern. icon. pag. 423.

*III.*

Lactuca maculoſa.

Lactuca quinta Dodon. fol. Gal. pag. 395. lib. 5. cap. 18. ſine icone.

Lactuca rubra Cæſalp. pag. 514. lib. 13. cap. 19.

*IV.*

Lactuca folio obſcurius virente.

Lactuca nigra Cæſalp. pag. 514. lib. 13. cap. 19.

Huius folia ſimul ligata albeſcunt.

*V.*

Lactuca longifolia.

Hanc à fratre Ioh. Bauhino primò accepimus, quam poſtmodum in horto Illuſtriſſ. Principis Montempelgardi legimus. Ipſius hæc ſunt verba: Lactuca longo folio

lio anguſto, ſimilis eſt alijs lactucis caulibus, radicibus & floribus, ſed folijs differt, quæ palmam longitudine excedunt vix vnciam digiti lata, quę in acumen deſinũt. Eam primùm obſeruauit in hortis quibuſdam inter Befordiam & Girardmengnin, vnde Montembelgardum in hortum tranſtulit. Caſtor Durantes pag. 244. quandã pingit Lactucam, valdè huic ſimilem, quam Lactucam Gallicam nominat, non tamen eandem aſſerimus.

*VI.*

Lactuca capitata.

Lactuca ſatiua maior, quæ in caput coit Trago pag. 258. lib. 1. cap. 86. ſine icone.

Lactuca ſatiua ſeſſilis ſiue capitata Lob. icon. pa. 242.

Lactuca capitata criſpis braſſicæ folijs Lobel. obſer. pag. 121.

*VII.*

Lactuca criſpa.

Lactuca criſpa & 3. Trago pag. 259. lib. 1. cap. 86.

Lactuca criſpa non capitata Lobel. icon. pag. 242.

Latioribus & paulò anguſtioribus folijs variat, quare duas icones proponit Tabernæmontanus, icon. pag. 422. & 423.

*IIX.*

Lactuca criſpa altera.

Lactuca intybacea criſpa Tabern. pag. 132. lib. 2. ſect. 3. cap. 13. & icon. pag. 424.

*IX.*

Lactuca montana purpuro cærulea maior.

Lactuca ſylueſtris purpureo flore. Geſn. hort. pag. 263. b.

Figuram adpoſuit Geſnerus ad caput 61. lib. 2. apud Cordum, quæ elegantiſſima eſt.

Huius generis eſt Sõchus 2. Cluſij hiſt. Pan. pag. 652.

Cc cap. 3.

cap. 3. lib. 4. quem cubitalē dicit, noſtra verò Lactuca ad tres & etiā quatuor cubitos exſurgit: quare hæc Cluſij, Lactuca montana purpuro cærulea minor dici poterit.

*X.*

Lactucæ ſylueſtris ſpecies folio oblongo, ſubdulci, anguloſo, floribus luteis. Geſn. hort. pag. 263. b.

*XI.*

Lactuca ſylueſtris coſtâ ſpinoſâ.

Endiuia Brunfels. fol. pag. 38. tom. 3. Rhap. 10. & 4. pag. 187.

Seris domeſtica, lactucina Dioſcor. officinarum Endiuia Lobel. icon. pag. 234.

Hæc eſt Lactuca ſylueſtris Dioſcoridis, Theophraſti & Plinij: Thridacine Galeno.

*XII.*

Lactuca ſylueſtris odore viroſo.

Endiuia maior & prima Trago pag. 268. lib. 1. ca. 89.

Lactuca agreſtis Aduerſ. pag. 89. Lob. icon. pag. 241.

Θηρίδιον Theophraſti 7. hiſt. 11. & Plinij lib. 22. cap. 22. cenſetur.

*XIII.*

Lactuca ſylueſtris pumila, ex Monardo habet Lugd. pag. 1919. lib. 18. cap. 151. ſine icone.

*XIV.*

Lactucella ſylueſtris repens, ambigens inter Hieracium & ſylueſtrem Lactucam Camer. hort. pag. 82.

*XV.*

Lactucifolia venalis.

Herba ad renum morbos vtilis, folijs lactucę primùm enatæ, ſimiliterque viridibus, inſipida & frigida: ex Monardi habet Lugd. pag. 1919. lib. 18. ca. 150. ſine icone.

*SON-*

## SONCHVS, eiusq; ſpecies.

Σόγχ☉ Dioſcoridi lib.2.cap. 159. & Theophraſto 5.hiſt.4. ἀπὸ τȣ̃ ζωλω χέειν, quòd ſalubrē fundat ſuccum, qui roſiones ſtomachi lenit, & nutricibus lac auget. Latinis Sonchus, Cicerbita, Lactucella, Lacteron, quod caulis diſſectus copioſo defluat lacte.

Genera duo Dioſcoridi, alter ſylueſtrior magisq; ſpinis horrens: alter qui teneritate quâdam molleſcit. Theophraſtus 5.hiſt.4. ſpinoſi meminit. Plinius lib. & cap.22. Sonchum habet album & nigrum, lactucæ ſimiles ambos, niſi ſpinoſi eſſent.

*I.*

Sonchus aſper vel ſpinoſus primus.

Intybus ſylueſtris ſeu erratica acutis folijs Trago pag. 270.lib.1.cap.90.ſine icone.

Sonchus tenerior aculeis aſperior aut horridiuſcula Lobel.obſeru.pag.118.

Sonchus læuis, tenerior Lobel.icon.pag.235.

Hic videtur Sonchus ſylueſtris Dioſcoridis eſſe.

---

*II.*

Sonchus aſper vel ſpinoſus alter.

Sonchus aſpera Fuchſij fol.pag.674. cap.26.

Sonchus lęuis tenerior latifolia Lob.obſer.pag.118.

Sonchus aſpera vulgi, flore Hieracij, folijs dentis leonis, aliâs dipſaci & lactucæ Lobel.icon.pag. 234.

Sonchus alter eſt Dioſcoridis: quibuſdam Andryala Theophraſti 7.hiſt.7.

---

*III.*

Sonchus aſper laciniosſus.

Sonchus aſpera Matth. fol. lat. pag. 359. lib. 2. cap. 134. in icon. 4. pag. 252. tranſpoſita figura. ibi enim ſonchus læuis dicitur.

---

*IV.*

Sonchus læuis laciniofus primus.

Intybus ſylueſtris ſeu erratica altera Trago pag. 270. lib. 1. cap. 90. ſine icone.

Sonchus læuis vulgaris folijs laciniofis dentis leonis Lobel. obſer. pag. 119. & icon. pag. 235.

Hîc communiter flore eſt luteo, aliquandò & niueo reperitur, quare apud Tabernæm. duæ icones flore luteo & flore niueo icon. pag. 190. & 191. & quid figura ſonchi læuis latifolij apud eundem à prædictis differat, Lectores conſiderent.

---

*V.*

Sonchus læuis alter vel lactuca murorum lutea.

Lactuca ſylueſtris luteo flore Geſn. hort. pag. 263. b.

Sonchus alter folio profundis lacinijs ſinuato hederaceo, Lob. obſer. pag. 119. & icon. pag. 236.

---

*VI.*

Sonchus læuis anguſtifolius.

Sonchus læuis Matthioli Lobel. icon. pag. 236.

---

*VII.*

Sonchus luteus calyculo hirſuto.

Sonchus tertius, vel ſonchus læuis altiſſimus Cluſ. hiſt. Pann. pag. 653. lib. 4. cap. 3.

---

*IIX.*

Sonchus Alpinus cæruleus.

Sonchus læuis flore cæruleo & primus Cluſ. hiſt. Pan. pag. 651. lib. 4. cap. 3.

---

*IX.*

Sonchus arboreſcens Tabern. icon. pag. 192.

---

*X.*

Sonchus arboreſcens querno folio.

Son-

Sonchus dendroides Dalechampij Lugd. pag. 574. lib. 5. cap. 16.

Multum cum lactuca murorum conuenit.

*XI.*

Sonchus villoſus luteus.

Sonchus lanatus Lugd. pag. 1116. lib. 10. cap. 10.

## *LAMPSANA.*

Λαμψάνης meminit Dioſcorides lib. 2. ca. 142. & ſylueſtre olus eſſe dicit, ſed an hanc intelligat, cogitandum.

*I.*

Lampſana.

Lampſana quibuſdam Napium Dod. fol. Gall. pag. 385. lib. 5. cap. 10.

Lampſana Lobel. obſeru. pag. 104. & icon. pag. 207.

Variat folijs, aliquandò prorsùs integris, aliquandò in lacinias aliquot diſſectis.

*II.*

Lampſana ſyluatica.

Sonchus ſyluaticus ſecundus Tabern. fol. pag. 617. lib. 1. ſect. 5. cap. 29. & icon. pag. 293.

## *INTYBVS SIVE ENDIVIA, CICHOREVMVE, eiusq́ue ſpecies.*

SOncho ſubiungit Dioſcorides lib. 2. cap. 160. Σέρειν, cuius verba ſic interpretamur: Seris duûm generũ, quarum ſylueſtris picris & cichorium vocatur: quæ verò ex hoc latioribus eſt folijs, ſtomacho commodior eſt hortenſi. Et huius etiam duæ ſpecies ſunt, quarum hæc lactucæ ſimilior & latifolia: altera verò anguſtiore eſt folio & amaro. Intubi meminit Theges inter olera

numerando 7.hiſtor. 7. & vniuerſa genera intuborum amara dixit 2. de cauſis plant. 7. Cichoreæ quoq; mentio 7.hiſt.9. vt & Intubi erratici 1. hiſtor. 16. Plinius lib. 20.cap. 8. Intubum habet & erraticum ambugiam appellaſſe:in Aegypto Cichorium vocare, quod ſylueſtre ſit. Satiuum autem Serin quod minus ſit & venoſius. Et ſylueſtre genus alios hedypnoida vocare, latioris folij. Serin & ipſam lactucæ ſimilimam duûm generum eſſe:ſylueſtrem meliorem. Nigram iſtam & æſtiuam: deteriorem hybernam & candidiorem.

*I.*

Endiuia vulgaris latifolia.

Intybum ſatiuum latifolium Fuchſ. fol. pag. 677. cap.262.

Seris ſiue intybum ſatiuum latifolium. Endiuia & Scariola Lobel.icon.pag.233.

Hæc ſeris domeſtica latifolia eſt Dioſcoridi: Intubum & Seris hyberna Plinio: apud Theophraſtum 7. hiſt.7.& 11. ὑποχοιρὶς cenſetur, quam vocem Gaza Porcelliam reddidit: meminit Hypochœris & Plinius li. 21. cap.15.

Floribus eſt cæruleis, rarò candidis.

---

*II.*

Endiuia criſpa.

Intubus criſpa Matth.fol.lat.pag.360.lib. 2.cap.125. & icon.4.pag.256.

---

*III.*

Endiuia anguſtifolia.

Intubus minor Matth.fol.lat.pag.360.lib.2.cap.125. & icon.4.pag.255.

Floribus eſt cęruleis, aliquandò albis, cuius cauſa Tabern.icon.pag.174.duas habet figuras.

---

*IV.* Ci-

*IV.*

Cichorium ſatiuum.

Cichorea ſatiua Trago pag. 273. lib. 1. cap. 91.

Cichorium ſatiuum cæruleum Lobel. icon. pag. 229. & obſer. pag. 114. Seris ſatiua.

Variat & hoc flore albo & cæruleo, quare huius tres Icones apud Tabern. pag. 171. & 172.

*V.*

Cichorium officinarum: πίκρις Dioſcoridi, ob inſignem amaritudinem.

Solſequium Brunfelſ. fol. pag. 94. tom. 3. rhapſ. 33. & Cichorea in 4. pag. 138.

Seris picris, ſylueſtre cichorium Lob. icon. pa. 228. & obſ. pag. 114. Seris ſylueſtris. Hæc Dioſcoridi Seris picris: Cichorea Theophraſto: Intubum erraticū Plinio.

Colore floris variat: eſt cæruleo, altera candido, tertia roſeo: aliquando etiam ipſius caulis latitudo quatuor digitorū eſt, vt teſtatur Dalech. in herbario Lugd. cap. de Betæ: quod etiam in Beta, & hic, Anchuſa & Lactuca obſeruauimus.

*VI.*

Cichorium ſpinoſum hoc anno in horto ſuo Doctor Zvvingerus ſeminauit, ſi excreuerit, ipſius deſcriptionē in altera parte noſtri Phytopinacis dabimus.

*VII.*

Cichorium luteum pratenſe hirſutum. (ſine icone.

Cichorea lutea vel tertia Trago pag. 277. lib. 1. ca. 91.

Cichoreum luteum Tabern. icon. pag. 172.

Variat, aliud folijs integris, aliud diuiſis: illius ratione foliorū quatuor ſpecies, quâ de re Thalyus in ſuâ Harcynia Saxonothuringica pag. 62.

*IIX.*

Cichoreū luteū mōtanū anguſtifoliū hirſutię aſperū.

Intu-

Intubum luteum tertium Fuchſius fecit, Scariolam tertiam Cortuſus.

Hieracium intybaceum aſperum Tabern. icon. pag. 184.

Hieracium 9. Tabern. fol. pag. 609. & 612. lib. 1. ſect. 5. cap. 28.

---

*IX.*

Cichorium luteum alterum, vel Hieracium minus glabrum.

Hedypnois. Dodo. fol. Gall. pag. 387. lib. 5. cap. 12.

Hedypnois Plinij & Aphaca Theophraſti Lobel. obſer. pag. 115. & icon. pag. 229.

---

*X.*

Intybi lutei octo ſpecies proponuntur à Thalyo pag. 63. 64. 65. & 66.

---

*XI.*

Intybus ἀφυλλόκαυλος maior & minor Thalyo pa. 66.

---

*XII.*

Intybus vliginibus familiaris Thalyo pag. 67.

---

*XIII.*

Dens leonis latiore folio.

Dens leonis Brunfelſ. fol. pag. 70. tom. 3. rhapſ. 23. & 4. pag. 139.

Dens leonis vulgi ſiue vrinaria Lobel. icon. pag. 117.

Hæc nobis videtur ἀφάκη, Aphaca ex olerum genere apud Theophraſtum 7. hiſt. 7010. cuius & Plinius lib. 21. cap. 15. & 17. Aphace nomine meminit: verum eſt & Hedypnoida (quod in cibo ſumpta iucundiorem animam & ſuauiorem faciat) apud Plinium lib. 20. cap. 8. huic conueniens. Sunt qui condrillam Galeni cenſeāt: alij ad Hieracium referunt.

Habetur maior & media quæ vulgatior.

---

*XIIII.* Dens

*XIV.*

Dens leonis anguſtiore folio.

Aphaca anguſtiori folio Cæſalp. pa.508.lib.13.ca.3.

*XV.*

Dens leonis Monſpelianus.

Cichorium Conſtantinopolitanum Matth. icon.4. pag.261.

Chondrilla altera Dioſcoridis, Monſpeliẽſium dens leonis, aſphodeli ſeu leucacanthæ bulbulis Lob. icon. pag.232.& obſer.pag.117.Monſpelienſiũ Dens leonis.

*XVI.*

Denti leoni ſimilis.

Trinciatella Camer.hort.pag.173.

*HIERACIVM, eiusq; ſpecies.*

Ἱεράκιον Dioſcoridi lib. 3. cap.72. accipitrina ab accipitre, qui ἱέραξ nomen habet, quoniam accipitres ſcalpendo eam ſuccoque oculos tingendo obſcuritatem cùm ſensêre diſcutiant, inquit Plinius lib. 20.ca.7. vbi inter Lactucam ſyluaticam refert & cum ea confundit.Dicitur & σογχίτης. Magni & parui meminit Dioſcorides:at recentiores multas agnouerunt differentias.

*I.*

Hieracium maius primum.

Hieracium maius Fuchſ.fol.pag.319.cap.119. Lob. obſer.pag.119.&icon.pag.237.

*II.*

Hieracium latifolium hirſutum maculatum.

Hieracium primum Cluſ.hiſt.Pann. pag. 641.lib.4. cap.2.

Folio interdum eſt laciniato,interdum ſolùm ſinuoſo:aliquandò maculato,aliquandò non.

*III.*

Hieracium latifolium folijs mollibus & dentatis.

Hieracium maius latifolium vel ſecundum Cluſ. hiſt. Pann. pag. 642. lib. 4. cap. 2. ſine icone.

Hui9 & altera ſpecies reperit̃, ſed anguſtiorib9 folijs.

*IV.*

Hieracium anguſtifolium caule aſpero.

Hieracium maius anguſtifoliū vel 3. Cluſ. hiſt. Pann. pag. 642. lib. 4. cap. 2. ſine icone.

Huius & altera eſt ſpecies anguſtioribus & longioribus folijs.

*V.*

Hieracium montanum hirſutie nicanum.

Hieracium alpinum hirſuto folio, vel 5. Cluſ. hiſt. Pann. pag. 644. lib. 4. cap. 2.

*VI.*

Hieracium conyzæfolio caule purpuraſcente.

Hieracium Britannicum, vel 4. Cluſ. hiſt. Pann. pag. 643. lib. 4. cap. 2. ſine icone.

An hieracium montanum maius latifolium Tabern. fol. pag. 610. lib. 1. ſect. 5. cap. 28. & icon. pag. 186?

*VII.*

Hieracium latifolium glabrum.

Hieracium montanum latifolium minus Tabern. pa. 610. lib. 1. ſect. 5. cap. 280. icon. pag. 186.

*IIX.*

Hieracium dentis leonis folio, radice oblongâ.

Hieracium minus primum Dodo. fol. Gall. pag. 390. lib. 5. cap. 14.

Hieracium longiùs radicatum Lobel. obſer. pag. 120. & icon. pag. 238.

An Apargia Theophraſti 7. hiſt. 9.

*IX.* Hic-

*IX.*

Hieracium dentis leonis folio alterum vnicaule.

Hieracium ſextum Tabern. fol.pag. 608.lib.1.ſect.5. cap.28.

Hieracium intybaceum Tabern.icon.pag.183.

---

*X.*

Hieracium Intubacium flore magno albido.

Hieracij Aphacoidis nomine duas ſpecies à Doctore Doldio accepimus:alterum flore magno eleganti,albido,medio luteo, foris ſubrutilante, vt in Pyrethro obſeruatur,alterum flore luteo ſed minore, cuius inferiora folia lata ſunt:& vtraque folijs eſt Intybaceis.

---

*XI.*

Hieracium dentis leonis folio minus.

Hypochœris.Porcellia Tabern.icon.pag.179.

Hypochœris eidem fol. pag.604.lib.1.ſect.5.cap.26.

Theophraſtus 7.hiſt.7.& 11. meminit Porcelliæ vt Gaza vertit & vocauit ὑποχοιρὶν.

---

*XII.*

Hieracium folijs cichoraceis flore magno.

Hieracium folijs & floribus dentis leonis bulboſi Lobel.icon.pag.238.

---

*XIII.*

Hieracium laciniato lanuginoſo folio.

Hieracium montanũ laciniato folio, vel 7. Cluſ.hiſt. Pann.pag.648.lib.4.cap.2.

Cum præcedenti valdè conuenit.

---

*XIV.*

Hieracium Chondrillæ folio maius.

Hieracium folijs & facie Chondrillæ Lobel. icon. pag.239.

Hieracium vndecimum Tabern. fol. pag. 612. lib. 1. ſect. 5. cap. 28. ſine icone.

*XV.*

Hieracium condrillæ folio minus.

Hieracium S. Tabern. fol. pag. 608. & 609. lib. 1. ſect. 5. cap. 28.

Hieracium Aphacoides eidem icon. pag. 182.

*XVI.*

Hieracium minus.

Morſus diaboli 3. Trago pag. 245. lib. 1. cap. 81. At figura ponitur pag. 265. cap. 88. ſub Lagopo.

Hieracium minus præmorsâ radice Lobel. obſeru. pag. 120. & icon. pag. 237.

Aliquandò folijs reperitur profundiùs inciſis, quare apud Tabern. duæ figuræ, in Iconibus pag. 181. hoc hieracium nigrum: illud 182. Hieracium minus dicitur.

Apud Theophraſtum 7. hiſt. 11. πικρὶς, Gaza Amaraginem vertit, cenſetur.

*XVII.*

Hieracium minus alterum capitulo inclinato.

Hieracium facie Aedypnois Lob. icon. pag. 219.

*XIIX.*

Hieracium anguſtifolium fruticoſum.

Hieracium Sabaudum Lob. obſeru. pag. 120. & icon. pag. 240.

Hoc Patauij latioribus & hirſutioribus folijs & caule reperitur, quod Dn. Guilandinus Erinum Matthioli eſſe aſſerebat, & apud Galenum, Militarem: apud Plinium Lactaridem dici.

*XIX.*

Hieracium ſiliquâ falcatâ.

Hiera-

Hieracium Narbonenſe falcata ſiliqua, calendulæ ſemen & pedem alaudæ exprimente Lobel. obſeru. pag. 120.& icon pag. 240.

Hoc non ſolùm circa Monſpelium in Gallia Narbonenſi prouenit, ſed etiam in agro Patauino prope Arqua, vbi Petrarcha ſepultus, quo loci copioſiſſimè quoque Ariſtolochiam rotundam veram vidimus.

---

*XX.*

Hieracium folio oblongo non diſſecto.

Hieracium montanum vel ſextum Cluſ. hiſt. Pan. pag. 645. lib. 4. cap. 2.

Hoc Geneuâ miſit vnà cum alijs Ioh. Henricus Cherletus Philoſophiæ Doctor & Profeſſor Nemauſi.

Huius & altera ſpecies folijs nonnihil laciniatis, minusq; nicanis.

---

*XXI.*

Hieracium minimum latifolium.

Hieracium minimum, vel octauum Cluſ. hiſt. Pann. pag. 649. lib. 4. cap. 2.

Hoc Heidelbergâ ad nos miſit Doctor Philippus Theodorus.

---

*XXII.*

Hieracium minimum anguſtifolium.

Hyoſeris altera Taber. fol. pag. 606. lib. 1. ſect. 5. c. 27.

Hyoſeris anguſtifolia icon. pag. 180.

---

Subijciamus Pulmonariam Gallicam, cùm plurimùm Hieracio ſecundo propoſito, conueniat.

*I.*

Pulmonaria Gallorũ folio piloſiſſimo Hieracij flore.

Auricula muris maior Trago pag. 276. lib. 1. cap. 92.

Pulmonaria Gallorum flore hieracij Lobel. obſeru. pag. 317. & icon. pag. 587.

Quibuſdam Scopa regia Plinij, & eiuſdem ſiderites

 latiſſi-

latiſſimo folio. alijs Theophraſti 7.hiſto. 7. κόρχορος, & Plinij lib.21.cap.15. Corchorus.

---

*II.*

Pulmonaria Gallorum latifolia laciniata.

Pulmonaria Gallica fœmina Tabern. fol. pag. 622. lib.1.ſect.5.cap.30.& icon.pag.195.

---

*III.*

Pulmonaria Gallorum oblongo anguſtoq; folio.

Pulmonaria Gallica tenuifolia Tabern.fol. pag.623. lib.1.ſect.5.cap.30.& icon.pag.195.

---

*CHONDRYLLA, & eius ſpecies.*

Χονδρίλλη & κιχώριον Dioſcoridi lib. 2. cap. 161. dicitur: & propter formam, quibuſdam Seridis agreſtis ſpecies.

Genera duo Dioſcorides proponit. Plinius vnius meminit, lib. & cap. 22.

An fortè apud Theophraſtum 7. hiſt.9. & 11. ἀπάτη, quę vox, Fraus, à Theodoro verſa.

*I.*

Chōdrilla iūcea viſcoſa aruenſis: prima Dioſcoridis.

Cichorea procera vel quinta Trago pag. 272. lib.1. cap.91. ſine icone.

Chondrilla viminea viſcoſa vinearum Lobel. icon. pag. 233.

---

*II.*

Chondrilla cærulea.

Chondrilla Dod.fol.Gall.pag.391.lib.5.cap.16.

Chondrilla cærulea Belgarum Lobel.icon.pag. 230. & obſer.pag.115. Chondrilla cærulea, Cichorij ſyl.laciniosis folijs.

Flore eſt cæruleo, rariùs albo: huic duæ icones apud Taber.icon.pag. 176.chōdrillę cæruleę & albę nomine.

---

*III.*

Chondrilla cærulea latifolia.

Chondrilla altera Matth. fol. lat. pag. 364. lib. 2. cap. 126. icon. 4. pag. 265.

*IV.*

Chondrilla purpuraſcente flore.

Chondrilla rara purpurāte flore, ſemine nitido deciduo Lobel. icon. pag. 231. & obſer. pag. 116. an Chondrilla altera Matthioli.

Diuerſa eſt à priore, quia hæc multò tenuiore eſt folio minorq́; : illa Italica : hæc Narbonenſis.

*V.*

Chondrilla purpureo flore Camer. hort. pag. 40.

*VI.*

Chondrilla hirſuta rubente flore.

Hanc apud fratrem Io. Bauhinum vidimus, cuius hęc eſt deſcriptio : Caulibus eſt multis dodrantalibus folijs Hieracio monoclono ſimilibus, capitulis hirſutis: floribus rubentibus ad cęruleum accedentibus, quibus ſuccedit ſemen longum, tenue, papposum: radice eſt vnica fibroſa. Iulio floruit : annua eſſe videtur. Hanc aliqui Chondrillam raram flore rubente vocant: an hæc ſit ea quā Chondrillam totam hirſutam Camer. hort. pag. 41. nominat, cùm nullæ additæ ſint notæ?

Huius & altera eſt ſpecies, duplo ferè maior, caule ramoſo, folio latiore, flore eodem.

*VII.*

Chondrilla prior Matth. fol. lat. pag. 364. lib. 2. cap. 126. & icon. 4. pag. 264.

*IIX.*

Chondrilla verrucaria.

Zacintha Matth. icon. 4. pag. 260. (c. 125.

Cichorium verrucariū Matth. fol. lat. pag. 362. lib. 2.

*IX.* Chon-

*IX.*

Chondrilla verrucaria altera.

Chondrilla prior Dioſcor. Verrucaria condrilla Lob. icon. pag. 23. & obſer. pag. 116. Verrucaria Chondrilla.

Chondrilla prior Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 418. lib. 2. ca. 65.

Sunt qui idem cum priori velint, alij negant.

---

*X.*

Chondrilla bulboſa marina.

Chondrilla puſilla marina lutea bulboſa Aduerſ. pag. 83. & Lobel. icon. pag. 230.

Cichorium bulboſum Dalech. Lugd. pag. 1392. lib. 12. cap. 28. Huius figura melius correſpondet plantæ Monſpelij collectæ.

Quidam πεϱδίκιον apud Theophraſtum 1. hiſt. 11. ſuſpicantur.

---

*XI.*

Cichorium ſtrumoſum Myconi Lugd. pag. 560. lib. 5. cap. 14.

Multum ſimilitudinis habet cum prædicta, ſed folia dicit minimè per ambitum ſerrata: radix globoſa, interdum candida, quandoq; ex candido in purpureum vergens. Hoc videtur Caſtor Durantes pag. 225. Hæmorrhoidalis nomine velle exprimere.

---

*XII.*

Chondrilla bulboſa anguſtifolia maior.

Chondryllę alterius Dioſcoridis genus Rauvvolff. in itiner. num. 117.

Chondryllæ aliud genus Dioſcoridis Lugdun. in append. pag. 27. ex Rauvvolffio.

Hæc folijs latioribus, craſſioribus & cinereis à ſequenti differt.

---

*XIII.*

Chondrilla bulboſa anguſtifolia minor.

Chon-

Chondryllę Dioſcoridis alterum genus Rauvvolſſio in ſuo itiner.num. 117.ex quo deſcripſit Lugdun. in append.pag.27.

---

*XIV.*

Chondrilla Seſamoides dicta cærulea.

Seſamoides paruum Matth. icon. 4. pag. 860. & lat. fol.pag.754.lib.4. cap. 148.

Seſamoides parua Dioſcoridis, Aduerſ. pag. 237. & Lobel.icon. pag. 549.

Alijs Chondrillæ, alijs Seſamoidis, alijs Catananæ ſpecies.

---

*XV.*

Chondrilla Seſamoides dicta cærulea altera.

Seſamoides paruum flore magis completo Camer. ad Matth.epit.pag.945.

---

*XVI.*

Chondrilla ſpinoſa. Integram cum nondum habeamus, nominaſſe ſufficiat.

---

## *SENETIO, eiuſq; ſpecies.*

Ἠριγέρων Dioſcoridi lib. 4. cap. 97. quaſi vernus ſenex, quod flores capillorum ritu vere caneſcant & in lanuginem abeant: vnde Latinis Senetio. Hoc Theophraſtus inter olera & intubacea numerat 7.hiſt. 7.quod per totum annum penè aſſidua germinet floris productione, vt habet 7.hiſtor. 10. ſemper enim alterũ alteri ſuccedens tempora omnia occupat, idq; propter alimenti quãdam mediocritatem, vt loquitur 1.de cauſis plant.27.Plinio lib.25.cap.13. Erigeron, quod à noſtris vocatur Senecio: At nullam differentiã oſtendunt.

*I.*

Senecio minor.

Verbena fœmina Brunfel.fol.pag.123.tom.1.Rhap. 18.ac in 4.pag.106.erraſſe ſe fatetur.

Senecio vulgaris & prima Trago pag. 284. lib. 1. cap. 96.

Senecio ſiue Erygeron Lob.obſer.pag.112. & icon. pag.225.

*II.*

Senecio nicanus pinguis.

Erygeron primum Dodon. fol. Gall. pag.392. lib.5. cap.17.ſine icone.

Erygeron tomentoſum alterum Lob.icon. pag.226.

*III.*

Senecio hirſutus.

Erygeri ſpecies Dodo. in 8.

Erygeron tomentoſum Lob.obſer.pag.113. & icon. pag. 226.

Quibuſdam Conyza Hippocratis, nonnulli ad Cichorium referunt fœtidum appellantes, alijs Sideritis quarta Plinij.

*IV.*

Senecio ambroſiæ odore.

Senecio flore odorato Camer.hort.pag.158.

*V.*

Senecionis genus Myconi Lugd.pag.577.lib.5.c.19.

## *IACOBEA, & eius ſpecies.*

*I.*

IAcobæa marina.

Marina Iacobæa vel Chryſanthemum & Artemiſia marina Neotericorum Aduerſ.pag.80.

Marina Iacobæa & Artemiſia marina Neotericorum, ſiue

ſiue Cineraria Lobel. icon. pag. 227.

Erucam cineream Lugdunenſis bis pingit bisq; deſcribit pag. 651. lib. 5. cap. 40. & pag. 1383. lib. 12. cap. 16. quæ ſanè eadem cum hâc Iacobæa videtur.

*II.*

Iacobæa marina maior folio maius laciniato.

Hæc folijs eſt latis longisq; lõgiſſimis pediculis nicanis donatis, quæ ad exortum aliquot lacinias habent ac ſi peculiaria forent folia; dein folium adiungitur quatuor digitorum latum quod ſinuoſum exiſtit; Parte infernâ nicanum minus tamen priore, molle, ſupernè ex viridi nigricans, quę vbi florere incipit, minora redduntur: in reliquis cum priore conuenit. Huius ſemina Cl. Alpinus D.D. Camerario Artemiſiæ albę nomine miſit, vnde plantam à Doctore Doldio accepimus.

*III.*

Iacobæa altera nicana.

Iacobæa altera Dodo. fol. lat. pag. 631. pempt. 5. lib. 1. cap. 20. ſine icone: at in Gallica edit. pag. 54. lib. 1. c. 47. iconem habet Iacobeæ marinæ nomine. Eandem diceremus cum præcedenti, niſi ipſemet à Cineraria, editione Latinâ diſtingueret.

*IV.*

Iacobæa vulgaris.

S. Iacobi flos Brunfels. fol. pag. 60. tom. 2. Rhapſ. 16. & 4. pag. 143.

Iacobæa Senecio Lobel. obſeru. pag. 113. & icon. pag. 227.

Differentias habet in folijs: alterius ſunt inſtar Erucę laciniata: alterius ad Raphani folia accedunt, ſed minùs hirſuta.

*V.*

Iacobæa hirſuta & pinguis.

Iacobæa Pannonica mollior Cluſ.hiſt.Pan. pag.572. lib.3.cap.41.ſine icone.

Hanc non multùm differre(ait)ab eâ,quæ in marinis Belgicæ aggeribus ſponte prouenit, hoc eſt à ſecundâ.

*VI.*

Iacobæa latifolia flore buphthalmi.

Iacobæa tertia,vel Iacobæa latifolia Pannonica Cluſ. hiſt.Pann.pag.575.lib.3.cap.41.

*VII.*

Iacobæa folijs rotundis ſerratis.

Conyzæ alpinæ genus Geſn.monte fract.pag.63.& hort.pag.255.

Iacobæa latifolia altera Cluſ.hiſt.Pan.pag.576.lib.3. cap.41.ſineicone.

Caſſignete Plinij lib.24.cap.17.cenſuit Guilandinus. Depictam nondum vidimus.

*IIX.*

Iacobæa folijs nonnihil dentatis.

Iacobæa Pannonica folio non laciniato Cluſ. hiſt. Pann.pag.574.lib.3.cap.41.

LIBER

# LIBER QVARTVS.

## SECTIO PRIMA.

### *TANACETVM: PARTHENIVM: CHRYſanthemum: Buphthalmum: Chamæmelum: Cotula.*

*TANACETVM, eiuſq́ ſpecies.*

TANACETVM fortè à Tannaco, quo nomine Parthenion appellatum fuiſſe teſtatur Plinius: Parthenion microphyllon fortè Hippocr. Hermolao. Dioſcoridis ἀρτεμισία λεπτόφυλλος lib. 3. cap. 128. quibuſdam videtur, nobis non item.

*I.*

Tanacetum inodorum montanum.

Tanacetum non odorum, perperam Sideritis Italorum Lobel. obſer. pag. 432. & icon. pag. 750. & hoc aliquid ſimilitudinis habet cum Sideritide tertia Matthioli icon. 8. pag. 671. quoad folia: at ſi ramos & capitula perpendas conueniet cum Ruta canina.

---

*II.*

Tanacetum inodorum flore Bellidis maioris.

Tanacetum inodorum primum Cluſ. hiſt. Pann. pag. 550. lib. 3. cap. 33.

---

*III.*

Tanacetum vulgare.

Tanacetum, ſecunda Matricariæ ſpecies & Partheniā Brunf. fol. pag. 251. tom. 1. rhapſ. 46. iconem repetit. tom. 2. pag. 88. Rhapſ. 21. ſine deſcript. & in 4. pa. 98.

Tanacetum millefolij folijs Lobel. icon. pag. 749. & obſer. pag. 432. Tanacetum.

Flore eſt communiter luteo: rariùs reperitur albo, quare Tabern. icon. pag. 10. duas habet icones.

---

*IV.*

Tanacetum folijs criſpis.

Specioſius tanacetum criſtatum Anglicum Lobel. obſer.pag.432.& icon.pag.749.

---

*V.*

Tanacetum minus. (lib.1.cap.160.

Millefolium nobile & Stratiotes vera Trago pa.476.

Tanacetum minus candidis floribus Lobel. in append.& icon.pag.750.

Candidis,purpureis & aurum æmulantibus floribus dicit Matthiolus,cui Achillea icon.4.pag.674. nec malè.An hæc ſit Scopia regia Plinij lib.21.cap.6.

---

*VI.*

Tanacetum Alpinum.

Iua moſchata Rhætis , Tanaceto cognata herbula Geſn. hort. pag.263. (cap.36.

Tanacetum paruum alpinum Lugd. pag. 956. lib. 8.

---

## *TANACETVM AFRICANVM.*

*I.*

TAnacetum Africanum ſeu flos Africanus minor. Garyophilli Indici Trago pag.923.lib.2.cap.145.

Flos Africanus Lobel.obſ.pa. 410. & icon. pag.713.

Hanc plantam aliqui Caltham Plinij lib.21.ca.6.quã grauis odoris dicit:alij Argemonen Dioſcoridis lib. 2. cap. 208. & Argemoniam lib.25.cap.9. Lycoperſicum Galeni aliqui ſuſpicantur: alijs Othonna Dioſc. lib. 2. cap. 213. & Plinij lib. 27. cap.12. Quibuſdam Petilius flos Plinij lib.21.cap.8.

Variat magnitudine, variat florendi tempore, quod aliud ſeriùs floreat:Eſt flore ſimplici, rariſſimè multiplici:hique reperiuntur,rubri,crocei,mellei,& albi:Africanum vel Tunetanum dicitur,eò quòd primùm hic flos in Germaniam fuerit illatus quando Carolus V.Imper.

apud

apud Tunetum victoria potitus eſt, ſiquidem in Africa ſpontè proueniat.

---

*II.*

Tanacetum Africanum maius flore pleno.

Garyophillus Indicus maior, Matth. fol. lat. pag. 430. lib. 2. cap. 178. & icon. 4. pag. 369.

Othonna maior polyanthos Lobel. obſer. pag. 410. & icon. pag. 713.

Huic alij Othonnæ Dioſc. & Plinij nomen tãtùm tribuunt: præcedenti verò Argemones Dioſcoridis & Argemoniæ Plinij. Huius flos aliquando ad pugni magnitudinem creſcit, & in globum colligitur.

---

*III.*

Tanacetum Africanum maius ſimplici flore.

Caltha Africana fruticoſa flore ſimplici, Geſ. hort. pa. (259

Flos Africanus maior ſimplici flore luteo Lob. icon. pag. 714.

---

*PARTHENIVM.*

ΠΑρθένιον quaſi virginalis, quod morbis mulierum vterinis medeatˉ (vnde vulgò Matricaria, quod ſanè nomen pluribus tribuitur) Dioſc. lib. 3. ca. 155. cui & ἀμάϱαϰον vt & Galeno & Paulo li. 7. qui vnius meminêre. Plinio lib. 25. Parthenium quod in hortorum ſepibus flore albo naſci dicit.

*I.*

Matricaria vulgaris. (tom. 1. Rhapſ. 45. & 4. pa. 71.

Matricaria, prima Parthenij ſpecies Brũſ. fol. pa. 245.

Artemiſia tenuifolia Fuchſ. fol. pag. 45. cap. 13. & Artemiſiæ ramoſæ altera ſpecies. icon. 8. pag. 26.

Matricaria noſtrâs Lob. obſ. pa. 433. & icon. pa. 751.

---

*II.*

Matricaria odoratior.

Matricaria altera ex Ilua Camer. hort. pag. 96.

An Ar-

An Artemiſia tenuifolia odorata Tabern. icon. pa.9. & fol.pag.34.lib.1.ſect.1.cap.7.

---

*III.*

Matricaria flore pleno.

Matricaria duplici flore Lobel.icon.pag.751.

Parthenium pleno ſiue polyphyllo flore Cluſ. hiſt. Pann.pag.561.lib.3.cap.37.

Hoc à priore flore tantùm differt.

---

*IV.*

Matricaria inodora.

Achaouan, parthenium inodorum Alpino pag.47. cap.39.

---

*V.*

Matricaria Alpina chamæmeli folijs.

Parthenium alpinum Cluſ. hiſt. Pann. pag.560.lib.3. cap.36.

---

*VI.*

Matricaria folijs abrotani maris.

Parthenium σμικρόφυλλον Myconi Lugd.pag. 954.lib. 8.cap.35.

---

*VII.*

Matricaria ſiue Cotula marina.

Cotula ſiue parthenion marinum minimũ Aduerſ. pag.345.& Lob.icon.pag.774.

---

## *CHRYSANTHEMVM ET BVPHTHALMVM.*

Χρυσάνθεμον propter flores luteos aureo fulgore ſplẽdentes Dioſc.lib.4.cap.58.& quia orbem oculi imitantur, etiam ὀφθαλμὸν dici monet.

Adiungimus Βούφθαλμον, quod flore ſimilis ſit boum oculis, vt loquitur Plinius lib.25.cap, 8, de quo Dioſc. lib.3,

lib.3.cap.156.poſt parthenium egit, quia vtrique plantæ βουφθάλμου nomẽ tribui, auctor eſt Dioſcorides: dein, quia formâ plurimum conueniunt: imò & viribus, ità vt dubitari poſſit, ſint'ne apud Dioſcoridem diuerſæ plantæ & apud Plinium, an verò eædem, quod ex collatione vtriuſque capitis clarum fiet: quare Galenus & Aegineta tãtùm Buphthalmi, non autem Chryſantemi meminêre. Licet Dioſcoridi vnicum tantùm ſit Chryſantemi genus, videtur tamen Plinius plura agnouiſſe, ſiquidem lib.26. cap. 8. Chryſanthemi primi meminit, niſi vitium ſit in codice, quare pro primo potum aliqui legendum cenſent.

*I.*

Chryſanthemum folijs matricariæ.

Chryſanthemum Matth. icon. 4. pag. 711. & fol. lat. pag.664.lib.4.cap.53.

Etſi Lugdunenſis herbarij autor ſcribat, hoc à Lobelo Chryſanthemi ſegetum nomine pingi, non tamen aſſentimur, cùm & eam quam Matthiolus, & quam Lobelus pingit, multùm certè differentes, habeamus.

---

*II.*

Chryſanthemum alpinum folijs laciniatis.

Chryſanthemum alpinum primum Cluſ. hiſt. Pann. pag.566.lib.3.cap.40.

Hoc attulit D. D. Theodorus Collado Nemauſanus nunc medicus ex Helueticis Alpibus.

---

*III.*

Chryſanthemum alpinum folijs abrotani multifidis.

Chryſanthemum alpinum ſecundum Cluſ. hiſt. Pann. pag.567.lib.3.cap.40.

---

*IV.*

Chryſanthemum alpinum folijs longis tenuiter inciſis.

Chryſanthemum alpinum tertium Cluſ. hiſt. Pann. pag. 565. lib. 3. cap. 40. ſine icone.

---

*V.*

Buphthalmum Dioſcoridis.

Buphthalmus Tragi pag. 152. lib. 1. cap. 48.

Chamæmelum Chryſanthemum Fuchſ. fol. pag. 26. cap. 8. & icon. 8. pag. 15.

Buphthalmū, oculus bouis Aduerſ. pa. 343. & Lob. (icon. pag. 772.

---

*VI.*

Buphthalmum caule & flore purpuraſcente.

Buphthalmum flore purpuraſcente Camer. in epit. Matth. pag. 652.

---

*VII.*

Buphthalmum folijs millefolij lanuginoſis.

Chryſanthemū Valentinum Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 369. lib. 2. cap. 43. & hiſt. Pann. pag. 568. lib. 3. cap. 40.

---

*IIX.*

Buphthalmum cotulæ folio.

Buphthalmum alterum folio & facie cotulæ fœtidæ Aduerſ. pag. 343. & Lobel. icon. pag. 772.

Meminit Geſnerus de hort. pag. 251. alterius ſpeciei, flore partim candido, partim luteo, nulloq; alio diſcrimine: hoc ſanè viſu elegantiſſimum.

---

## *CHAMAEMELVM ET COTVLA.*

Ἀνθεμὶς Dioſcoridi lib. 3. ca. 154. ἀνθεμὸν Theoph. 7. hiſt. 13. Dicitur & χαμαίμηλον, quoniam odorem habeat mali Plinio lib. 22. cap. 21. cui & Anthemis.

Genera eius plura dicit Theophraſtus loc. cit. at Dioſcorides, quem ſecutus eſt Plinius l. c. genera tria proponit tantùm flore diſtantia, flores enim in medio aureos quidem, ſed forinſecus orbiculato ambitu candidos, quæ λευκάνθεμος, melina, quæ χρυσάνθεμος, aut

aut purpureos, quæ propriè ἠραίνθεμ© vocatur.

*I.*

Chamæmelum nobile ſeu odoratius.

Parthenium & nobilis Chamomilla Trago pag. 149. lib. 1. cap. 47.

Anthemis ſeu Leucanthemis odorata Lobel. obſer. pag. 445. & icon. pag. 770.

---

*II.*

Chamęmelum nobile flore multiplici.

Anglorũ niueum Leucãthemum flore multiplici. Aduerſ. pag. 343. & Lobel. icon. pag. 771.

---

*III.*

Chamæmelum vulgare, Leucanthemum Dioſc.

Chamæmelum, tertia Parthenij ſpecies Brunfelſ. fol. pag. 252. tom. 1. Rhap. 47. ſine icone: & 4. pag. 69. cum icone.

Anthemis vulgatior Lob. obſer. pag. 445. ſiue Chamomilla icon. pag. 770.

---

*IV.*

Chamæmelum inodorum.

Chamomilla fatua & 4. Trag. pag. 143. lib. 1. cap. 47. ſine icone. (cap. 52.

Buphthalmum Fuchſ. icon. pag. 78. & fol. lat. pa. 144.

Solo odore à priori diſcerni poteſt.

---

*V.*

Chamæmelum fœtidum.

Cotula fœtida, quarta ſpecies Parthenij Brunfel. fol. pag. 255. tom. 1. Rhap. 48. & 4. pag. 69.

Cotula fœtida officinarum, eſt Parthenium, vel virginea Lobel. icon. pag. 773.

Sunt qui Buphthalmum Dioſcoridis & Plinij ſtatuunt.

---

*VI.*

Chamæmelum luteum capitulo ſine folijs.

Chamæmelum Chryſanthemum Dod. Gall.fol.pag. 136.lib.2.cap.29.

Arthemis Chryſanthemos Lobel.obſeru.pag.446.& icon.pag.771.

---

*VII.*

Chamæmelum alpinum inodorum.

Leucanthemum alpinum Cluſ. hiſt. Pann. pag. 563. lib.3.cap.39.

Multùm,cum Tanaceto alpino,conuenit.

---

# SECTIO SECVNDA.

## ABROTANVM: ARTEMISIA: AMBROSIA: BOTRYS: ABSINTHIVM.

### *ABROTANVM, eiuſq; ſpecies.*

ΑΒΡΟ'ΤΑΝΟΝ Dioſcoridi lib. 3. cap. 29. quod nomen ſibi vſurpauit, vt Nicandri teſtatur interpres, διὰ τὸ πρὸς ὄψιν ἁβρὸν, καὶ ἁπαλὸν φαίνεσθαι. ἄλλως τε καὶ διὰ τὸ δύσπνουν εἶναι. hoc eſt, quod conſpectu tenerum, molle & delicatum appareat: aut quòd grauem acremq; & difficilem halitum proſpiret.

Genera duo Theophraſto, vrbana 6.hiſt.1.& agreſtis 6.de cauſis 24. Dioſcoridi fœmina & mas: Sic Plinius lib.21.cap.7. cui mas, Abrotanum campeſtre: fœmina verò, montanum. Verùm quam Dioſcorides fœminam fecit, eam Plinius Chamæcypariſſi: id eſt, pumilæ cupreſſi nomine lib.24.cap.15.donaſſe videtur.

*I.*

Abrotanum fœmina Dioſcoridis.

Cha-

Chamæcypariſſus & nobilis Chamępitys Trago pag. 77. lib. 1. cap. 24. verùm ipſius figura nimis lata exprimit folia.

Abrotanum fœmina Lobel. obſer. pag. 443. & icon. pag. 768. Huius figuram bis propoſuit: alterius enim figuræ titulus eſt Seriphij Abrotani fœminæ facie differentia, obſeru. pag. 436. & icon. pag. 754.

---

*II.*

Abrotanum fœmina flore maiore.

Santonicum maius Cordo hiſt. pag. 149. lib. 2. cap. 99. ſine icone.

Seriphium Dioſcoridis Abrotani fœminæ facie Lobel. icon. pag. 754.

---

*III.*

Abrotanum fœmina flore maiore alterum maius.

Abrotanum fœmina Salmaticenſis prima Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 230. lib. 1. cap. 59. ſine icone.

---

*IV.*

Abrotanum fœmina flore maiore alterum minus.

Abrotani fœminæ Salmaticenſis primæ altera ſpecies Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 231. lib. 1. cap. 59. ſine icone. Priori per omnia ſimilis, ſed minor & gracilior, quod tamen natalibus tribuendum non eſt.

---

*V.*

Abrotanum fœmina odore vnctuoſo.

Santolina tertia Dodon. fol. lat. pag. 268. pempt. 2. lib. 3. cap. 27. ſine icone.

Vnguentariæ nomine, dum Lutetiæ Pariſiorum eſſemus, apud D. Robinum, Regium hortulanum collegimus, anno 1579.

---

*VI.*

Abrotanum fœmina folijs minus denticulatis.

Santolina quarta Dodon. fol. lat. pag. 268. pempt. 2. lib. 3. cap. 27. ſine icone.

Notat adhuc vnam differentiam Sabinęfolio Lobel. obſeru. pag. 436.

*VII.*

Abrotanum fœmina repens caneſcens.

Santolina quinta Dodon. fol. lat. pag. 268. pempt. 2. lib. 3. cap. 27. ſine icone.

*IIX.*

Abrotanum fœmina tota viridis.

Abrotanum fœmina Salmaticēſis ſecunda Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 231. lib. 1. cap. 59. ſine icone.

*IX.*

Abrotanum mas anguſtifolium maius.

Abrotanum maius Brunfels. 4. pag. 267.

Abrotanum mas Lob. obſ. pag. 443. & icon. pag. 768.

*X.*

Abrotanum mas anguſtifolium minus.

Abrotanum odoratū humile densè fruticoſum Lobel. obſeru. pag. 444. & icon. pag. 769.

Eſlingæ in horto Dn. Sebaſtiani Volmari Pharmacopæi doctiſſimi anno 1580. collegimus.

*XI.*

Abrotanum latifolium.

Abrotanum maius & 2. Trago pag. 340. lib. 1. c. 112.

Abrotanum latifolium Tabernæm. fol. pag. 62. lib. 1. ſect. 1. cap. 11. & icon. pag. 16.

*XII.*

Abrotanum latifolium arboreſcens.

Abſinthium del Comaſſo Anguill. pag. 165. iud. 10.

Abſinthium arboreſçens Lobel. obſeru. pag. 435. & icon. pag. 753.

*XIII.* Ab-

*XIII.*

Abrotanum campeſtre tenuifolium.

Abrotanum campeſtre & 3. Trago pag. 340. lib. 1. cap. 112. ſine icone: cui & Abrotanum ſylueſtre ibidē: videtur enim differentia illa, ſolùm ratione temporis euenire.

Artemiſia tertia Dioſcoridis leptophyllon Aduerſ. pag. 340. & Lobel. icon. pag. 765. cui etiam

Ambroſia tenuifolia obſer. pag. 442. & icon. pa. 767.

---

## *ARTEMISIA, eiusq́ ſpecies.*

Ἀρτεμισία Dioſcoridi lib. 3. cap. 127: ſic dicta, ab Artemiſia Mauſoli Cariæ Regis vxore, quæ hanc ſibi, vt loquitur Plinius lib. 25. cap. 7. adoptauit, cùm anteà παρθένις, id eſt, virginalis, quod virgo Dea illi nomen dederit, vocaretur: quare Apuleius etiam παρθένιον dici affirmat. Sunt tamen qui ab Artemide Ilithya cognominatam putent, quoniam priuatim fœminarum malis, quibus ἄρτεμις, id eſt, Diana præeſt, medeatur. Genera tria Dioſcorides proponere videretur, niſi concludendo vtramq; calfacere diceret: verùm in quibuſdam codicibus Græcis, vt Goupylij, Aſſulani, Cornarij (qui tamen in Latino omiſit) ſequitur & aliud caput de Artemiſia, quod ſpurium videtur, quare Ruellius in ſuâ interpretatione omiſit: Marcellus Virgilius, vt aſcititium damnauit: Cornarius, vt ſuppoſititium, ex textu Latino remouit: nec immeritò cùm nec apud Galenum, Oribaſium, Paulum, Aetium, nec apud Serapionem, de tertia ſpecie quicquam legatur, cùm tamen hi omnes ex Dioſcoride ſimplicia enumerare ſoleant. Plinius loco cit. duo habet genera, alterum folijs latioribus, alterum tenuioribus.

*I.*

Artemiſia vulgaris maior.

Artemiſia, octaua ſpecies Parthenij Brunfels, fol.

pag.

pag.265.tom.1. Rhap.52. at icon habetur tom.2.pag. 87.& 4. pag. 113.

Artemiſia, mater herbarum Lobel.icon. pag. 764. & obſeru.pag.441. Artemiſia.

Variat colore caulis & floris; vna caule & flore rubro: altera caule ex viridi albicante: hinc apud Tabernæmontanum icon.pag.7.& 8.duæ figuræ, nomine Artemiſiæ rubræ & albæ.

---

*II.*

Artemiſia vulgaris minor.

Artemiſia minor Matth. fol. Ital. pag. 898. lib. 3. cap. 122. ſine icone.

Vnum tantùm caulem producit, in reliquis cum vulgari conuenit, niſi quòd ſint minora omnia.

---

*III.*

Artemiſia montana.

Artemiſia leptophyllos montana Lugdun. pag.950. lib.8.cap.33.

---

*IV.*

Artemiſia polyſpermos.

Artemiſia monoclonos quorundam, alijs Ambroſia Lugd.pag.951.lib.8.cap.33.

---

## *AMBROSIA.*

Ἀμβροσίαν ipſi Artemiſiæ Dioſc.lib.3.cap.129.ſubijcit: Veteribus Græcis τὸ τῶν θεῶν βρῶμα, id eſt, Deorum cibus dicitur, quòd mortales eam non edant: vel quòd qui eam ederint, immortales euadant, ita eximiæ fragrantiæ gratia etiam Diuis expetita. Sunt qui Ambroſiam Dioſcôridis, Conyzam Hippocratis de morb. muliebr.& Artemiſiam ſecundam Plinij, velint.

*I.*

Ambroſia ſatiua.

Am-

Ambroſia quibuſdam dicta, Artemiſiæ forſan ſpecies Geſn. de hort. pag. 246.

Ambroſia ſatiua hortenſis procerior Lobel. obſeru. pag. 442. & icon. pag. 766.

Reperitur hæc aliquando ramoſa, aliquando vnicaulis, hinc duæ icones apud Lugd. illa Ambroſia hortenſis pag. 1148. hæc verò Artemiſia monoclonos alia dicitur pag. 951.

*II.*

Ambroſia ſylueſtris.

Ambroſia Matth. icon. 4. pag. 533. & fol. lat. pag. 564. lib. 3. cap. 112.

Ambroſia ſpontanea ſtrigoſior Lob. obſer. pag. 442. & icon. pag. 767.

Coronopus repens Ruellij, & cornu cerui alterum vulgò Lob. icon. pag. 438.

Etſi diuerſas faciat Lobelus, vnam eſſe cenſemus.

## *BOTRYS.*

Βότρυς apud Dioſcoridem lib. 3. cap. 120. ſequitur, quæ ſic dicta eſt à ſemine, quod racematim ramulis adnaſcitur: quam Cappadoces Ambroſiam, alij artemiſiam vocârunt. Botrys Plinio lib. 27. cap. 8. nam lib. 25. cap. 7. cum Artemiſia confundit.

*I.*

Botrys ambroſioides. (pag. 228.

Botrys Trago pag. 887. lib. 2. cap. 124. & Lobel. icon.

Botrys Dioſcoridis Lobel. obſeru. pag. 113.

*II.*

Botrys Chamædryoides.

Chamæcypariſſus agreſtis & Chamępitys altera Dioſcoridis Trago pag. 79. lib. 1. cap. 25.

Chamædrys laciniatis folijs Lob. obſeru. pag. 209. & icon. pag. 385.

## *ABSINTHIVM, eiusq́ue ſpecies.*

Ἀψίνθιον Dioſcoridi lib. 3. cap. 26. ita dictum quaſi ἀπίνθιον Comicis, quaſi impotabile propter inſignem amarorem, ὁ οὐκ ἄν τις πίῃ διὰ πικρότητα: vnde & *βαθύπικρος*, id eſt, intenſæ amaritudinis dicitur.

Genera fecit Dioſcorides tria, Ponticum, Marinum, & Santonicum, quem ſecutus eſt Galenus & Plinius lib. 27. cap. 7. Theophraſtus verò tantùm abſinthij in Ponto prouenientis 9. hiſtor. 18. meminit.

*I.*

Abſinthium Ponticum ſeu Romanum officinarum, ſeu Dioſcoridis.

Abſinthium Brunfels. fol. pag. 142. tom. 3. Rhap. 64. & 4. pag. 214.

Abſinthium vulgare, Ponticum Ruellij Lob. obſeru. pag. 433. & icon. pag. 752.

---

*II.*

Abſinthium Ponticum ſupinum.

Abſinthium ſupinum Geſn. de hort. pag. 244.

Ponticum ſupinum herbariorum Lobel. obſeru. pag. 434. ſine icone.

---

*III.*

Abſinthium Ponticum montanum.

Abſinthium commune minus Geſnero de hort. pag. (243. b.

Abſinthiū montanū Camer. in epit. Matth. pag. 453.

Similis vulgari, niſi quod exiliora omnia, & amaritudo gratior.

---

*IV.*

Abſinthium inſipidum primum.

Abſinthium inſipidum Geſn. de hort. pag. 244. & Lobel. obſeru. pag. 436. ſine icone.

Pontico ſupino ſimile, ſed guſtu expers.

---

*V.* Ab-

*V.*

Abſinthium inſipidum alterum & inodorum.

Abrotanũ inodorũ Lob.obſ.pag.444.& icõ.pa.769.

Niſi idem ſit cum priori.

*VI.*

Abſinthium Ponticum tenuifolium nicanum.

Abrotanum fœmina Fuchſ.fol.pag.7.cap.2.& Abſinthium Ponticum eidem icon.8.pag.3.

Abſinthium Galatium Sardoniũ Dioſc.Lob. obſeru. pag.436.& icon.pag.755.

Duûm eſt generũ: primum planè nicanum: alterum cauliculis purpuraſcentibus,folijs ſupinâ parte viridioribus. Medium inter Abſinthium & Abrotanum.

*VII.*

Abſinthium ponticum repens. (& icon.pag.3.

Abſinthiũ repens Taber. fol. pag. 21. lib. 1.ſect.1.c.2.

Hoc Eſlingæ in horto D. Volmari repentis nomine accepimus: ſunt tamen qui Chamæmelum Chryſanthemum vocitent.

*IIX.*

Abſinthium montanum Chamæmeli flore.

Abſinthium montanum abrotani fœminæ flore Columnæ pag.24. parte 2.

Mediæ eſt naturæ inter Abſinthiũ & Abrotanũ marẽ.

*IX.*

Abſinthium montanum vmbelliferum.

Abſinthium album capitulis ſquaroſis,floribus albis, vmbella Achilleæ montanæ Lob.obſeru.pag.435.

Abſinthium album Lobel.icon. pag.753.

Mediæ naturæ inter Abſinthium & Matricariam.

Huius & alterius Italici,nõ ita diuerſi à ſuperiore: ſed multò exilioris,meminit Lob.obſeru.pag.435.nomine abſinthij vmbelliferi alterius Italici.

*X.*

Abſinthium pumilum multifido nicano folio.

Abſinthium alpinū humile Geſn.hort.app.pa.289.b.

Abſinthium pumilum Camerarij Cluſ.hiſt. Pan. pag. 554.lib.3.cap.24.ſine icone.

---

*XI.*

Abſinthium marinum lauendulæ folio.

Abſinthium marinum ſiue ſeriphium Matth. fol.lat. pag.465.lib.3.cap.24.& icon.4.pag.406.

Artemiſia marina Lobel. obſeru. pag. 441. & icon. pag.765.

Hoc folijs ludit,ita vt ſuperiora folia aliquot lacinijs diuiſa ſint, potiſſimùm ſi in hortos transferatur, quod Patauij collegimus,ex Venetorum inſula Lio in hortū Medicum tranſlatum: vt Lobelus obſeru. pag. 441. & icon.pag.766.peculiari figura nomine Artemiſiæ marinæ folijs inciſis,expreſſit: non tamen diuerſum conſtituere oportet.nam & in marino obſeruare licet,vt Matthioli figura rectè proponit.

---

*XII.*

Abſinthium capilli veneris folio.

Abſinthium ſeriphium Aegyptium Matth. fol. lat. pag.466.lib.3.cap.24. & icon.4.pag.407.

Aliud peregrinum ſiue Aegyptium abſinthium Lob. obſeru.pag.437.&icon. pag.756.

---

*XIII.*

Abſinthium Seriphium Gallicum vel primum.

Abſinthium Seriphium tenuifolium Ioh. Bauhino libello de Abſinthijs pag.58.

Abſinthium Seriphium Narbonenſe Cluſ.hiſt.Pann. pag.554.lib.3.cap.34. ſine icone.

An Abſinthium Seriphium vulgo dictum Camer. in Matth.epit.pag.458.

---

*XIV.* Ab-

*XIV.*

Abſinthium Seriphium Germanicum vel ſecundum.

Abſinthium Seriphium Geſn.de hort.pag.244.

Abſinthium marinum Miſnenſe, Seriphio Belgico ſimile Cluſ. hiſtor. Pann. pag. 554. lib. 3. cap. 34. ſine icone.

---

*XV.*

Abſinthium Seriphium Belgicum vel tertium.

Abſinthiū Seriphiū Dodo.fol.Gall.pag.3.lib. 1. ca.2.

Seriphium vulgare perperam Dioſcoridis putatum Lobel.obſer.pag.436.& icon.pag.755.

Abſinthium marinum ſiue Seriphium in Belgiæ & Angliæ maritimis Cluſ.hiſt.Pann.pag.554.lib. 3. ca.34. ſine icone.

---

*XVI.*

Abſinthio Seriphio tertio ſimile.

Abſinthium Xantonicum vulgare Lobel. obſer. pag. 436.ſine icone.Camerar.in epit.Matthioli pag. 457.

---

*XVII.*

Abſinthium tenuifolium albicans.

Ponticum Tridentinum herbariorum Lobel. obſer. pag.434.& icon.pag.752.

---

*XIIX.*

Abſinthium album folijs ſeriphij.

Abſinthij genus,in Valeſia herba alba dicta & Abſinthium Seriphium fœmina Geſn.hort.pag.144.

Abſinthium externum & ſpurium primum Dodo. fol.lat.pag.28.pempt.1.lib.2.cap.5.

---

*XIX.*

Abſinthium Seriphium Alexandrinum.

Semen ſanctum ſiue Semētina Matth.fol.lat.pa.466. lib.3.cap.24. & icon.4.pag.408.

Semen ſanctũ Lob. obſeru. pag. 437. & icon. pa. 756.

*XX.*

Abſinthium peregrinum vnde ſemen lumbricorum colligit̃, Secha Arabũ Rauvvolff. in ſuo Itiner. nu. 456.

Scheha Arabum, Abſinthij genus Lugdun. in app. pa. 36. ex Rauvvolffio. Hoc vidimus apud fratrem Ioh. Bauhinum, qui à Dn. Rauvvolffio accepit: ſed an diuerſum ſit à ſuperiore, dubitamus, ſiquidem folia ſuperioris quæ adpinguntur & deſcribuntur, minuta dicantur, & Dodonæus primis tribus non eſſe comparandum ſcribat: at Rauvvolffius ſuæ adpingit folia Abſinthij vulgaris, formâ non magnitudine ſimilia: folijs, inquit, eſſe cinereis qualia noſtratis.

# SECTIO TERTIA.

## VIOLA AQVATICA, ACHILLEA SIVE MILLEFOLIVM: CONSOLIDA REGALIS: FVMARIA: CHELIDONIA: AQVILEIA: NIGELLA.

### *ACHILLEA SEV MILLEFOLIVM.*

MILLEFOLIVM maius, minus & aquaticũ eſt recẽtioribus. Maius ἀχίλλειος καὶ ἀχίλλεως σιδηρῖτις eſt (vt volunt) Dioſcoridi lib. 4. cap. 36. quod ab inuẽtore Achille Chironis diſcipulo, nomẽ habet, auctore Plinio li. 25. cap. 5. Dioſcorides dicit vmbellã habere floribus candidis & aurũ æmulãtibus, addit interpres & purpureis. At cùm Dioſcorides Achilleam dicat odore multo & medicato, credimus Tanacetum minus ſuprà nominatum, Dioſcoridis Achilleam eſſe.

Minus verò στρατιώτης ὁ χιλιόφυλλος, millefoliũ Stratiotes eidem, lib. 4. cap. 103. quod floribus paruis & candidis dicit.

Aquaticum denique ipſi eſt lib. 4. cap. 115. μυριόφυλλον

λον milleſoliũ, quòd plurimis folijs ſit fœniculo ſimilib⁹.
Plinius plures habet Achilleas ſyderitides, cuius prima eadem eſt cum Dioſcoridis, Secũda Myriophyllon Dioſc. Tertia Sideritis Heraclea. prima Dioſcor. Quarta & Quinta, ſideritis Heraclea, Crateræ & tertia Dioſc. Sexta, ſideritis ſecunda Dioſcoridis.

*I.*

Achillea montana folijs cotulæ vmbellâ aureâ.

Achillea montana Artemiſiæ tenuifoliæ facie. Aduerſ. pag. 333. & Lobel. icon. pag. 746.

---

*II.*

Millefolium maximum vmbellâ albâ.

Hoc ex horto Patauino nobis miſit Doctor Daniel Pyrnuſius p. m. quod folijs duplo eſt latioribus quàm ſint vulgaris, nec depictum vidimus.

---

*III.*

Millefolium vulgare album.

Millefolium album Brunfelſ. fol. pag. 175. tom. 3. Rhapſ. 83.

Millefolium terreſtre vulgare ſtratiotes millefolium Dioſc. Lobel. icon. pag. 747. & obſer. pag. 430. Militaris.

Flore eſt candido & ſubalbido.

---

*IV.*

Millefolium vulgare purpureum minus.

Millefolium vulgare flore diluti ruboris Trago pag. 477. lib. 1. cap. 160.

Millefolium terreſtre purpureis floribus Lobel. obſ. pag. 431. & icon. pag. 747.

Huius ſpeciem proponit, ſed ſine icone, Tabern. in fol. pag. 464. lib. 1. ſect. 4. cap. 28. quod altitudine ſpithameæ ſit.

---

*V.*

Millefolium vulgare purpureum maius.

Hoc

Hoc Gepingæ ante quadriennium in horto Pharmacopæi collegimus, quod millefolio vulgari albo ſimile quidem, ſed ad binos ternóſve cubitos excreſcit, folijs vt in purpureo minore diſpoſitis: vmbellâ magnâ, flores elegantiſſimi coloris continens.

*VI.*

Millefolium Alpinum nicanum carneo flore.

Millefolium alpinum Cluſ.hiſt.Pann.pag. 562. lib. 3. cap. 38. ſine icone.

*VII.*

Millefolium luteum tomentoſum.

Holichryſum Italicum Matth. fol.lat.pag. 663. lib. 4. cap. 52. & icon. 4. pag. 707. (pag. 748.

Millefolium luteum Lobel.obſeru.pag. 431. & icon.

Hoc in Tyrolenſi comitatu, cùm Italiam peteremus anno 1577. collegimus, quamuis etiam in Gallia inter Nemauſum & Valentiam obſeruauerimus.

*IIX.*

Millefolium Creticum.

Hoc folijs eſt Abrotani fœminæ ſiue Chamæcypariſſi formâ oblongis, denticulatis, nicanis, at multò longioribus, quæ ex caule cubitali, rotundo, ſtriato, nicano, ſine ordine prodeunt: qui in ſummo in ramulos abeunt, quibus vmbellæ inſident, quorum flores ex albo flaueſcunt. Hoc in horto Magni Ducis Hetruriç, Florẽtiæ creuit, quod à Doctore Paſchali Gallo accepimus, & ex ſiccâ deſcripſimus.

*IX.*

Millefolium aquaticum Coriandri folio.

Millefolium aquaticum Matth. fol.lat.pag. 714. lib. 4. cap. 98. & icon. 4. pag. 788. nondum videre licuit folijs Coriandri.

*X.*

Millefolium aquaticum vmbellatum

Myriophyllum Matth.fol.lat.pag.727.lib.4.cap.110. &icon.4.pag.811.

Myriophyllum aut Maratriphyllum paluſtre Lobel. obſer.pag.460.&icon.pag.789. cum vmbella necdum vidimus.

*XI.*

Millefolium aquaticum minus.

Myriophyllon aquaticum ſecundum Cluſ.hiſt.Pann. pag.712.lib.4.cap.22.

Hoc Doctor Doldius Norinbergâ miſit,quod multò latioribus eſt folijs, quàm à Cluſio pingatur, nec foliorum extremitas adeò acuta.

*XII.*

Millefolium aquaticum ſeu viola aquatica latiore folio: an Potamogeton Caſtoris apud Plinium li.26.ca.8.

Myriophyllum alterum Matth. fol.lat.pag.727.lib.4. cap.110.&icon.4.pag.812.

Viola aquatilis Dodo. fol.lat. pag.565. pempt. 4.lib. 5.cap.4.

*XIII.*

Millefolium aquaticum ſeu viola aquatica altera.

Myriophyllum equiſetifolium paluſtre Lobel. icon. pag.790.

Violæ aquatilis altera icon. Dodo. fol. lat. pag. 565. pempt.4.lib.5.cap.4.

Non deſunt qui hoc cum priore idem velint, at diuerſas cùm habeamus plantas quæ iconibus correſpōdent,idem ſtatuere non poſſumus.

*XIV.*

Millefolium aquaticum Ranunculi capitulo:

Hh Alga

Alga prima Trago pag.687.lib. 2. cap.44. ſine icone.
Milleſolium maratriphyllon tertium, flore & ſemine Ranunculi aquatici Hepaticæ facie Lob.icon.pag.791.

*XV.*

Milleſolium aquaticum Peucedani folio.

Myriophyllum maratriphyllum paluſtre alterum Lobel.icon.pag.790.

Peucedanum aquaticum Tabern.pag.230.lib.1.ſect. 2.cap.19.ſine icone.

*XVI.*

Milleſolium pennatum aquaticum ſpicatum.

Alga tertia Trago pag. 688. libr. 2. capit. 44. ſine icone.

*XVII.*

Milleſolium aquaticum lenticulatum luteum.

Milleſolium aquaticum flore luteo galericulato Lobel.icon.pag.791.

Fœniculum aquaticum galericulatum Tabern. fol. pag.230.lib.1.ſect.2.cap.19.ſine icone.

Vocamus lenticulatum, quia veſiculæ paruę lenticulares, non tantùm vltimæ foliorum parti adhærent, ſed infinitæ omnibus foliorum partibus ſubijciuntur, quod tamen figura Lobelij, qui ſolus pinxit, non proponit.

*XIIX.*

Milleſolium cornutum Ioh. Bauhino quod his verbis deſcriptum miſit:

Milleſolium aquaticum cornutum aquis innatat, cui caules longi, tenues, in varios ramos diuiſi, fragiles, densè geniculati, quæ genicula folia vndique ambiunt, ſatis rigida cornua cerui pulchrè exprimentia, maximè priora, ſuperiora minùs craſſa ſunt & tenuiùs diuiduntur, vt in Hepatica aquatica flores parui geniculis hęrē-

tes

tes herbæ ferè concolores: quibus ſuccedunt ſemina parua quatuor ſimul iuncta. Hanc cùm Geneuæ eſſem circa Noſodochium in paludoſis locis reperi. Mompelgardi quoque obſeruaui. Hæc ille.

In noſtris etiam paluſtribus, licet rariùs, & quidem circa Hiltelingam reperimus, quod flores paruos albicantes oblongis pediculis inſidentes habet.

---

*XIX.*

Stellaria aquatica Lobel. icon. pag. 792.

Fœniculum aquaticum ſtellatum Tabern. fol. pag. 231. lib. 1. ſect. 3. cap. 19. ſine icone.

---

## *CONSOLIDA REGALIS, eiuſq́; ſpecies.*

CONſolidam Regalem videntur veteres inter flores coronarios habuiſſe, & quidem ſub Hyacinthi nomine, ſiquidem Plinius lib. 21. cap. 11. ita diſcurrentes notas ineſſe dicat, vt Græcarum literarum figura A. I. legatur inſcripta: quod ſanè in Conſolida Regali hortenſi obſeruare licet, quippe quòd in floribus ſit folium quoddam implicatum, quod in albo characteres habet occultatos, ex virgulis cæruleis duas literas A. I. aut tres A. I. A. exprimentes. Cuius Hyacinthi meminiſſe videtur Dioſcorides lib. 3. cap. 85. in Delphinio altero, quod & Hyacinthum appellari monet. Ita vt videatur Conſolida regalis hortenſis δελφίνιον eſſe Dioſcoridi, ſi modò vox δελφινοειδῆ, non ad folia, ſed ad flores referatur. Altero verò Delphino ſeu Romanorum Buccino, conſolidam regalem ſegetum notare.

Variat autem Conſolida regalis floris colore albo, incarnato, purpureo, cæruleo; magnitudine qui maior & minor, & hæc vtraque flore vel ſimplici, vel pleno, habetur.

*I.*

Conſolida Regalis hortenſis flore maiore cæruleo.

Delphinium Dodo.fol.Gall.pag.123.lib.2.cap.15.

Conſolida regia ſiue Calcaris flos recentiorum Lob. obſer.pag.426.& icon.pag.739.

---

*II.*

Conſolida regalis hortenſis flore minore.

Delphinium alterum flore cādido. } Geſn. hort. pag. 256.b.
Delphinium tertium flore roſeo. }

Conſolida Regalis flore rubro Lobel.icon. pag.740.

Conſolida regalis ſatiua flore albo. } Tabern. icon. pag. 63.& 64.& fol.pag. 158.li.1.ſect.2.c.8.
Conſolida regalis ſatiua flore rubro. }

Separamus à prima, non ſolùm propter florem qui minor eſt, ſed etiā propter folia, quę anguſtiora multò in hac,nec hæc vt prior exurgit.Vtraq; tamen eſt phœnicea(vt Colmariæ in agris)& alba inter ſegetes,prouenit.

---

*III.*

Conſolida regalis aruenſis flore cæruleo minore.

Conſolida regalis Brunfel.fol.pag.83.tom.1.Rhapſ. 11.& 4.pag.11.

Segetum conſolida regia ſtrigoſior tota Lob. obſer. pag.427.&icon.pag.739.

---

*IV.*

Conſolida regalis multiplicato flore.

Conſolida regalis flore pleno Camer. hort.pag.46.

Tam ea,quę maiore,quàm quę minore eſt flore,multiplicatur,albam & etiam cæruleam vidimus.

---

*V.*

Conſolida regalis peregrina paruo flore.

Extra-

Ex radice caulis exurgit cubitalis, rotundus, ſtriatus, leui hirſutie albicans, qui in ramos brachiatur, quem folia cingunt primùm tripartitò diuiſa, quæ rurſus diuiduntur ad formam foliorum ranunculi aruenſis echinati, ac in ſummo caule pauciora, vel tripartita tantùm, vel etiam ſine vllâ diuiſurâ: Flores ſunt ſubcærulei, corniculo donati, ſimiles conſolidæ regalis ſegetum, at floribus multò minoribus, quibus ſuccedunt ſiliquæ oblongæ & minores, in quibus ſemen paruum. Hanc Delphiniũ Dioſcoridis eſſe Imperatus Ferrandus, inſignis apud Neapolitanos Italiæ Pharmacopæus, quo nomine vnâ cum alijs nobis tranſmiſit, eandem tamẽ virentem in horto D. Zvvingeri legimus.

## *FVMARIA, eiusq́ ſpecies.*

FVmaria Dioſcoridi lib. 4. cap. 110. Καπνὸς eſt, eò quòd ſuccus herbæ oculis inditus, veluti fumus lachrymas moueat, oculosq́; mordicet. Vnius floris purpurei meminit: At Plinius lib. 25. cap. 13. Capnon duplicem proponit: primam quam pedes gallinaceos vocant (hæc Fumaria eſt bulboſa) & aliam capnon fruticoſam (quæ Dioſcoridis eſt.)

*I.*

Fumaria officinarum & Dioſcoridis.

Fumus terræ Brunfels. fol. pag. 99. tom. 1. Rhap. 14. & 4. pag. 19.

Capnos. Fumaria Lobel. icon. pag. 757.

Variat floris colore, violaceo, palleſcente, albo.

*II.*

Fumaria minor tenuifolia.

Capnos tenuifolia Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 375. lib. 2. cap. 46. & Lobel. icon. pag. 757.

Variat hæc floris colore, hilari purpura rubet: eſt & variegato ex rubro, albo, viridi & luteo. Sic & cauliculis

modò ſurrectis, modò procumbentibus & caducis.

*III.*

Fumaria minor folio oblongiore.

Fumaria altera tenerior Syriaca Camer.hort.pag.62.

Huius ſemen, dum Patauij eſſemus, à Clariſſ. nunc viro Dn.D.Bernhardo Paludano, cùm ex Syriâ rediјſſet, vnâ cum alijs multis pro noſtrâ amicitiâ Selterays nomine accepimus: qui & nuper quędam maritima tranſmiſit.

*IV.*

Fumaria clauiculis donata.

Capnos Plinij & Phragmites Dodo.fol.Gall. pag.18. lib.1.cap.15.

Capnos alba latifolia Lobel.obſer. pag.438. & icon. pag.758.

Variat folijs.reperitur namq; latioribus & anguſtioribus, hinc Tabernęmontanus in icon.duas habet figuras: Fumariam latifoliam maiorem & minorē pag.33. & 34. Floribus eſt albis, eſt & dilutè admodum rubeſcentibus.

*V.*

Fumaria lutea.

Fumaria corydalis, quibuſdam Split. Matth.fol. lat. pag.723.lib.4.cap.105.& icon.4. pag.807.

Fumaria lutea montana Lobel. obſeru. pag. 438. & icon.pag.758.

Floribus communiter eſt luteis, aliquando candidis, quare Tabern.edit.fol. illam Fumariæ montanæ nomine pingit: hanc verò Fumariæ Illyricę albę nomine, ſine icone deſcribit, pag.105.lib.1.ſect.1.cap.21.

*VI.*

Fumaria bulboſa maior radice cauâ.

Ariſtolochia rotunda Brunfels. fol. pag. 47. tomo 1.

Rhap.

Rhap.5.& 4.pag.73. Verùm in edit.fol.addit & alteram iconem pro Ariſtolochia longa, quæ non diſcrepat, à priore, quàm quòd non ita rotundam radicem pingat.

Radix caua Herbariorum Lobel.obſeru. pag. 439. & icon.pag.759.

Variat colore floris purpureo,(quod ſi flos minor ſit, ſaturatius rubet, & pro maſculo habetur) pallido, ſubflaueſcente, albo, quare Tabernęmõtanus icon.pag.35.36.37.38. octo proponit icones Fumariæ bulboſæ nomine, purpureo flore quatuor, totidem albo flore.

Viridi quin & flore obſeruauit Lobelus, cuius figurã icon.pag. 760. ꝓponit, eadẽ vel maior vel minor ratione loci natalitij: huic folia anguſtiora: illi paulò latiora.

---

*VII.*

**Fumaria bulboſa maior radice non cauâ.**

Ariſtolochia rotunda vulgaris radice ſolidâ Trago pag.766.lib.2.cap.78. ſine icone.

Diuerſas eſſe has duas, non ſolùm oſtendit radix, in illâ cauâ, in hâc ſemper ſolida, & quod nunquam vtraq; ſimul vno & eodem loco reperiatur: verùm quod à nemine obſeruatum, differentia manifeſta in folijs: folia namq; quę flores intercedunt, in illa quę radice eſt concauâ, integra ſunt: in hâc verò, quę radice eſt ſolidâ, verticillatâ, inciſa ſunt: ſic in illa pauciores flores modò purpurei, modò albi, &c. in hâc verò copioſiores flores eleganti purpurâ rubentes, nec alterius coloris hactenus obſeruare licuit.

---

*IIX.*

**Fumaria bulboſa minor radice non cauâ.**

Fabaceâ radice capnos altera Lobel.obſer. pag.439. & icon.pag.759.

Hæc multùm cum maiore conuenit, non tamen eadem eſt: variat quoq; herbaceis florum rudimentis.

---

CHE-

## *CHELIDONIA.*

Χελιδόνιον Dioſcoridi lib. 2. cap. 211. cui χελιδὼν, id eſt, hirundo auis nomẽ impoſuit: vel quòd hanc primùm inuenerit oculis pullorum excæcatorum viſum, vt narrant, hâc reſtituens, vt habet Dioſcorides, & ex eo Plinius lib. 25. cap. 8. At rectiùs Plinius lib. 8. cap. 27. Chelidoniam viſui ſaluberrimam hirundines monſtrauêre, vexatis pullorũ oculis ea medentes. Apud Theophraſtum 7. hiſt. 14. Hirundinariam vertit Gaza.

Genera duo apud Dioſcoridem, μέγα καὶ τὸ μικρὸν, & reliquos Græcos, ipſumq́; Plinium lib. 25. cap. 8. maius & minus, quæ figurâ & formâ multùm differunt (de quo ſuo loco.)

*I.*

Chelidonium maius.

Chelidonia Brunfel. fol. pag. 236. tom. 1. Rhap. 42. & 4. pag. 66.

Chelidonium maius Lobel. obſer. pag. 440. & icon. pag. 760.

*II.*

Chelidonium maius folijs quernis.

Hoc Chelidonium ex horto D. Sprengeri pharmacopæi Heidelbergenſis per M. Thomam Platerum accepimus: cuius folia ſi perpendas, tenera quercus folia dixeris, ex ſupernâ parte ex virore nigricantia, infernâ verò pallida, leuiſſimè vt & caules hirſuta: flore eſt Hypecoi formâ & colore: ſiliquæ vulgari ſimiles, vt & ſucci odor cùm vulgatæ conuenit.

## *AQVILEGIA.*

Aquilegiam ſubijcimus cùm quibuſdam Chelidonia ſylueſtris dicatur, folijs aliquomodo conueniat, niſi quòd ſint paulo rotundiora & molliora: floribus verò cùm conſolidæ regalis pluribus iunctis. Videtur

tur autem dicta quaſi Aquilina, ob florum mucrones aduncos, vt ſunt aquilini vngues. Veteribúſne fuerit nota, ambigitur: Coſtæus quidem, Pothon veterum eſſe vult: Cæſalpinus Iaſionen Theophraſti 1. hiſt. 21. Dalechampio in Athen: διὸς ἄνθος, Iouis flos: Columnæ Iſopyrum Dioſcoridis lib. 4. cap. 121. Geſnero Leontoſtomum dicitur.

Differentiæ variæ in flore, obſeruantur ratione magnitudinis, coloris & numero foliorum. Eſt namq; ſimplex & plenus: colore cæruleo, candido, flauo, incarnato, rubro, variegato ex cæruleo & purpureo: ſic & candido, nonnullis veluti lituris cęruleis aſperſis. Interdum flore eſt inuerſo, incarnato, albo, candido cæruleóque permixto: interdum inuerſo & degenere vireſcente.

*I.*

Aquilegia ſylueſtris.

Aquilegia Trago pag. 137. lib. 1. cap. 42.

Aquilina Lobel. obſeru. pag. 440. & icon. pag. 761.

Cęruleo flore eſt, vixdum reperias alterius quàm punicei coloris, in ſylueſtribus.

---

*II.*

Aquilegia hortenſis ſimplex.

Aquilina rubra Lobel. icon. pag. 761.

Hæc colorum diuerſorum reperitur.

---

*III.*

Aquilegia hortenſis multiplex.

Aquilegia multiflora variegata & Aquilegia multiplici vario colore flore Lobel. icon. pag. 762. duas habet figuras.

Hæc habetur alba, violacea, cærulea, rubra, maculata.

---

*IV.*

Aquilegia hortenſis multiplex inuerſis floribus.

Aquilina plenis multiplicibus floribus, & Aquilina

inuerſa multiplici albo colore, Lobel. icon. pag. 763. duas habet figuras.

Variat flore incarnato, item albo.

*V.*

Aquilegia degener vireſcens.

Aquilegia degener Lobel. icon. pag. 764.

## *NIGELLA SEV MELANthium, eiuſq́; ſpecies.*

QVam Nigellam communiter vocant, Dioſcorides lib. 3. cap. 93. μελάνθιον nominat, haud dubiè à nigro ſeminis colore dicta eſt nigella; de quâ Theophr. 7. hiſtor. 9. Plinio lib. 20. cap. 17. Gith, ex Græcis alij Melanthion, alij Melanſpermon vocant, qui optimum dicit odoratiſſimum & nigerrimum. Dioſcoridi & veteribus licet vna duntaxat ſit ſpecies, nobis tamen ſatiua & ſylueſtris eſt: ſatiua, ſimplici & pleno, magno & paruo flore: ſemine item nigro, ſubflauo, luteo.

*I.*

Nigella flore minore ſimplici.

Nigella hortẽſis & prima Trago pag. 117. lib. 1. c. 37.

Melanthium ſiue Nigella Romana odora Lobel. obſeru. pag. 427: & icon. pag. 740.

Semen habet aliquando nigrum, aliquando pallidè flauens: ſemine luteo in horto noſtro habuimus: rariùs candido reperitur.

*II.*

Nigella flore minore pleno.

Cardamomi tertia ſpecies eſt nigella citrina, quæ ſolo colore à nigro differt, Lacunæ pag. 15. lib. 1. cap. 5. ſine icone.

Nigella citrina vulgo vocata flore albo multiplici Lobel. obſeru. in fine, & icon. pag. 741.

A ſeminis, quod ex Syriâ adfertur, colore, citrina dicitur.

*III.*

Nigella flore maiore ſimplici.

Nigella Damaſcena & 3. Trago pag. 118. lib. 1. ca. 37.

Melanthiũ ſylueſtre Lob. obſ. pag. 428. & icõ. pa. 741.

Matthiolus fol. lat. pag. 528. lib. 3. cap. 78: & icon 4. pag. 493. hoc Melanthij ſylueſtris nomine pinxit, & Tabern. icon. pag. 72. ſub Melanthico agreſti. Verũ Matth. fol. lat. pag. 733. lib. 4. cap. 116. & icon. 4. pag. 821. eandem plantam nomine Iſopyri pinxit, verum infernè adpinxit vtrinque folium Aniſo ſimile, quo videatur Dioſcoridis Iſopyron exprimere. Ad imitationem huius figuræ Tabernæ. fol. pag. 365. lib. 1. ſect. 3. cap. 37. & icon. pag. 98. ſuam plantam effinxit.

*IV.*

Nigella flore maiore pleno.

Hanc ad nos miſit frater Ioh. Bauhinus nomine Melanthij cum maiore flore pleno, quod ipſi prouenit Anno 1594. in Illuſtriſſimi Principis D. Friderici, Ducis VVirtenbergici, horto, quẽ Montembelgardi colit: ſolo flore à priori differt, qui penè circinatæ rotunditatis eſt.

*V.*

Nigella aruenſis.

Nigella ſylueſtris & ſecunda Trago pag. 117. lib. 1. cap. 37. ſine icone.

Melanthium ſylueſtre alterũ capitulis reflexis aquilegiæ Lob. obſer. pag. 428: & icon. pag. 742.

Hoc Melanthium & Gith Dioſcoridis eſſe volunt.

*VI.*

Nigella Cretica.

Hæc caule eſt ſtriato virente glabro, folijs paucis oblongis, acutis, tripartitis, longioribus & latioribus, quã in vlla alia Nigellæ ſpecie, ex virore nigricãtibus, forma cũ ſuperioribus Naſturtij hortẽſis folijs cõuenientibus:

caulis ſummitati, flos vnicus ex quinq; folijs compoſitus, ſubcæruleus, quem Nigellę aruenſis flos, duplâ magnitudine ſuperat. Huius ramum ſiccum nobis miſit D. D. Doldius Norinbergâ, ex quo deſcripſimus vt potuimus, cùm nobis inferiora deſint folia, vt & radix & ſemen, quod ex Cretâ allatum ſcribit.

# SECTIO QVARTA.

## VMBELLIFERAE.

*CVMINVM: FOENICVLVM: ANETHVM: Meum: Pyrethrum: Ferula: Thapſia: Peucedanum: Daucus: Paſtinaca: Gingidium: Scandix: Caucalis: Apium: Sium: Smyrnium: Siſon.*

### *CVMINVM.*

KYMINON Dioſcoridi lib. 3. cap. 68. qui ſatiuum habet: & ſequenti capite ſylueſtre, alterũ quod in cacumine capitula habet rotũda: alterũ, quod à ſingulis floribus promit cornicula in ſublime exerta. Theophraſtus 7. hiſt. 4. cumini, inquit, plura ſunt genera. Plinius lib. 20. ca. 15. Cumini meminit Aethiopici, dein Africani, tum ſylueſtris.

Et ſanè hodie è Melita Cumini genera duo afferunt: alterum acrimoniæ vehementioris, ſubnigrum, quod cuminum acre vocant: alterũ candicans, guſtus lenioris, ſubdulce, quod cuminum dulce appellãt, (quod ab Hippocrate regium vocari ait Dioſcorides) eâ diuerſitate, q̄ in fœniculo dulci ſatiuo, & acri ſylueſtri ſpectatur.

*I.*

Cuminum fœniculi folio.

Cuminum ſatiuum Trago pag. 876. lib. 2. cap. 119: & Matth. fol. lat. pag. 506. lib. 3. cap. 60: icon. 4. pag. 463.

Cuminum Dioſcoridis Lob. icon. pag. 742. & Cuminum Dioſcoridis ſatiuum Lobel. obſeru. pag. 428.

*II.* Cu-

*II.*

Cuminum ſylueſtre capitulis globoſis.

Cuminum ſylueſtre primum Matth. fol.lat.pag. 506. lib.3.cap.60.& icon.4.pag.464.

Sylueſtre cuminum Dioſcoridis Lob. icon.pag.743.

---

*III.*

Cuminum ſylueſtre ſiliquoſum, Cuminum ſyl. alterum Dioſc.ſiliquoſum aduerſ. pag. 331. Differt ab Hypocoo folijs anguſtioribus, longioribus, glaucis: ſiliquis deorſum recuruis.

---

## *FOENICVLVM.*

Μάραθρον Dioſcoridi lib. 3. cap. 81. quod à marceſcendo dictũ putant, eò quòd ad condiẽda plurima, cùm inaruerit, cõmendatiſſimũ ſit. Latinis fœniculum, quod ſatum magno cum fœnore ſemen reddat.

Genera habet tria, fœniculum, hippomarathrum ſiue fœniculum ſylueſtre, quod duplex eſt. Sic & Plinius lib.20.cap.23.

*I.*

Fœniculum dulce. (259.b.

Fœniculum dulce vel Florentinum Geſn. hort. pag.

Fœniculum ſiue marathrum vulgatius dulce Lobel. icon.pag.775.& obſer.pag.448. Fœniculum.

Caule eſt vulgari breuiore, ſemine maiore albido, folijs & ſemine dulcioribus.

---

*II.*

Fœniculum vulgare.

Fœniculum Brunfelſ.fol.pag.24.tom.2.Rhap.4. & 4. pag.99. Sic & Trago pag.448.lib.1.cap.149.

Sponte virens reperitur in agris ſiccioribus Narbonenſium, & aliam huius, dicit Dodonæus fol. lat. pag. 295. ſpeciem folijs ſubnigricantibus rubentem, aliàs non differentem.

---

*III.*

Fœniculum ſylueſtre.

Fœniculum erraticum Matth.fol.lat. pag. 517. lib. 3. cap.67.ſine icone.

An Hippomarathrum Tabernæ. icon. pag. 67. & fol. pag. 196.lib.1.ſect.2. cap.13.

---

## *ANETHVM.*

Ἄνηθον Dioſcoridi lib.3.cap.67.παρὰ τὸ ἄνευ θεῖν, quòd citò creſcat.

Huius Theophraſto 7.hiſt.4.plura genera. Anethum Plinio lib.20.cap.18.

*I.*

Anethum.

Anethum Brunfelſ.fol. pag. 174. tom. 3. Rhap.87.& 4.pag.220.ſic & Lobel.obſer.pa.448. & icon. pag.776.

---

*II.*

Anethum ſylueſtre, grandiùs ſatiuo, folijs fœniculi, &c.Cæſalp.pag.283.lib.7.cap.11.

---

## *MEVM.*

Μεῖον ἀθαμαντικὸν, Meum athamanticum Dioſcoridi lib.1.cap.3.

Genera duo fecit Plinius lib. 20.cap. 23. nobilius Athamanticum vocant tanquàm ab Athamante inuentum:vel quoniã laudatiſſimũ in Athamante reperiatur.

*I.*

Meum folijs anethi.Meum Dioſc.& Plinij.

Daucus Creticus Trago pag.445.lib.1.cap.148.

Daucus Creticus Fuchſij Lobel. icon. pag. 777. & obſer.pag.448.Meum.

---

*II.*

Meum alterum vmbellâ albâ.

Meum aliud Lugd.pag.759.lib.6.cap.31.

---

*III.* Meum

*III.*

Meum alpinum floribus purpureis.

Muttellina vulgò in Alpibus. Caros vel Daucus alpinus quidam videtur Geſn. hort. pag. 268. & monte fracto pag. 64.

Muttelina Camer. in epit. Matth. pag. 8.

---

*IV.*

Meum adulterinum.

Meum ſecundum Matth. in ſecunda comm. edit. ſed in omnibus editionibus pictura omiſſa.

Spurium meum alterum Italicum Lobel. obſer. pag. 450. & icon. pag. 778.

---

*V.*

Meum Cicutæ folijs.

Meum Sileſiacum Camer. hort. pag. 101.

---

## *PYRETHRVM.*

Πύρεθρον Dioſcoridi lib. 3. cap. 86. (qui vnius meminit) ab igne nomen habet, ob radicis eius feruorem igneum. Saliuaris Romanis, quòd manſa ſaliuam eliciat. Apud Plinium lib. 28. cap. 9. nomen Pyrehri tantùm habetur.

*I.*

Pyrethrum vmbellâ candidâ.

Pyrethrum verum Matth. fol. lat. pag. 522. lib. 3. cap. 71. & icon. 4. pag. 484.

Pyrethrum alterũ Lob. obſ. pag. 447. & icon. pa. 775.

Hoc in horto Patauino collegimus, verùm vmbella lutea, longioribusque folijs, quàm pingatur.

---

*II.*

Pyrethrum folijs anethi. an Dioſcoridis?

Pyrethrum Geſneri Lugd. pag. 1170. lib. 10. cap. 46.

---

III. Pyre-

*III.*

Pyrethrum officinarum flore Bellidis maioris.

Pyrethrum Brunfelſ.fol. pag. 158. tom. 3. Rhapſ. 75. ſine icone,& 4.pag.257.vbi icon non conuenit.

Pyrethrum officinarum,Saliuaris Lobel.obſeru.pag. 447.& icon.pag.774.

---

*IV.*

Pyrethrum paruum alpinum.

Pyrethrum alpinum Geſnero hort.pag.274.b.

À Fratre Ioh.Bauhino plantulam accepimus.

---

## *FERVLA ET EIVS SVCCI.*

Νάρθηξ Dioſcoridi lib.3.cap.91. At Theophraſto 6. hiſt 2. νάρθηξ καὶ ναρθήκιον: id eſt, Gazâ interprete, Ferula & Ferulago proponitur.

Plinio li.13.ca.22.Ferula,cuius duo genera: Nartheca Græci vocant aſſurgentem in altitudinem: Narthecyan verò ſemper humilem: & Ferula ſine dubio eſt Thapſia,ſed ſui generis, &c. Et lib. 20. cap. 23. inquit, quæ ab vno caule diuiditur in cacumine fœmina putatur.

*I.*

Ferula fœmina Plinij.

Ferula Matth.fol.lat.pag.526.lib.3.cap.76. & icon.4. pag.490.Lob.obſer.pag.450.& icon.pag.778.

---

*II.*

Ferulago latiore folio.

Galbanifera ferula Lobel. obſeru. pag.451. & icon. pag.779.

Quibuſdam Narthecia Theophraſti, & Thapſia Dioſcoridis.

---

*III.*

Ferulago tenuiore folio.

Nar-

Narthecium Theophraſti, Ferulago Gazæ Lugd. pa. 754.lib.6.cap.28.

---

Cùm ex ferulâ tres diuerſi liquores effluant, auctore Dioſcoride lib.3.cap.91.95.97.98. eos vno alteróve verbo proſequamur, cùm diuerſas Ferulæ ſpecies oſtendant.

*I.*

Sagapenum σαγάπηνον.

Ferulâ imo caule vulneratâ, Sagapenum effici teſtatur Dioſcorides lib.3.cap.91.cap.de Ferula: & cap.95. liquorem plantæ ferulaceę (Panaci ſimili addit Cluſius) in Mediâ prouenientis: rectiùs docente Galeno appellaretur ὀπὸς σαγαπήνου, ſuccus ſagapeni, Officinis ſerapinū. Vide Coroll. Cluſij ad Dodonæi edit. Gall. pag. 562. cap.11.& alios.

---

*II.*

Galbanum.

Galbanum χαλβάνη, quibuſdam metopium. Liquor eſt ex ferula in Syria naſcente emanans, Dioſco. lib. 3. cap.79. Galenus 1. de Antidotis dicit Galbanum in Sagapenum conuerti: planta ex quâ Galbanum fluit Plinio Stagonitis dicitur. Plura in Coroll. Cluſij ad Dodon. edit. Gall. pag. 563. ca. 12. Apud Cordum in Dioſc. & in ſuâ hiſtor. Matthiolum, Cæſalpinum, & alios.

---

*III.*

Ammoniacum ἀμμονιακὸν.

Gummi aut liquor ex ſpecie Ferulæ, quam iuxta Cyrenem Aphrica gignit, cuius fruticem cum radice Agaſyllim vocant, Dioſcoride lib.3.cap. 80. teſte. Officinis Armoniacum & gummi Armoniacū. Liquor purior & melior θραῦσμα, id eſt, frictura Dioſcoridi, cui verò terra admixta, φύραμα, qui reijci debet. Plura in Coroll. Cluſij ad Dodon. edit. Gall. pag. 564. cap. 13. apud

 Cordum

Cordũ in Dioſcor. & in ſuâ hiſtor. Matthiolum, Cæſalpinum, & alios.

## THAPSIA.

ΘΑψίας nomen ideò accepit, quòd in Thapſo eiuſdem nominis Inſulâ primùm inuenta ſit, autore Dioſcoride lib. 4. cap. 157. quæ totâ naturâ ferulæ ſimilis, de quâ & Plinius lib. 13. cap. 22.

Meminit & Theophraſtus 9. hiſtor. 8. ipſius Thapſiæ.

*I.*

Thapſia fœniculi folio.

Thapſia Dioſcoridis Aduerſar. pag. 350. & Lobel. icon. pag. 779.

*II.*

Thapſia carotæ folio.

Thapſia Matth. fol. lat. pag. 762. lib. 4. ca. 150. & icon. 4. pag. 863.

Thapſia vulgaris Carotæ effigie Lobel. obſ. pag. 452. & icon. pag. 780.

An hæc Ferula ſagapenifera? huius radice aliqui pro Turbith vtuntur.

*III.*

Turbith Alexandrinum.

Turbitum, ſiue vt Arabes Turbit Cord. hiſtor. pag. 204. lib. 4. cap. 73. ſine icone.

Alexandrinum officinarum Turbith Lobel. icon. pag. 371.

## PEVCEDANVM.

Πευκέδανος Dioſcoridi lib. 3. cap. 92. Theophraſto 9. hiſt. 14. nomen ab amaritudine ſortitum eſſe ſunt qui velint; verùm à πεύκῃ, quæ Latinis pinus, dictum videtur.

videtur, ſiquidem folia cum pini folijs ſimilitudinem quandam habent, vnde & Pinaſtellum aliqui vocant. Peucedanum deſcripſit Plinius lib. 25. cap. 9.

*I.*

Peucedanum maius Italicum.

Peucedanum Matth. fol. lat. pag. 527. lib. 3. cap. 77. & icon. 4. pag. 491.

Peucedanum maius Italicum Lobel. obſer. pag. 454. & icon. pag. 782.

---

*II.*

Peucedanum Germanicum.

Peucedanum Trago pag. 881. lib. 2. cap. 121.

Peucedanũ, Fœniculũ porcinum Lob. icon. pag. 781.

Verùm in figura Lobelij & Dodonęi fol. lat. pag. 314. radicem comoſam requirimus, quemadmodum pingũt Tragus, Fuchſius, icon. 8. pag. 343. Dodonæus edit. Gall. pag. 208. lib. 2. cap. 94. qui etiam editione Latinâ radice dicit comoſâ.

---

*III.*

Peucedanum minus.

Peucedanum Pannonicum Cluſ. hiſt. Pann. pag. 696. lib. 4. cap. 15. ſine icone.

Saxifraga 3. Matth. fol. lat. pag. 628. lib. 4. cap. 15. & icon. 4. pag. 644.

Hanc in monte Waſſerfall collegimus.

---

*IV.*

Peucedano ſimilis ſelini ſemine.

Peucedani facie puſilla planta Lobel. icon. pag. 745.

An Selinum montanum pumilum Cluſij hiſt. Pann. pag. 702. lib. 4. cap. 18.

Plurimum cum ſuperiore conuenit, ſi non idem.

---

*V.*

Peucedano ſimilis.

Caucalis Lobel.icon.pag.727.

Caucalis 3.Tabern.fol.pag.360.lib.1.ſect.3.cap.35. & Caucalis Anglica,eidem icon.pag.97.

## *DAVCVS.*

DAucos Dioſcoridi lib.3.cap.83.cui tria ſunt genera. Primum Creticum folijs fœniculi: alterum ſylueſtri apio ſimile:tertium folijs coriandri. Plinius lib. 25.cap.9. Dauci (inquit) genera quatuor fecit Petronius Diodotus (Diocles libr. de ſalubribus quartum addidit,nempe Staphylinum)cùm ſint differentiæ duæ: probatiſſimæ in Cretâ fœniculi ſimilitudine: alterum folijs Coriandri:Si tertium genus facere libeat,eſt ſimile ſtaphylino,quod Paſtinacam erraticam appellant. Sic & lib.19.cap.5.

*I.*

Daucus folijs fœniculi tenuiſſimis.

Daucum primum Matth. fol. lat. pag.518.lib. 3. cap. 69.& icon.4.pag.480.

Daucum Creticum vocat.

Daucus Cretenſis verus Dioſc.Lobel.icon.pag.722. & obſer.pag.416.Daucus Cretenſis.

*II.*

Daucus montanus vmbellâ candidâ.

Daucus Creticus Geſn.hort.pag.256.b. & Camer.in epit.Matth.pag.536.

Daucus Creticus Cluſ.hiſt. Pann. pag.700.lib.4.cap. 17.ſine icone.

Non ſolùm in Baldo, ſed & Alpibus Heluetiorum (collegimus.

*III.*

Daucus montanus multifido folio.

Saxifraga Pannonica Cluſ.hiſt.Pann. pag. 698. lib. 4. (cap.16.

In monte Waſſerfall inuenimus.

*IV.* Dau-

*IV.*

Daucus ſeſeli pratenſis facie.

Saxifraga Anglicana facie ſeſeli pratenſis Monſpelienſis Lobel.obſeru.pag.456.& icon. pag.784.

---

*V.*

Daucus montanus apij folio maior.

Daucus ſecundus Matth. fol. lat.pag. 518. lib. 3. cap. 69.& icon.4.pag. 481.

Daucum alterum.

Daucus ſecundus Selinoides Lobel. obſer.pag.414. &icon.pag. 720.

---

*VI.*

Daucus montanus apij folio minor.

Apium montanum & Oreoſelinum nigrum Geſn. hort.pag. 247.b.

Dauci ſecundi Selinoidis varietas, ſiue Selinoides Cordi Lobel.obſer.pag.414.ſine icone.

---

*VII.*

Daucus campeſtris apij folio.

Dauci 2. genus Dalechampio Lugd. pag. 717.lib.6. cap.13.

---

*IIX.*

Daucus Coriandri folio.

Bunium Dalechampij Lugd. pag.774. lib.6. cap.39.

Multùm cum præcedente conuenit. Verùm in illo ſemen vt anethi oblongum: in hoc Hyoſcyamo minus, quod in βουνίῳ Dioſcoridis lib.4.cap.124.requirit.

---

*IX.*

Daucus pratenſis millefolij paluſtris folio.

Daucus pratenſis Dalechampij Lugd.pag.718.lib.6. cap. 13.

Frater Ioh.Bauhinus communicauit.

---

## PASTINACA.

PAſtinaca à paſcẽdo dicta videtur. alit enim corpus. Σταφυλῖνος forte à colore vuę nigricantis, cuius coloris vnius radix eſt, Dioſcoridi lib. 3. cap. 59, qui ſylueſtris, in cuius vmbellæ candidæ medio exiguum quiddam cernitur colore purpureo; & ſatiui meminit. Δαῦκον Theophr. lib. 9. cap. 15. Paſtinacam vertit Gaza, vbi colore croci dicit. at cap. 22. radicem nigram tribuit. Plinius lib. 20. cap. 5. Staphylinon paſtinacam erraticam vocant, quæ efficacior eſt ſatiuâ. Verùm plenius lib. 19. cap. 5. vbi oſtendit Paſtinacæ nomine Latinis ſignificari plantas quatuor. primam quæ ſatiua eſt: alteram agreſtẽ in pratis naſcentem: tertiam daucum ſtaphylinum altilem & hortenſem memoratam Galen. 6. ſimpl. quartam Daucum ſtaphylinum ſylueſtrẽ officinis notiſſimũ.

Duplex eſt Paſtinaca tenuifolia & latifolia: de tenuifolia tam ſatiua quàm ſylueſtri nunc; de latifolia inferiùs ſectione quinta.

*I.*

Paſtinaca tenuifolia ſylueſtris Dioſc. vel Daucus officinarum.

Staphylinus ſylueſtris Trago pag. 442. lib. 1. cap. 147. ſine icone.

Genuina ſylueſtris Paſtinaca Dioſcoridis Lob. icon. pag. 722. & obſer. pag. 416, Paſtinaca Dioſcoridis.

---

*II.*

Paſtinaca tenuifolia ſatiua radice luteâ.

Staphylinus primus Trago pag. 442. lib. 1. cap. 147.

Paſtinaca ſatiua Dioſcor. Daucus Theophraſti Lob. obſeru. pag. 416. & icon. pag. 723.

---

*III.*

Paſtinaca tenuifolia ſatiua radice albâ.

Staphylinus ſecundus Trago pag. 442. lib. 1. ca. 147.

Siſer

Siſer alterum radice albicãte Matth.icon.4.pag. 203. & fol.lat.pag.334. lib.2.cap.107.

*IV.*

Paſtinaca tenuifolia ſatiua radice atrorubente.

Staphylinus 3.Trago pag.442.lib.1.cap.147.

Paſtinaca ſatiua atrorubẽs,Daucus niger Theophraſti Lobel.obſer.pag.417.& icon.pag.723.

## *GINGIDIVM.*

Γιγγίδιον Dioſcorides lib. 2. cap. 167. herbã ſyluestri Staphylino ſimilem dicit: Idem habet & Plinius, qui lib. 20.cap.5.Gingidiũ ſimillimũ Staphilino ſcribit.

*I.*

Gingidium folio fœniculi.

Gingidiũ Dioſcoridis Rauvvolff. in ſuo itiner. num. 287.& ex eo Lugdun.in app.pag.34.

Hoc D.Doldius Norimbergâ miſit,ex horto D.D.Camerarij, qui figuram habet Rauvvolffio elegantiorem pag.16.iconum.

*II.*

Gingidium vmbellâ oblongâ.

Viſnaga Matth.fol.lat.pag.373.lib.2.ca.131.& icon. 4.pag. 277.

Viſnaga,Gingidium Anguillaræ Lobel. obſeru. pag. 419: & icon. pag.726.

*III.*

Gingidium alterum folijs Cherefolij.

Gingidium Matth.fol.lat.pag.373.lib.2. cap. 131. & icon.4.pag. 275.

*IV.*

Gingidium folijs Paſtinacæ latifoliæ.

Gingidium folijs Bauciæ Syriacum Lobel. obſeru. pag.418:& icon.pag.725.

*V.*Chæ-

*V.*

Chærophyllum Columellæ.

Cherefolium Brunfels.fol.pag.141.tom.3.Rhap.63. & 4.pag. 256.ſine icone.

Gingidij ſpecies videtur Cerefolium Lobel. obſeru. pag.419. ſine icone: & icon.pag. 280.parte 2.vbi Cerefolium dicitur.

An Plinij ſit lib. 19. cap. 8. aſſeri non poteſt propter breuitatem.Sed potiùs videtur Anthriſcus eiuſdem lib. 22.cap.22. Fortè Theophraſti 7.hiſtor. 7. ἐνθυσιακόν, Enthuſicum Gaza vertit.

---

## *SCANDIX.*

Σκάνδιξ apud Dioſcoridem lib.2.cap. 168. Gingidiũ ſequitur,quod ſylueſtre olus eſſe ſcribit: ſic & Plinius lib.22.cap.22. & Theophraſtus 7.hiſt.8. breuis eſt.

*I.*

Scandix vmbellâ ex apicibus coagmentata.

Scandix Lugd.pag.712.lib.6. cap.11.

---

*II.*

Scandix ſemine roſtrato vulgaris.

Pecten Veneris Matth.fol.lat.pag.374.lib.2. ca.137. & icon.4.pag.278.

Veneris pecten Plinij Lobel.obſer.pag. 419. & icon. pag.726.

An Plinij lib.24. cap.19. Veneris pecten à forma pectinum nomen habens.

---

*III.*

Scandix ſemine roſtrato Italica.

Hæc palmaris eſt, radice paruâ, albâ, fibroſâ, ex quâ cauliculi terni quaternique procumbentes prodeunt, circa quos folia Scandici vulgari ſimilia,ſed tenuiora: vmbellæ minores,floribus ſuccedunt ſemina oblonga acubus ſimilia,nõ tot vt in priori,vbi communiter octo obſer-

obſeruantur, ſed bina terna quaternáue, & illa hæc longitudine media ſuperant. Hanc miſit Doctor Doldius Norinbergâ, cuius ſemen Neapoli fuit miſſum.

*IV.*

Scandix Cretica.

Folia huius inferiora ſubrotunda, per oras obliquè diſſecta, Saxifragæ minoris Lobelij ſimilia, ſed nigriora, leuiter hirſuta, ſuperiora verò formâ Scandicis vulgaris diſſecta. Caulis cubitalis, anguloſus, ſtriatus, ſubhirſutꝰ: vmbella parua ſparſa floribus albis, at latioribus quàm in vulgari folijs, quibus ſuccedit ſemen roſtratum, decem, duodecim & pluribus roſtris ſimul iunctis: cuilibet roſtro apices duo quaſi aculei rigidi præfiguntur, quod & in Chærefolio obſeruare eſt. Patauio à Doctore Zvvingero accepimus.

*V.*

Scandix Creticæ ſimilis.

Ex radice gracili, oblonga, candida, caulem palmarē, tenuem, anguloſum, hirſutū potiſſ. parte infernâ emittit, folijs Scandicis vulgaris, ſed tenuioribus, flore puſillo albo in exiguis vmbellis, cui ſuccedit ſemen oblongum vt in Cretica, ſed breuiùs & pauciùs etiam in apice bipartitum, ſubhirſutum. Hāc Ioſephus Caſabona Magni Ducis Hetruriȩ Hortulanus Antriſcum Plinij vocat, & ex Cretâ ſemen accepit, quam ex horto Florentino habemus. Figura Apij ſylueſtri Dalechampij apud Lugdun. pag. 700. lib. 6. cap. 7. per omnia conueniret, ſi ſemen reſponderet & caulis hirſuti mentionem faceret.

## *CAVCALIS.*

Καυκαλὶς apud Dioſcoridem lib. 2. cap. 169. Scandicem ſequitur, quam alios Daucum ſylueſtrem vocare monet. Plinius lib. 21. cap. 15. inter olera recenſet, Dioſcoridem ſecutus.

*I.*

Caucalis apij folio.

Caucalis Matth.fol.lat.pag. 375. lib. 2. cap. 138. & icon.4.pag.279.

---

*II.*

Caucalis latifolia hirſuta, ſemine Chærefolij.

Anthriſcus Plinij Lugdun.pag.791.lib.6. cap.48.

---

*III.*

Caucalis latifolia altera ſemine aſpero.

Daucoides maius Cordo hiſt. pag. 159. b. lib. 2. cap. 141. ſine icone.

Caucalis flore rubeo folio latiore Lobel. obſer. pag. 420. & icon. pag. 728.

---

*IV.*

Caucalis aruenſis echinata magno flore.

Lappa agreſtis Tragi pag. 843. lib. 2. cap. 104.

Caucalis albis floribus vulgaris Lobel. obſeru. pag. 470. & icon. pag. 728.

---

*V.*

Caucalis aruenſis echinata paruo flore.

Lappa Boaria Plinij Lugd.pag.762.lib.6. cap.33.

---

*VI.*

Caucalis ſemine aſpero floſculis ſubrubentibus.

Daucoides minor Cordo hiſt. pag. 159.b. lib.2. cap. 141. ſine icone.

---

*VII.*

Caucalis ſemine ad caulium nodos echinato.

Ex radice oblongâ, tenui, albâ, bini ternive caules, qui dein in alios diuiduntur, rotundi, ſtriati, aſperi, quorum alij ſemipalmares incurui, alij bipalmares erecti prodeunt, quos folia paſtinacę ſylu. ſimilia, breuiora tamen & pauciora, multoq; tenuius diuiſa, aſpera, ex virore

rore nigricantia ad caulis ſingula penè internodia, floſculi exigui breuiſſimo pediculo inſidẽtes, quibus ſuccedunt ſemina plurima parua echinata conglobata. Hanc in horto Patauino Anno 1578. collegimus: poſtmodũ ad nos miſſa, nomine Lappulæ caninæ Cortuſi.

*IIX.*

Caucalis peregrina ſemine rugoſo.

Caucalis Hiſpanica Camer. hort. pag. 37. & icon. pag. 11.

## *APIVM.*

Σέλινον Dioſcoridi lib. 3. cap. 74. qui hortenſe primũ, dein ἐλαιοσέλινον, quod in humidis naſcatur: tum ὀρεοσέλινον à locis montoſis: quartò πετροσέλινον Macedonicum: quintò ἱπποσέλινον, quod alijs ἀγριοσέλινον, aliquibus σμύρνιον: tandem Σμύρνιον ſeu Petroſelinum in Cilicia proueniẽs, ſex diſtinctis capitibus proponit. Theophraſtus 1. hiſt. 4. de Selino agit, at 6. de cauſis 22. eius plura dicit eſſe genera, quæ vt habetur 7. hiſt. 4. differunt inter ſe cum folijs, tum caulibus. aliud enim folio ſpiſſo, criſpo, denſoq́; aliud rariore, latioreq́;, cauleq́; maiori: horum iterum aliud cãdidi caulis, aliud purpurei, aut verſicoloris. Plinius lib. 20. cap. 11. de Apio, Hipposelino, eleoſelino & oreoſelino, & ſequenti capite de petroſelino & buſelino agit.

*I.*

Apium hortenſe ſeu petroſelinum vulgò.

Petroſelinon Brunfel. fol. pag. 121. tom. 3. Rhap. 48. & 4. pag. 290.

Apium hortulanum.

Apium hortenſe Lobel. icon. pag. 706: & obſer. pag. 405. Selinon ſiue Apium hortenſe.

Selinon ſeu apium Theophraſti & Dioſcoridis: Apium mas Plinij.

*II.*

Apium vel petroſelinum criſpum.

Apium criſpum vel multifolium Taber.icon.pag.90: & fol.pag.32.lib.1.ſect.3.cap.24.Apium criſpum.

Apium hortenſe criſpatum Lugdun. pag. 700. lib.6. cap.7.ſine icone.

---

*III.*

Apium hortenſe maximum.

Folia ex radice pediculis palmaribus & ſeſquipalmaribus,ſtriatis pallidè virentibus prodeunt,tripartitò primùm diuiſis,quorũ quodlibet rurſus tripartitur, ipſæq; dein particulæ triplo quadruplóve quàm in Petroſelino communiter dicto, maiores per ambitum inciſæ, pallidè virentes: at in caulis ſummitate vt in Petroſelino oblonga anguſta minimè inciſa. Caulis cubitalis & ſeſquicubitalis tenuis ſtriatus, in cuius faſtigio vmbella parua exiguorum floſculorum alborum, quibus ſuccedunt ſemina Petroſelino ſimilia,ſed duplo triplóue maiora guſtu nonnihil aromatica. Radix oblonga eſt albida & pro ratione plantæ tenuis. Nunc in hortis colitur, vbi primum nomine Apij Anglicani creuit. An fortè de hoc Anguillara pag. 122. opin.7. dum de Selino agit, quod in vniuerſa Græcia potiſſimùm in Chio & Creta pro Selino habeatur.

---

*IV.*

Apium montanum folio tenuiore vmbella rubente.

Petroſelinum Dalechampij Lugd.pag.702.lib.6.c.7.

---

*V.*

Apium montanum folio ampliore.

Oreoſelinum ſiue Petroſelinum Lobel. obſeru. pag. 406.& icon.pag.707.

Apium criſpum, Thyſælinum Plinij & Agrioſolium Galeni vocabat Guilandinus.

---

*VI.* Apium

*VI.*

Apium ſylueſtre lacteo ſucco turgens. (cap.46.

Apium ſylueſtre Dodo. fol. Gall. pag. 423. lib. 5.

Olſenichium Cord.hiſtor.pag. 149. lib. 2. cap. 98. ſine icone.

Thyſſelinum Plinij Lobel. obſeru. pag. 409. & icon. pag.711.

Ad Daucum fortè referri poſſet. Quare Daucus paluſtris Geſnero dicitur.

---

*VII.*

Apium peregrinum folijs ſubrotundis.

Selinum peregrinum Cluſ.hiſt. Hiſp. pag. 431. lib.2. cap.62. ſine icone.

Daucus ſecundus dicebatur Guilandino, cùm illi in horto Medico Patauino lectum, oſtenderemus.

---

*VIII.*

Apium peregrinum Cicutæ folio.

Selinum peregrinum ſecundum Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 432.lib.2.cap.72.ſine icone.

---

*IX.*

Apium paluſtre.

Apium Brunfel. fol. pag. 107. tomo 3. Rhapſ. 39. & 4.pag.287.

Elioſelinum, paludapium Lobel. obſeru.pag. 405. & icon.pag.707.

Quibuſdam Hippoſelinon Dioſcoridis, & Apium latiore folio caule verſicolore Theophraſti.

---

*SIUM.*

Σίον Dioſcoridi lib.2.cap. 154. ἀπὸ τοῦ σείειν, quia in aquis vacillando ſuccutiatur à præterlabentibus aquis: vel potiùs ab excutiendis calculis. Plinio lib. 22. cap.22. Sion dicitur.

---

*X.*

Apiũ paluſtre alterũ folijs oblõgis ſerratis, ſiue Sion.

Sion odoratum Trago pag. 465. lib. 1. cap. 155.

Sium ſiue Lauer Dioſcoridis Oluſatri folio, ſiue Paſtinaca aquatica Lobel. icon. pag. 208. & obſer. pa. 105. Sion ſiue Lauer.

Quibuſdã ἐλεοσέλινον Dioſcoridis, Theophraſti & Plinij.

*XI.*

Sium latifolium.

Sium maius latifolium & Apium paluſtre Tabern. fol. pag. 248. lib. 1. ſect. 3. cap. 1. & icon. pag. 78.

Habetur & paulò minùs, quod Sij medij nomine Tabernæmontanus pingit.

*XII.*

Sium maius erucæ folio.

Sium alterum Oluſatri facie Lobel. obſer. pag. 105. & icon. pag. 208.

*XIII.*

Petroſelinum Macedonicum Dioſcoridis.

Petroſelinum Macedonicum Matth. fol. lat. pag. 513. lib. 3. cap. 64. & icon. 4. pag. 473.

*XIV.*

Hippoſelinum vel Smyrnium vulgatum.

Petroſelinon Alexandrinum vel Hippoſelinum Germanicum Trago pag. 436. lib. 1. cap. 145.

Hippoſelinũ ſiue Oluſatrũ Dioſc. Macedonicũ Belgarũ Lob. obſeru. pag. 407. ſine figurâ, & icon. pag. 708.

*XV.*

Smyrniũ verum peregrinũ: vel Smyrniũ Dioſcoridis.

Smyrnium Creticum Matth. fol. lat. pag. 515. lib. 3. cap. 65. & icon. 4. pag. 476. (at figura quo ad partem ſuperiorem bona eſt, quo ad inferiorem vitioſa) quare adproba-

probatur Dodonæi & Lobelij icon: Hoc non animaduertens Herbarij Lugdun. author propoſuit vitioſam Matthioli iconem pa. 707. dein bonā Lobelij pag. 707.
Smyrnium Lobel. obſer. pag. 407. & icon. pag. 709.

### *SISON.*

Σίσων Dioſcoridi lib. 3. cap. 64.
Siſon quod Amomum Officinis noſtris.
Amomum Germanicū Trago pag. 461. lib. 1. ca. 154.
Petroſelinum Macedonicum Fuchſij (icon. 8. pag. 376.) Dodo. fol. lat. pag. 685. pempt. 5. lib. 4. cap. 4.

# SECTIO QVINTA.

*PASTINACA LATIFOLIA: SISARVM: ANGElica: Imperatoria: Laſerpitium: Panax: Sphondylium: Barba Capræ: Libanotis latifolia: Liguſticum: Libanotis: Ferulæ folio: Carui: Coriandrum: Aniſum: Ammi: Pimpinella: Myrrhis: Cicuta: Seſeli: Siler: Bulbocaſtanum: Oenanthe: Filipendula: Pedicularis.*

### *PASTINACA LATIFOLIA.*

ΕΛΑΦΟΒΟΣΚΟΝ Dioſcoridi lib. 3. ca. 80. dicitur: Plinio lib. 22. cap. 22.
Elaphoboſcon: id eſt pabulum cerui, hoc enim pabulo ceruos reſiſtere ſerpētibus fama eſt, vt Plinius tradit.

*I.*

Paſtinaca ſatiua latifolia.
Paſtinaca ſatiua Tragi pag. 440. lib. 1. cap. 146. figura (non bona.
Paſtinaca domeſtica vulgi Lob. obſ. pag. 407. & icon. pag. 709.

*II.*

Paſtinaca ſylueſtris latifolia.
Paſtinaca ſylueſtris Trago pag. 439. lib. 1. cap. 146.

Siſer ſylueſtre Fuchſij fol. pag. 753. cap. 287. & icon. 8. pag. 439.

*III.*

Paſtinaca Syriaca.

Secacul Arabum & Maurorum Rauvvolff. Itiner. nu. 74. & ex eo Lugd. append. pag. 24.

*IV.*

*SISARVM* quod cum Elaphoboſeo Dioſc. multùm conuenit.

Siſer Brunfel. fol. pag. 198. tom. 3. Rhapſ. 111. & 4. pa. 225. vtroque loco figura vitioſa.

Siſarum Lobel. obſer. pag. 408: & icon. pag. 710.

Hoc Elaphoboſium Dioſcoridis & Plinij videtur.

## *ANGELICA.*

ANgelica & Sancti Spiritus radix, à ſuauiſſimo eius radicis odore, quem ſpirat, aut ab immensâ contra venena facultate.

*I.*

Angelica ſatiua: Laſerpitio cognata.

Angelica Brunfel. fol. pag. 66. tom. 3. Rhap. 21. & 4. pag. 272. ſine icone.

Angelica, Smyrnium Cordi, Lobel. obſer. pag. 398. & icon. pag. 698.

Alij ad Smyrnium, alij ad Laſerpitium Cyrenaicum referunt.

Hæc variat radice. noſtra enim craſſiore eſt radice nec nigricante facileque corrumpitur : at Bohemica radice eſt minore nigricante diutiusque reſeruari poteſt.

*II.*

Angelica ſylueſtris maior.

Angelica ſylueſtris & 2. Trago pag. 422. lib. 1. cap. 140.

Ange-

Angelica ſylueſtris Lobel.icon.pag.699.

Hæc in locis humidioribus folijs eſt tenuioribus.

*III.*

Angelica ſylueſtris erratica.

Pyonocomos Brunfel.fol.pa.165.Tom.3.Rhapſ.82. & 4.pag.263.

Podagraria Germanica aut Belgica Lob. obſer.pag. 398.& icon.pag.700.

Mirè variat foliorum inciſuris.

*IV.*

Angelica ſylueſtris montana.

Archangelica Cluſ.hiſt.Pann.pag.694. lib. 4. cap.14. ſine icone.

*V.*

Angelica aquatica:& Geſn.de hort.pag.247.

Archangelica Dod.fol.lat. pag.316. pempt. 2.lib. 5. cap.24.& Lobel.icon.pag.701.

*IMPERATORIA.*

*I.*

IMperatoria media inter Laſerpitium & Panaces.

Aſtrantia Brunfelſ.fol.pag.66. Tom.3.Rhap.21. & 4.pag.272.

Smyrnion hortenſe vulgò Oſteritium Trago pag. 433.lib.1.cap.144.

Imperatoria, Oſtrutium Lobel. obſeru.pag. 398. & icon.pag.700.

*II.*

Imperatoria montana.

Imperatoria Alpina vel Aſtrantia alpina, Camer. ad Epit.Matth.pag.533.

*LASERPITIVM* gallicum.

Mm Laſer-

Laſerpitium Silphium Aduerſ.pag.313.& Lob.icon. pag.702.

---

Laſerpitium σίλφιον Dioſc. lib. 3. cap. 94. ſuccus eſt plantę, quæ Græcis σίλφιον: Latinis Laſer & Laſerpitium dicitur. Species duæ: altera enim propter odorem vehementem & nigratum à Medicis & Pharmacopæis aſa fœtida nominatur. Cluſio in Corollario ad Dodon. Gall. in fol. pag. 561. cap. 11.

---

## *PANAX.*

Πάναξ & πάνακες, quaſi πᾶσιν ἄκος, omnibus remediũ adferẽs, quaſi omnia ſanans. Panacis genera quatuor Theophraſto 9. hiſtor. 10. primum quod in Syria naſcitur: ſecũdum, Chironium; tertium Aeſculapicum: quartum Herculanum. Chironium folio ſimile Rumici: Aeſculapium, folio Thapſiæ. Herculanum folio magno & amplo, vt quoque verſus tres palmos perficiat. Dioſcorides libr. 3. capit. 55. 56. 57. tria habet genera. πάνακες ἡράκλειον, ex quo Opopanax colligitur folijs ficulneis quinq; partitis: πάνακες ἀσκληπιοῦ folijs fœniculi: πάνακες χειρώνιον folio Amaraci.

*I.*

Panax Oluſatri folio, an Syriacum Theophraſti?
Sagapenum exiſtimatum Geſn. hort. pag. 278.
Panax altera Lobel. obſer. pag. 400.
Panax altera recentiorum Oluſatri aut paſtinacæ folio Lobel. icon. pag. 702.

---

*II.*

Panaces Coſtinum.
Pſeudocoſtus Matth. fol. lat. pag. 46. lib. 1. cap. 15. & icon. 4. pag. 20.

---

*III.* Panax

*III.*

Panax Sphondylij folio quod Heracleum.

Panaces Heracleum Matth.fol.lat.pag.497.lib.3.ca. 48.& icon.4.pag.449.

Panax Heracleum Lobel. obſeru. pag. 399. & icon. pag.701.

Floribus eſt albis, luteis dicit Dioſcorides, tales ſe vidiſſe teſtatur Lobelus.

---

Opopanax panacis Heraclij lachryma ex inciſâ radice, vide Cord.in Dioſc.pag.54.lib.3.cap.55.& in hiſtor. pag.210.lib.4.cap.106.

---

## DE PANACE ASCLEPIO INFERIVS.

### *SPHONDYLIVM.*

CVm folia Panacis habeat Sphondylium auctore Dioſcoride lib.3.cap.90. meritò ſubijcimus. Spōdylion Plinio lib.12.cap.26.& lib. 24. ca.6.

*I.*

Sphondylium hirſutum.

Branca vrſina Brunfel. fol. pag. 149. Tom. 3. Rhapſ. 71. ſine icone. & 4. pag. 255. cum vitioſâ icone.

Spondylium, Acanthus Germanica Fuchſij Lobel. obſer.pag.401.& icon.pag.703.

Hoc in montibus maius reperitur quàm in pratis, hinc duæ figuræ in icon. Tabernæmōtani pa. 92. Sphōdylij primi & ſecundi nomine, qui edit.in folio pa. 348. lib. 1. ſect. 3. cap. 31. & tertij meminit, quod minoribus ſit folijs & criſpis qua re à vulgari differat, at iconem non addit.

---

*II.*

Sphondylium glabrum.

Hoc bicubitalē altitudinē exurgit caule geniculato: folijs glabris triploq; q̄in vulgari latiorib. cōmuniter triparti

tis per marginem inciſuris minimè profundis diuiſis, quæ longis donantur pediculis leniter hiſpidis: in caulis ſummitate vmbella floſculorum candidorum, ſed multò quàm in vulgari minorum. Semen non obſeruauimus. Radice eſt craſsâ, albâ. In monte Waſſerfall collegimus comitantibus plurimis, inter quos Cl. Doctor Martinus Chmielecius ſummus amicus noſter, qui inde in hortum tranſtulit, & in tertium annum perſtitit.

## *BARBA CAPRAE.*

### *I.*

BArba Capræ (à florum figura, quæ barbam caprinam referre videtur) floribus oblongis.

Barbula capræ & barba caprina ſylueſtris Trago pag. 283. lib. 1. cap. 95.

Barba capri Fuchſio fol. pag. 180. cap. 65.

Melandrypon Plinij lib. 26. cap. 7. quibuſdam.

### *II.*

Barba capræ floribus compactis.

Barbula caprina prior Trago pag. 281. lib. 1. cap. 95. ſine icone.

Barbicapra, & Vlmaria (à folijs vlmo ſimilibus) vulgi Lobel. icon. pag. 111.

Rhodora Plinij fortè lib. 24. cap. 19.

## *LIBANOTIS LATIFOLIA.*

Λιβανωτὶς Theoph. lib. 9. cap. 12. quoniam eius radix ὄζει λιβάνου, thus redoleat. Genera duo fecit, alterũ ſterile, alterum fertile, & alterum tàm fructu quàm folio vtile, alterum tantùm radice: fructiferum folium paluſtri apio ſimile, ſed maius habet: Sterile folio lactucæ amaræ conſtat. Plinius lib. 19. cap. 12. confusè agit de Libanotide, ſicut & lib. 20. ca. 16. cum Conytis miſcens.

I. Liba-

*I.*

Libanotis apij folio.

Libanotis Theophraſti minor Lob. obſeru.pag.402. & icon. pag.705.

---

*II.*

Libanotis latifolia maior.

Libanotis Theophraſti maior Lobel.obſer.pag.402. & icon.pag. 704.

---

*III.*

Libanotis latifolia altera.

Seſeli primum Trago pag. 877. lib.2. cap. 120. ſine icone.

Libanotis Theophraſti Lob.obſer.pag. 402. & icon. pag.704.

---

*IV.*

Libanotis latifolia aquilegiæ formâ.

Seſeli Aethiopicum alterum Camer. hort. pag. 159.

Hoc Doctor Doldius Norinbergâ ex Cl. Camerarij hortto tranſmiſit.

---

*V.*

*LIGVSTICVM* vulgare, an Libanotis fertilis Theophraſti?

Leuiſticus Brunfel.fol.pag.116.tom.3.Rhap.44.

Leuiſticum, Germanicum laſerpitium Lobel. obſer. pag.401.& icon.pag.703.

Quibuſdam Hippoſelinum: alijs Smyrnium: alijs Laſerpitium.

---

## *LIBANOTIS FERVLAE FOLIO, & Panax Aſclepias.*

DIoſcoridi lib.3.cap.87. duo ſunt genera. Vnū fœcundum, cuius ſemē rotundum, anguloſum, acre, linguam exurens, & cachrys vocatur, folijs fœniculi: cui

alterum conſimile, ſemine lato minimè exurente. Sterile illorum ſimilitudinem refert, ſed neq; caulem, neque florem, neq; ſemen promit. His addit ſequenti capite Libanotidem coronariam, quam Romani ῥοσμαρῖνον vocitēt, ſed hęc alterius eſt loci, de quâ infrà lib. 6. ſect. 3.

*I.*

Libanotis ferulæ folio ſemine craſſo.

Libanotis ſeu Roſmarinum Matth. fol. lat. pag. 524. lib. 3. cap. 73. Roſmarinum eidem icon. 4. pag. 486.

Cachrys verior, Libanotis Galeno Lobel. obſer. pag. 455. & icon. pag. 783.

*II.*

Libanotis ferulæ folio ſemine lato.

Panax Aſclepium ferulæ facie Lobel. obſer. pag. 455. & icon. pag. 783.

Cenſetur Panax Aſclepias Theophraſti 9. hiſt. 10. & Plinij lib. 25. cap. 4.

*III.*

Libanotidi ſecũdæ ſimilis ſeu Panax Aſclepiũ primũ.

Panaces Aſclepium Matth. fol. lat. pag. 498. lib. 3. cap. 50. & icon. 4. pag. 450.

Hanc à priore diuerſam facimus cùm vtramque in horto Patauino collegerimus.

*IV.*

Panax Aſclepium ſecundum.

Panax Aſclepium alterum Dalechampij Lugd. pag. 740. lib. 6. cap. 24.

*V.*

Libanotis minor vmbellâ candidâ.

Libanotis minima Lugd. pag. 766. lib. 6. cap. 34.

Multum cum ſaxifragâ Anglicanâ Lobelij icon. pag. 784. conuenit.

*CARVI.*

Κάρος Dioſcoridi lib. 3. cap. 66. κάρεον Aetio: καρναβάδιον Simeoni Sethi libello de Alimentis.

Cuminum pratenſe, Carui officinarum.

Caros Brunfel. fol. pag. 138. tom. 3. Rhapſ. 59. & 4. pag. 196. ſine icone.

---

*CORIANDRVM.*

Κόριον ἢ κορίαννον Dioſcoridi lib. 3. cap. 71. ſic dictum putant aliqui, quòd folia eius & caules cimices redoleant. Κορίαννον Theophraſto 7. hiſt. 1. & 4. cauſ. 3. cui plura ſunt genera 4. hiſt. 7. Et Plinio lib. 20. cap. 20. Coriandrum quod inter ſylueſtria non inueniri ſcribit: at nuper in Hiſpaniâ ſylueſtre repertum.

*I.*

Coriandrum maius.

Coriandrum Brunfel. fol. pag. 203. tom. 1. Rhapſ. 34. & 4. pag. 63. Lobel. obſer. pag. 403. & icon. pag. 705.

---

*II.*

Coriandrum minus teſticulatum.

Coriandrum alterum minus odorum Lobel. obſeru. pag. 404. & icon. pag. 706.

---

*III.*

Coriandrum ſylueſtre.

Coriandrum ſylueſtre Myconi Lugd. pag. 736. lib. 6. cap. 23.

Multùm cum minore conuenit, non tamen idem, ſiquidem huius grauior ſit odor quàm ſatiuo, contrà verò in minore.

---

*ANISVM.*

Ἄνισον Dioſcoridi lib. 3. cap. 65. Aniſum alijs anicetum (id eſt omnibus alijs medicamentis præcellens) Plinio lib. 20. cap. 17.

Ani-

Aniſum: & Brunfels fol. pag. 105. tom. 3. Rhap. 38. & Lobel. obſer. pag. 415. & icon. pag. 722.

---

## *AMMI.*

Ἄμμι Dioſcoridi lib. 3. cap. 70. quod αἰθιοπικὸν καὶ βασιλικὸν κύμινον vocant, Plinio lib. 20. cap. 15. Ammi quod Græci vocant, Cumino eſt ſimillimum: quidam Aethiopicum cuminum eſſe exiſtimant; Hippocrates regium appellat.

*I.*

Ammi maius.

Ammi Trago pag. 874. lib. 2. cap. 118.

Ammi vulgatius Lob. obſ. pag. 415. & icon. pag. 721.

Quibuſdam Bubonium Hippocratis in morbis mulieb. alijs Bupleuron Plinij.

Variat folijs aliquando plurimùm inciſis, & nonnihil criſpis.

---

*II.*

Ammi alterum ſemine apij.

Ammi Matth. fol. lat. pag. 507. lib. 3. cap. 61. & icon. 4. pag. 467.

Ammi Creticum aromaticum Lob. obſer. pag. 414. & icon. pag. 724.

---

*III.*

Ammi paruum folijs fœniculi.

Ammi paruum Dod. fol. Gall. pag. 192. lib. 2. cap. 79.

Ammi perpuſillum Lobel. obſeru. pag. 414. & icon. pag. 725.

---

## *PIMPINELLA.*

*I.*

Pimpinella maior vmbellâ candidâ.

Pimpinella Brunfel. fol. pag. 28. tom. 3. Rhap. 4. & 4. pag. 164.

Pim-

Pimpinella maior Fuchſij Lobel. obſer. pag. 413. & icon. pag. 720.

Oreoſelinon Dioſcoridis ſunt qui velint eſſe: alij Saxifragam faciunt.

Varietas aduertitur in folijs, quæ in vnâ ſplendent & ex atro virent, in alterâ minimè: inuenitur & in lacinias diuiſa: Quibuſdam in locis ad radicem quædam habet grana, quorum medulla mutatur in colorem rubeum, cuius vſus ad tincturam Carmeſini, Lacuna pag. 404. lib. 4. cap. 49. Coccus radicum dici poterit.

---

*II.*

Pimpinella maior altera.

Pimpinellæ ſecunda ſpecies Trago pag. 466. lib. 1. cap. 156. ſine icone.

Cauliculi & venæ foliorum interdum purpuraſcunt, feruore & acrimoniâ primum genus ſuperat.

---

*III.*

Pimpinella maior vmbella rubente.

Saxifraga maior in Alpibus flore rubente Geſn. hort. pag. 279.

---

*IV.*

Pimpinella minor.

Pimpinellæ tertia ſpecies Trago pag. 467. lib. 1. cap. 156. ſine icone.

Saxifraga parua Dodo. fol. lat. pag. 312. pempt. 2. lib. 5. cap. 21.

Bipinella. Saxifraga hircina minor Lobel. obſer. pag. 413. & icon. pag. 719.

Tragium Dioſcoridis cenſet Columna pag. 76.

Folia interdum laciniata, interdum anguſtioribus & oblongis inciſuris diuiſa.

---

*V.*

Pimpinella, ſanguiſorba maior.

Pimpinellæ Italicæ 2. genus Trago pag. 469. lib. 1. cap. 157. ſine icone.

Sanguiſorba altera, maior, ſiue Pimpinella Lob. obſ. pag. 412. & icon. pag. 719.

*VI.*

Pimpinella, ſanguiſorba minor hirſuta.

Pimpinella Italica 1. Trago pag. 470. lib. 1. cap. 157.

Pimpinella Lobel. obſer. pag. 412. & icon. pag. 718.

Alijs Tragium ſecundum Dioſcoridis: fortè ſiderites altera Dioſcoridis lib. 4. cap. 34. & fortè Siſſitieteris Plinij lib. 24. cap. 17.

*VII.*

Pimpinella ſanguiſorba minor leuis.

Pimpinella ſatiua læuis Geſn. de hort. pag. 272. b.

Cultu à priore ſolùm differre videtur, ab Italis namq; in vſum acetariorum colitur, quę tamē & in Gallia Narbonenſi ſpontè prouenit.

## *MYRRHIS.*

Μύῤῥις ſiue μύῤῥα Dioſcoridi lib. 4. cap. 116. Plinio lib. 24. cap. 10. Myrrhis quæ alijs Smyrrhyza, alijs Myrrha dicitur.

*I.*

Myrrhis maior.

Myrrhis Matth. fol. lat. pag. 728. lib. 4. cap. 110 & icon. 4. pag. 813.

Myrrhis, Seſeli peloponenſe Anguillaræ, Lobel. obſ. pag. 423. & icon. pag. 734.

Alijs Cicutarię, alijs Cerefolijs ſpecies: nonnullis Seſeli Peloponenſe.

*II.*

Myrrhis minor.

Myrrhis altera parua Lobel. obſeru. pag. 423. & icon. pag. 734.

*III.* Myr-

*III.*

Myrrhis Broccenbergenſis Thalyo in ſua Harcynia pag.77.quid?

---

*IV.*

Myrrhis ſylueſtris.

Chærefolium ſylueſtre Trago pag.471.lib.1.ca.158. ſine icone.

Myrrhis Fuchſio fol.lat.pag.524.cap.198. & icon.8. pag.298.

---

## *CICVTA.*

Κώνειον Theophr.1.hiſt.8.& 6.hiſt.2.Dioſcoridi lib.4. cap.79.Etymologicus ita nominatum tradit διὰ τὸ γινόμενον εἰλιγγμὸν, καὶ σκότον τοῖς πίνουσι, Plinio lib.25.cap.13. Cicuta, cuius caulem viridem à pleriſque edi ſcribit: verùm qui ſapiunt ab huius eſu, Socrateo exemplo moti abſtineant. de hâc in præſens, propter externam quam habet cum myrrha ſimilitudinem.

*I.*

Cicuta maior.

Cicuta Trago pag 474.lib.1.cap.159.Lobel. obſeru. pag.422.& icon.pag.732.

Variat folijs aliquandò latioribus, aliquandò tenuioribus.

---

*II.*

Cicuta minor.

Petroſelini vitium Trago pag.462.lib.1.cap.154. ſine icone.

Cicutaria fatua Lobel.icon.parte 2.pag.280.

---

*III.*

Cicutaria latifolia fœtida.

Seſeli Peloponenſe Matth.fol.lat.pag.502.lib.3.cap. 53.& icon.4.pag.459.

Cicutaria latifolia fœtidiſſima perperàm Seſeli Peloponenſe quorundam Lobel. obſer. pag. 423. & icon. pag. 733.

*IV.*

Cicutaria latifolia fœtidiſſima altera.

Tucro, Thapſiæ genus Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 431. lib. 2. cap. 71. ſine icone.

*V.*

Cicutaria latifolia tertia.

Cicutaria maxima Brancionis Lobel. obſer. pag. 422. & icon. pag. 732.

*VI.*

Cicutaria paluſtris latifolia alba.

Cicutaria alba Lugdun. pag. 789. lib. 6. cap. 46.

*VII.*

Cicutaria paluſtris latifolia rubra.

Cicutaria rubra Lugd. pag. 789. lib. 6. cap. 46.

*IIX.*

Cicutaria paluſtris tenuifolia, Phellandrion eſt. Plinij lib. 28. cap. 12.

Liguſticum ſylueſtre Trago pag. 427. lib. 1. cap. 141. ſine icone.

Fœniculum ſylueſtre eidem pag. 447. lib. 1. cap. 149. ſine icone.

Cicutaria paluſtris Lobel. obſeru. pag. 424. & icon. pag. 735.

Phellandrion dicitur Plinio lib. 28. cap. 12. Sunt tamen qui velint ab eodem dici Silaum lib 27. cap. 8.

*IX.*

Cicutaria bulboſa.

Cicu-

Cicutaria Pannonica Cluſ. hiſt. Pann. pag. 703. lib. 4. cap. 19. ſine icone.

Myrrhis. Cicutaria Tabernæm. icon. pag. 98.

---

## *SESELI.*

Σέσελι Dioſcoridi lib. 3. cap. 60. qui quatuor capitibus de eo agit, diſtinguens in μασσαλεωτικὸν, folijs fœniculi: αἰθιοπικὸν folijs hederæ: πελοποννησιακὸν folijs cicutę latioribus: κρητικὸν ſiue τορδύλιον: huius & Plinius lib. 20. cap. 22. Tordylij nomine meminit.

*I.*

Seſeli Peloponenſe.

Thapſia latifolia Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 430. lib. 2. ca. 71.

Peloponenſe ſeſeli maius Lobel. obſeru. pag. 424. & icon. pag. 736.

Seſeli Peloponenſe folio cicutæ Lob. icon. pag. 735.

Solâ magnitudine differunt hæ duæ in iconibus propoſitæ, quod in decliuibus montis Cetij ad mare, cùm Monſpelij eſſemus, collegimus.

---

*II.*

Seſeli montanum Peloponenſis folio.

Seſeli mõtanum primum vel Alpinum Cluſ. hiſt. Pan. pag. 690. lib. 4. cap. 14.

An Liguſticum alterum Belgarum Lobel. obſer. pag. 457. & icon. pag. 786?

---

*III.*

Seſeli Creticum maius.

Tordilion ſiue Seſeli Creticum maius Lobel. obſeru. pag. 425.

Seſeli Creticum ſiue Tordilion maius Lobel. icon. pag. 737.

In montibus Euganeis collegimus.

---

*IV.*

Seſeli Creticum minus.

Tordylion Dodo.fol.Gall.pag.199.lib.2.cap.86.

Seſeli Creticum Lobel. icon. pag.736.

*V.*

Seſeli Aethiopicum herbariorum.

Seſeli Aethiopicum alterum Matth.fol. lat. pag.502. lib.3.cap.53.

Seſeli Aethiopicum Aduerſ. pag. 284. Lobel. icon. pag.634.

*VI.*

Seſeli Maſſilienſe ferulæ facie.

Seſeli Maſſilienſe ferulæ aut Dauci Cretici facie Lobel.obſeru.pag.457.

Seſeli Maſſilienſe nuperorum Lobel. icon. pag. 785.

Seſeli Maſſilienſe Matth. fol. lat. pag. 502. lib. 3. cap. 53.& icon.4. pag.457. Ex Baldo.

*VII.*

Seſeli Maſſiliēſe fœniculi folio, qd Dioſcoridis cēſet.

Seſeli Maſſilienſe folio fœniculi craſſiore Aduerſ. pag.352.& Lobel.icon.pag. 785.

*IIX.*

Seſeli montanum fœniculi folio.

Seſeli montanum tertium vel montanum anguſtifolium Cluſ.hiſt.Pann.pag.691.lib.4.cap.14. ſine icone.

*IX.*

Seſeli paluſtre Camer.hort.pag.159. quid?

*X.*

Seſeli pratenſe. Silaus fortè Plinij lib.26. cap.8.

Paſtinaca nigra ſylueſtris Cordo in hiſt.pag. 100. lib. 1.cap.42.

Seſeli pratenſe Monſpelienſium Lobel. obſeru. pag. 425.& icon. pag.738.

*SILER.*

## *SILER.*

*I.*

*SILER* montanum.

Liguſticum Matth.fol.lat.pag.499.lib.3.cap.51.& icon.4.pag.452.

Siler montanum officinarum Lobel.obſer.pag.425.& icon.pag.737.

Quibuſdam Liguſticum Dioſcoridis: alijs eiuſdem Seſeli Maſſilienſe: alijs eiuſdem Seſeli Peloponenſe.

Latiore ſemine & breuiore variat.

---

*II.*

Siler folijs cicutæ.

Siler Creticum Camer.hort.pag.161.

---

*III.*

Caruifolia Ioh.Bauhini.

Cyminum equinum Trago pag.429.lib.1.cap.142.

Cuminum ſylueſtre eidem pag.876.lib.2.cap.119.

Fœniculum erraticum alterum Lonic.pag.261.parte 2.cap.311.

---

## *BVLBOCASTANVM.*

Βολβοκαστάνου meminit Trallianus lib.7.cap.2.ſic dicta, quòd figura radicis bulbos, ſapore guſtuq; caſtaneas ſcitè exprimat.

*I.*

Bulbocaſtanum maius folio apij.

Bunium Dodo.fol.Gall.pag.399.lib.5.cap.23.

Nucula terreſtris Septentrionalium Lob.obſer.pag.429.&icon.pag.745.

Alijs Oenanthe Dioſcoridis: alijs eiuſdem Bunion.

---

*II.*

Bulbocaſtanum alterum folio fœniculi.

Bulbo-

Bulbocaſtanum mas Tralliani Lugd. pag. 773. lib.6. cap.38.

*III.*

Bulbocaſtanum radicibus multis ſimul iunctis.

Bulbocaſtanum fœmina Dalechampij Lugdun. pag. 773.lib.6. cap.38.

Multùm cum Oenanthe aquatica conuenit.

*OENANTHE ET FILIPENDVLA.*

Οἰνάνθη Dioſcoridi lib.3.cap.135.quaſi flos vinoſus, quod odore & quadamtenus colore non ſint viti diſſimiles: vel potiùs quòd cum vite floreat. Eidem λευκάνθον à florum, quos producit, cādore. At alia eſt Theophraſti 6.hiſt.vltimo, flore commendata, vbi vitifloram Gaza vertit. Quas recentiores Oenanthes nomine donârunt ſubiungamus, vt & Filipendulas, quæ cum Oenanthe viribus aliquantum conueniunt. Quæ nomen habet à numeroſis illis & rotundis in radice capitibus, quæ quaſi ex filo quodam pendere videntur.

*I.*

Oenanthe apij folia.

Oenanthe ſecunda Matth.fol.lat.pag.571. lib.3. cap. 118.& icon.4.pag.546.

Oenanthe anguſtifolia Lob.obſer. pag. 420. & icon. (4.pag.729.

Matthioli figura magis placet.

*II.*

Oenanthe paſtinacæ ſylueſtris folio ſemine oblõgo.

Oenanthe ſpecies Dalechampij, Scrophularia quibuſdam Lugd.pag.785.lib.6.cap.43.

*III.*

Oenanthe paſtinacę ſylueſtris folio ſemine atriplicis.

Oenanthes ſpecies altera Lugd. pag. 785. lib. 6. cap. 43.ſine icone.

*IV.*

Oenanthe Chærephylli folijs.

Oenanthe tertium Matth. fol. lat. pag. 572. lib. 3. cap. 118. & icon. 4. pag. 547.

Oenanthe cicutæ facie ſucco viroſo croceo Aduerſ. pag. 326. & Lobel. icon. pag. 730.

---

*V.*

Oenanthe aquatica. Silaum Plinij quibuſdam.

Oenanthe quartum Matth. fol. lat. pag. 572. lib. 3. cap. 118. & icon. 4. pag. 548.

Oenanthe aquatica Lobel. obſeru. pag. 421. & icon. pag. 731.

---

*VI.*

Oenanthe hederæ folijs iunctis.

Oenanthe Myconi Lugd. pag. 785. lib. 6. cap. 43.

---

*VII.*

Filipendula vulgaris. an Molon Plinij lib. 26. cap. 7.

Filipendula Trago pag. 883. lib. 2. cap. 122.

Oenanthe, Filipendula Lob. obſer. pag. 420. & icon. pag. 729.

---

*IIX.*

Filipendula altera.

Oenanthe alia Myconi Lugd. pag. 786. lib. 6. cap. 43. Múltùm cum præcedenti conuenit.

---

*IX.*

Filipendula montana.

Herba folijs aſpleno perſimilis Geſn. in monte fracto pag. 65.

Oenanthe ſiue filipendula altera montana Aduerſ. pag. 326. & Lobel. icon. pag. 730.

---

*X.*

Filipendula montana altera.

Alectorolophus alpinus ſecundus Cluſ.hiſt.Pan.pag. 707.lib.4.cap.21. ſine icone.

Variat floribus modò pallidis, modò purpureis.

---

*XI.*

Filipendulæ ſimilis alpina lutea.

Filipendula alpina Lugdun.pag.1138.lib.10.cap.22.

---

## *PEDICVLARIS ſeu FISTVLARIA.*

AB effectu nomen habet: ſi enim à pecoribus inter cætera pabula deuorata fuerit, pediculorum in illis ingentem procreat copiam. ἀλεκτωρολόφος ſeu criſta apud Plinium lib.27.cap.5. cenſetur: Propter formam foliorū & florū cum Filipendulis montanis ſubijcimus.

*I.*

Pedicularis pratenſis purpurea.

Pedicularia campeſtris prior Trago pag. 249. lib.1. cap. 83.

Pedicularis Lob.obſer.pag.431. & icon.pag. 748.

Variat floris colore, qui purpureus, carnei coloris, vel candidus.

---

*II.*

Pedicularis Alpina maior filicis folio.

Pedicularis maior Alpina Lugdun.pag.1138. lib.10. cap.22.

Hanc Ioh.Henricus Cherlerus Philoſophiæ Doctor & Profeſſor apud Nemauſenſes miſit.

---

*III.*

Pedicularis alpina minor.

Alectorolophus alpinus minor Cluſ.hiſt. Pann.pag. 707.lib.4.cap.21.ſine icone.

---

*IV.*

Pedicularis pratenſis lutea, vel criſta galli à florum ſimilitudine.

Pedicu-

Pediculariа campeſtris ſecunda Trago pag. 250. lib. 1. cap. 83. ſine icone.

Criſta galli herbariorum Lobel. obſeru. pag. 285. & icon. pag. 529.

Variat magnitudine & latitudine foliorum: item caulium numero. altera enim eſt pluribus caulibus donata & anguſtioribus folijs, quæ rarior. Floribus eſt luteis, rariùs candidis: ſemen nigrum aut ſubluteum.

---

# SECTIO SEXTA.

## *VALERIANA. NARDVS.*

VALERIANA Dioſcoridi lib. 1. cap. 10. Φοῦ καὶ νάρδος ἀγρία, nardus ſylueſtris propter odorem nardi, ſiquidem radices cum quâdam odoris grauitate nardum æmulantur: imò & viribus nardo ſimiles Galeno & Aeginetâ auctoribus. Genera Dioſcorides duo propoſuiſſe videtur, & quidem vnâ deſcriptione: folia namq; oluſatri, maiori Valerianæ conueniunt, at folia Elaphoboſci mediæ: radicis deſcriptio priori, floris color mediæ conuenit.

*I.*

Valeriana hortenſis.

Valeriana vera ſeu Nardus agreſtis Trago pag. 59. lib. 1. cap. 19.

Valeriana maior Lobel. obſeru. pag. 411. & icon. pag. 714.

---

*II.*

Valeriana ſylueſtris maior.

Valeriana vulgaris vel ſecunda Trago pag. 61. lib. 1. cap. 19.

Valeriana ſylueſtris Lobel. obſeru. pag. 411. & icon. pag. 715.

Variat hæc folijs maioribus aliquandò decuplo: altera etiam folijs minoribus reperitur cinereis in ſyluis cæduis, hancq; tertiam facit Tragus pag. 62. lib. 1. cap. 19. ſine icone.

---

*III.*

Valeriana ſylueſtris minor. (19.

Valeriana exigua vel quarta Trago pag. 62. lib. 1. cap.

Valeriana minor ſylueſtris Lobel. obſeru. pag. 411. & icon. pag. 715.

Hæc duplex eſt ratione floris. manifeſta enim differentia obſeruatur quòd in alterâ flos ſit maior, in alterâ verò minor.

---

*IV.*

Valeriana montana prima.

Ex radice oblongâ odoratâ prodit caulis vnicus (rariùs bini terníve) ſtriatus cubitalis, ad cuius radicē prodeunt folia octo vel nouem longis pediculis donata, ex rotunditate acuminata, ſinuata, pallidè virentia, caulem verò pauca ambiunt bina ternáve iuncta, oblonga, ſinuata, binis alis donata: flores in ſummo caule quaſi in vmbella aliarum formâ purpuraſcentes, quibus exiguum ſemen ſuccedit. Hanc in monte Waſſerfall florentem Iulio mēſe collegimus & delineari curauimus. Plurimùm cum Valeriana alpina prima Cluſ. hiſt. Pann. pag. 512. lib. 3. cap. 25. conuenit, niſi idem ſit, cuius iconem non addidit.

---

*V.*

Valeriana montana bellidis folijs.

Valeriana alpina ſecunda vel Valeriana ſaxatilis Cluſ. hiſt. Pann. pag. 513. lib. 3. cap. 25.

---

*VI.*

Valeriana montana altera.

Ex radice oblonga, nigricante, nodoſâ prodit caulis

vnicus

vnicus cubitalis & ſeſquicubitalis, cauus, ſtriatus, viridis, quem folia cingunt multùm ſcrophulariæ folijs ſimilia, pauca, oblonga, bina ſemper iuncta, quorum inferna pediculis breuibus, ſuperna nullis donantur. Verùm ad radicem ad caulis exortum vtrinque prodit quaſi alius caulis ex quo tantùm folia ſena ſeptena longis pediculis prodeunt, quorum quædam ſubrotunda, quædam oblonga, quædam leuiter ſinuata: caulis in ſummo brachiatur, vt flores ſuſtineat Valerianæ ſylueſtri ſimiles, ſed minores pallidæ rubentes. Eodem loco quo & priorem collegimus: multùm ſimilitudinis habet cum Valerianâ montanâ Lugdunenſis herbarij, non tamen eandem ſtatuere licet.

---

*VII.*

Valeriana montana Alſines folio.

Valeriana montana Lugdun. pag. 1127. libr. 10. cap. 16.

---

*IIX.*

Valeriana peregrina purpurea. Fedia cornucopiae Sp. hist.

Ex radice paruâ, fibroſâ, albicante caulis prodit pedalis, viridis, rotundus, cauus, ſtriatus, quem folia pallidè virentia, pauca, oblonga nardi montanæ Matthioli ſimilia, integra ambiunt, aliquando ſuperiora, quæ ſine pediculo caulem cingunt, ad exortum in crenas diuiduntur. Caulis in ramos brachiatur, qui quaſi vmbellã (cui duo folia ſubijciuntur) ſuſtinet floribus elegantiſs. purpureis, oblongis refertam, quibus ſuccedunt vaſcula oblonga calices referentia, in quibus ſemen altero vaſculo incluſum. Hanc viuis coloribus delineatam ex Italia à Cl. Doct. Paſchali Gallo accepim⁹ Valerianę Indicæ Imperati nomine: at tandem elapſo anno in horto Illuſtriſs. Ducis VVirtenbergici Montembelgardi vidimus & collegimus, cuius ſemen frater Ioh. Bauhinus Nardi Creticæ nomine à Ioſepho Caſabona magni

Ducis Hetruriæ horti præfecto, accepit. Verùm Iacobus Antonius Cortuſus Patricius Patauinus hortique Medici præfectus, noſtri amantiſſimus Tripolium eſſe cēſet, cuius opinioni fauet icon Tripolij in Manu ſcripto codice Dioſcoridæo, quem illuſtriſſimus Pinellus Patauinus Nobilis in ſuâ Bibliothecâ habet. Dicitur etiam Valeriana Sicula, Ronce, eò quòd in loco quodam Siculo dicto in Latio proueniat vt & in Sabinis: vbi & flore albo reperiri retulit Cl. Doctor Euerardus Vorſtius Belga.

*IX.*

Valeriana montana inodora.

Valeriana inodora altera Cæſalp. pag. 150. lib. 4. cap. 5.

*X.*

Valeriana peregrina cærulea.

Phu græcum Dodo. fol. Gall. pag. 228. lib. 3. cap. 17.

Valeriana peregrina Belgarum Lobel. obſeru. pag. 412. & icon. pag. 716.

Variat hæc floris colore, communiter eſt cæruleus flos, rariùs albus.

*XI.*

Valeriana campeſtris inodora maior, quæ Bupleuron Hippocratis apud Plinium lib. 22. cap. 22. videtur.

Locuſta à quibuſdam dicta Geſn. de hort. pag. 265. b.

Phu minimum alterum Lob. obſer. pag. 412. & icon. pag. 717.

Variat magnitudine, quædam parua non excedens dodrantalem altitudinem folijs anguſtioribus. altera maior cubitalis, folijs latioribus & integris.

*XII.*

Valeriana campeſtris inodora laciniata: quam herbam S. Claræ Monſpelienſes vocitabant.

Phu

Phu minimum Aduerſar. pag. 319. & Lobel. icon. pag. 716.

---

*NARDVS, eiusq́ ſpecies.*

ETſi ſuperius libro primo, ſect. 2. Nardi, cuius Dioſcorides cap. 6. libri primi meminit, facta ſit mentio, nunc tamen de Nardo Celtico & montano, de quibus Dioſc. lib. 1. cap. 7. & 8. ſiquidem cum Valerianis affinitatem habeant.

Nardus montana *νάρδος ὀρεινὴ* Dioſcoridi, cui & *θυλακῖτις*: at Celtica, quæ ſpica Celtica vel Romana officinis, eidem *κελτικὴ νάρδος* & *ἀλιούγγια* ſiue ſaliunca: & lib. 6. ca. 19. *ὀρεινὴ* dicitur. Saliunca Plinio lib. 21. cap. 7. & lib. 12. cap. 12. vt & lib. 21. cap. 20. Nardum Gallicum nominat.

*I.*

Nardus montana radice oliuari.

Nardus montana Matth. fol. lat. pag. 31. lib. 1. cap. 8. & icon. 4. pag. 11. Aduerſ. pag. 320. & Lobel. icon. pag. 717.

Radices non tantùm binas, ſed & ternas & quaternas fert aſphodeli modo.

---

*II.*

Nardus montana radice oblongâ.

Nardus montana longius radicata Camer. in Epit. Matth. pag. 16.

---

*III.*

Nardus Celtica Dioſcoridis.

Nardus Celtica ſiue Spica Celtica Matth. fol. lat. pag. 29. lib. 1. cap. 7. & icon. 4. pag. 10.

---

*IV.*

Nardus Celtica altera.

Spica

Spica Celtica faſtigiato floſculorum ordine Camer. in Matth.epit.pag. 14.

Cum hâc melius conuenit Aduerſariorum pag. 132. & Lobelij icon. pag. 313.figura,quàm cum Matthioli.

---

*V.*

Nardus ex Apuliâ.

Saliunca Neapolitana Lugd.pag.982.lib.8.cap.48.

---

*VI.*

Hirculus, ob odoris grauitatem τράγος Dioſcoridi lib.1.cap.7.

Hirculus Nardo Celticæ ſimilis herbula Lob. obſer. pag.170.&icon.pag.314.

---

# LIBER QVINTVS.

## SECTIO PRIMA.

### *SOLANVM: MANDRAGORA: HYOſcyamus: Nicotiana: Papauer: Hypecoon: Argemone.*

### *SOLANVM.*

SOLANVM στρύχνον Græci vocant, quod vitem, vel acinum, aut tale quid ſignat. ſolani enim ſpeciebus proprium, vt acinos plures vel pauciores habeant. Dioſcorides lib. 4. capitibus quatuor Solani genera recenſuit. 1. στρύχνον κηπαῖον, Solanum hortenſe. 2. στρύχνον ἁλικάκαβον ἢ Φυσαλίδα, Solanum halicacabum aut veſicarium. 3. στρύχνον ὑπνωτικὸν, Solanum ſomniferum. 4. στρύχνον μανικὸν, Solanum manicum. Plinius lib. 28.cap.13. Solanum, inquit Græci Strychnon vocant: nullas autem ſpecies recenſet. Recentioribus plures ſunt differentiæ vt mox patebit.

*I.* Sola-

*I.*

Solanum officinarum. (pag.94.

Solatrum Brunfel. fol. pag.33.tom.2.Rhapſ. 8. & 4.

Solanum hortenſe Circęæ aut phaſeoli folio Lobel. obſeru.pag.137.& icon.pag. 262.

Variat acinorum colore: nigricantibus & fuſcis: puniceis, quod Solanum puniceũ Cordo in hiſt.pag.158. lib.2. cap. 137. rubris: luteis, quod Solanum luteum Geſnero de hort.pag. 281.b.

---

*II.*

Solanum veſicarium (à folliculis quibus baccæ inſunt, vel vt Plinius lib.& cap.21.quod veſicæ proſit) Halicacabum Dioſcoridi.

Saxifraga rubra & quarta Brunfels. fol. 188. tom.1. Rhapſ.33.& 4.pag.160.

Solanum halicacabum Lob.obſer. pag.134. & icon. pag.262.

---

*III.*

Solanum veſicarium Indicum.

Halicacabum ſiue Solanum Indicum Camer. hort. pag.70. & figura 17.

Hoc in horto Cl. D. Martini Chmieleccij Logices profeſſoris, amici noſtri, collegimus.

---

*IV.*

Solanum baccâ nigrâ ceraſi ſimili: ςρύχνος μελανοκέρασος dici poteſt.

Solanum hortẽſe nigrũ Trago pag. 301.lib.1.c.101.

Solanum ſomniferum & lethale Lobel. obſeru.pag. 134.& icon. pag.263.

Hoc Solanum eſt Dioſcoridis, cuius fructũ vuæ ſpecie ſcribit, & Solanum fructu nigro Theophraſti: Cacabalum Plinij lib.27.cap.8.quod alij Strumum appellat, Græcè Strychnon.

Duûm eſt generum. prima amplioribus folijs maioreq; flore. altera folijs floribusq; minoribus.

*V.*

Solatri de Hiericho meminit Caſtor Durantes in appendice, ſolâ propoſitâ figurâ, quod caulibus eſt hirſutis, folijs oblongis latis, modò binis, modò ternis ex alijs ramulis prodeuntibus, fructu rotundo, modò binis, modò ternis ex vno pediculo dependentibus: radice craſsâ, lignosâ. Quid ſit ignoramus, cùm præcedentem Solani maioris nomine pinxerit.

*VI.*

Solanum fruticoſum baccis rubris.

Strychnodendron Geſn. de hort. pag. 283.

Amomũ Plinij Lob. obſer. pag. 136. & icon. pag. 265.

*VII.*

Solanum quadrifolium bacciferum.

Α᾿ςὴρ ſed non atticus Trago pag. 308. lib. 1. cap. 102.

Solanum tetraphyllum, ſiue herba Paris Lobel. obſer. pag. 137. & icon. pag. 267.

Numero foliorum variat. communiter quidem quatuor eſt, attamen tribus, aliquando quinque, aliquando ſex, reperitur.

*IIX.*

Solanum ſcandens ſeu dulcamara.

Dulcis amara Trago pag. 816. lib. 2. cap. 93.

Amara dulcis, Circæa Monſpelienſium Lob. obſeru. pag. 136. & icon. pag. 266.

Videtur ἄμπελος ἀγρία Dioſcoridis lib. 4. cap. 183. & Salicaſtrum Plinij lib. 22. cap. 1. Colore floris variat, vulgatior flore eſt cæruleo, reperitur tamen & albo.

*IX.*

Solani folia, Circæa dicta.

Lappa

Lappa ſylueſtris Trago pag. 843. lib. 2. cap. 104.

Circæa Lutetiana Lobel. obſeru. pag. 137. & icon. pag. 266.

Hæc ratione loci variat. In monte enim Fracto multò minor eſt, vix palmi dimidium ęquans.

---

*X.*

Solanum ſomniferum verticillatum.

Solanum ſomniferum Matth. fol. lat. pag. 678. lib. 4. cap. 67. & icon. 4. pag. 729.

Solanum ſomniferum Cluſij hyoſcyami lutei folijs Lobel. obſeru. pag. 135. & icon. pag. 263.

Acini in folliculis hirſutis per maturitatem nunc rubei, nunc ex rubro crocei.

---

*XI.*

Solanum ſomniferum alterum VVieri, Camer. hort. pag. 162. quid?

---

*XII.*

Solanum pomo ſpinoſo ſemine albo.

Stramonia ſeu pomum ſpinoſum Trago pag. 896. lib. 2. cap. 128.

Stramonium peregrinum Lobel. obſeru. pag. 133. & icon. pag. 264.

Sunt qui velint Lycoperſicon Galeni: alij Solanum manicum alterum Dioſcoridis cui caput oliuæ, ſed hirſutius tribuit, & Theophraſti qui fructum ſimilem fructui platani habent.

---

*XIII.*

Solanum fœtidum pomo ſpinoſo, ſemine nigro: an manicum Dioſcoridis?

Datura Garziæ pag. 219. lib. 2. cap. 24.

Datura prima Coſtæo pag. 66. cap. 11.

Nuci metellæ congener planta: tabulæ vel Datura Camer. in epit. Matth. 176.

Floris colore variat. Eſt enim vulgari flos magnus albus: alterius flauus: tertij hyoſcyami floribus accedit, quare tres Daturas Coſtęus conſtituit.

*XIV.*

Solanum pomiferum fructu rotundo, ſtriato, duro.

Solanum pomiferum herbariorum Lob. obſer. pag. 135. & icon. pag. 264.

*XV.*

Solanum pomiferum fructu oblongo.

Mala Inſana Trago pag. 894. lib. 2. cap. 127.

Melongena ſiue mala inſana Lobel. obſeru. pag. 138. & icon. pag. 268.

Videtur Solanum hortẽſe Dioſcoridis, & Strychnos (veſicariam reddit Gaza) vrbana Theophraſti, Strychni tertium genus Plinij & Solanum eſculentum Galeni.

Variat flore, qui alijs purpureus, alijs albus. ſic fruct' colore eſt albo, purpureo, luteo, figura quandoque oblongus, quandoque mali inſtar rotundus.

*XVI.*

Solanum pomiferum fructu incuruo.

Melantzana, Arabum Melongena & Bedengian Rauvvolff. in itiner. num. 73. & ex eo Lugd. in appen. pag. 23.

Variat fructus colore, q flauus, cinereus & purpure'.

*XVII.*

Solanum pomiferum fructu nigro ſpinoſo.

Melantzana nigra, Bathleſihain Aethiopibus Rauvvolff. in itiner. num. 73. & ex eo Lugd. in appen. pag. 23.

Variat fructus formâ & colore. Eſt enim vel longus vel rotundus, nunc ater, nunc ſubniger.

*XIIX.*

Solano pomifero fructu ſimilis.

Cachos Indorum Monardi Lugd. pag. 1876. lib. 18. cap. 118. ſine icone.

*XIX.* So-

XIX.

Solanum tuberoſum.

Stirps eſt caule ſeſquicubitali & bicubitali, forma mali aurei ſubrotundo ſtriato leuiter hirſuto, ſucci pleno, viridi, parum brachiato, nonnunquam tamen in viri altitudinem exſurgit, tumq; valdè eſt ramoſa, ſi nimirũ in olla non plantetur: folijs palmum longioribus, ſubhirſutis pallidè virentibus, multipliciter diuiſis in ſex, octo, & plures paucioréſve partes, quaſi peculiaria forent folia, quibus vnum ſemper adponitur numerum claudens, ex rotũditate oblongata, integra, rarò ex oppoſito ſibi reſpondentia, quibus ſemper duo ſextuplo vtplurimum minora interijciuntur. Rami in duos pediculos communiter diuiduntur, quorum ſinguli plures flores ſuſtinent alios clauſos, ternos quaternóſve apertos, Malorum inſanorum forma magnos ex cæruleo purpuraſcentes calathi inſtar indiuiſos, in quinque apices abeuntes, quos lineæ quinq; ſubflauæ ac ſi eos diuiderent, percurrunt, in quorum medio communiter ſtamina quatuor ruffeſcentia, vt in malis inſanis. Hos excipiunt fructus rotundi ſinguli ex longis pediculis quaſi ex racemo dependentes vt in Solano vulgari, ſed longè maiores, quorum alij nucem magnitudine adæquant, alij ne auellanam quidem, qui tamen omnes crenis aliquibus in æqualibus ſtriati inſtar Malorum aureorum, qui ex viridi nigricant, maturi atrorubent, in his ſemen paruum, planum, rotundum forma Solani ſomniferi ſecundi fuſcum. Radix eſt rotunda, ſed non circinatæ rotunditatis, fuſci vel atrorubentis coloris, quæ hyberno tempore terra eximitur, ne cum adeò ſit ſucculenta putreſcat, & vernali rurſus terræ mandatur: quamuis etiam in terra relicta, repullulet verè: verùm ad caulis principium ad radicem ſparguntur radices fibroſæ longæ, quarum aliquibus minores radices rotundæ adnaſcuntur. Solet plerunq; ipſa radix putreſcere, poſteaquã caulis excreuit.

Hoc Solanum vocamus propter formam aliquam foliorum, fructuum, quæ Malis aureis: dein florum, qui Malis inſanis: tùm ſeminis quod cum Solanis conuenit, & propter grauiorem aliquem ipſius odorem Solanis communem. Pappar Hiſpanorum, aliquando & Indorum nomine ſemen miſſum, quod in hortis noſtris facilè quaſi in fruticem ramoſam excreuit, vt in horto Cl. Doctoris Martini Chmielecij; qui & flore albo habuit: cuius figuram coloribus delineatam, ſed ſine fructu, & radicum appendicibus Clariſs. Doctor Laurentius Scholtzius Vratislauienſium medicus (in cuius cultiſſimo horto creuit.) pro veteri noſtra amicitia trāſmiſit.

Quibuſdam Tartuffoli dici intelleximus, proculdubio à radice tuberoſa, cum hoc nomine & Tubera ab Italis donentur, & fructus tuberum modo eſitentur. Nobiliſſimus Iacobus Antonius Cortuſus Pycnocomen Dioſcoridis lib.4.cap.176.eſſe cēſet, motus exēplari Dioſcorideo manuſcripto cui ſimilis figura adpicta, quem Nobiliſs. Pinellus Patauij in ſua bibliotheca habet: & ſanè in Dioſcoridis deſcriptione, habentur folia & radix, quæ ſatis conueniunt, flos verò & ſemen non item.

---

*XX.*

Solanum pomiferum fructu rotundo, ſtriato, molli.

Poma amoris & Pomum aureum Dodon. fol. Gall. pag.298.lib.3.cap.85. Lobel.in obſer.pag.140. & icon. pag.270.

Hoc aliqui ad Solani furioſi genera referunt: alij Lycoperſicon Galeni cenſent: alijs Glaucium Dioſcoridis lib.3.cap.100.

Variat colore fructus, frequenter luteo auri colore, aliquandò pulchrè rubente, ſpecie mali roſei depreſſiores & latiores: reperiuntur & albi, ſed rariùs. Habe-

rur

tur & ſurrectis cubitalibus cauliculis, quod per omnia minus.

---

*MANDRAGORA.*

Μανδραγόρας ἢ ἀντίμηλον ἢ κιρκαία, quoniam videatur radix ad amatoria conducere, à Circe deducto nomine Dioſcor. lib. 4. cap. 76. Mandragora quod ad mandras pecorum aliasque ſpeluncas proueniat. Genera duo fecit Dioſcorides, nigram fœminam, quæ θριδακίας appelletur, & candidam marem, νώριον vocitatam. Tertium genus habet quod μώριον vocitent, verùm hoc quantum ex deſcriptione colligi poteſt mari quidem ſimile eſt, ſed omnibus partibus minus. Plinius lib. 25. cap. 13. Mandragoræ duo fecit genera, candidam marem & nigram fœminam. At Theophraſti 6. hiſtor. 2. Mandragora à prædictis diuerſa eſt, de quâ alibi.

*I.*

Mandragora fructu rotundo.

Mandragora mas Trago pag. 890. lib. 2. cap. 126. Lobel. obſer. pag. 138. & icon. pag. 267.

---

*II.*

Mandragora fructu pyri.

Mandragora fœmina Trago pag. 891. lib. 2. cap. 126. ſine icone Lobel. obſer. pag. 138. & icon. pag. 267. fructum tantùm pingit.

---

*III.*

Mandragora flore cæruleo.

Mandragora fœmina Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 400. lib. 2. cap. 57. ſine icone.

---

*HYOSCYAMVS.*

Ὑοσκύαμος Dioſcoridi lib. 4. cap. 69. id eſt, faba ſuilla vel porcina, quòd eius paſtu reſoluantur & conuellan-

uellantur apri, vt prodidit Aelianus, præſenti mortis periculo, niſi copioſâ aquâ ſtatim ſe foris & intus polluerent. Differentias tres propoſuit Dioſcorides. Vna ſemine nigro, floribus penè purpureis; alterius ſemen ſubflauum, flores lutei: tertium mitiſſimum candidi floris ſeminisque. Sic Plinius lib. 25. cap. 4. Apollinaris dixit genera eſſe plura. Vnum nigro ſemine, alterum candidius: tertium irionis ſemini ſimile: quartum candidi ſeminis in maritimis, item ruffi ſeminis.

*I.*

Hyoſcyamus vulgaris vel niger.

Hyoſcyamus Brunf. fol. pag. 224. Tom. 1. Rhapſ. 39. & 4. pag. 67.

Hyoſcyamus niger ſiue Apollinaris herba, alterum Arabum Lobel. icon. pag. 268.

Variat folijs modò integris, modò diſſectis, modò in ambitu in lacinias acutas diuiſis.

---

*II.*

Hyoſcyamus albus maior, vel tertius Dioſcoridis, & quartus Plinij.

Hyoſcyamus candidus Trago pag. 134. lib. 1. cap. 41.

Hyoſcyamus albus Lobel. obſer. pag. 139. & icon. pag. 269.

---

*III.*

Hyoſcyamus albus minor: & Lobel. icon. pag. 261. parte ſecunda.

---

*IV.*

Hyoſcyamus rubello flore.

Hyoſcyamus peregrinus rubello flore Cluſ. hiſt. Pan. pag. 502. lib. 3. cap. 22. ſine icone.

Hyoſcyamus Syriacus Camer. hort. icon. pag. 21.

Habet & alterum quem Hyoſcyamum peculiarem vocat in horto pag. 77. & icon. pag. 22. quem cum ſolâ

folio-

foliorum latitudine à Syriaco diſcrepare dicat, diuerſũ à prædicto facere non licet.

*V.*

Hyo ſcyamus Creticus luteus.

Planta eſt pulcherrima, folia habens lata, ſubrotunda, ſinuata & circumroſa, non vt in vulgari laciniata, ſed hyoſcyami albi minoris folijs multum ſimilia, hirſuta, longis pediculis hirſutis, ex caule robuſto, rotundo, hirſuto prodeuntia. Flores habet in ſummitate ex calice hirſuto prodeuntes, oblongos, lamij meliſſophylli ſeu Nicotianæ formâ luteos, ex quorum medio ſtamina quædam prodeunt. Huius plantæ ramum ſiccum frater Ioh. Bauhinus ad me præterito miſit anno, cui Menſe Octobri in horto Illuſtriſs. Ducis VVirtenbergici Mombelgardi ab ipſo ſatus, ſemine à Caſobonâ Florentiâ miſſo, prouenit.

*VI.*

Hyo ſcyamus peregrinus fructu rotundo rubeſcente.

Hyoſcyamus peregrinus Dalechampij Lugdun. pag. 1718. lib. 17. cap. 4.

## *NICOTIANA.*

HVc referimus Nicotianas propter facultates ſtupefaciendi & formę aliquam ſimilitudinem. ratione enim eâ quâ vulnera glutinat ad conſolidas referri poſſet, & Conſolida Indica dici. Nicotiana dicta à Iohanne Nicotio Regio Gallorum Conſiliario, cuius beneficio Anno 1560. (qui mihi natalis eſt) Gallijs innotuit, quam Vlyſſiponæ, dum legati munere fungeretur, à Belga è Florida Inſula allatam, accepit. Dicitur Petum, Tabacum, Tornabona, Perebecenuc, Picielt, &c.

*I.*

Nicotiana maior latifolia.

Hyoſcyami tertia ſpecies Geſn. de hort. pag. 262.
Tabacum (ab eius nominis Inſula) & Picielt Indis Monardi pag. 3. parte ſecunda, lib. 1. cap. 1. de rebus ex India occidentali.
Sana ſancta Indorum ſiue Nicotiana Gallorum Aduerſ. pag. 212. Lobel. in obſeru. pag. 316. ſine icone, & icon. pag. 584.

---

*II.*

Nicotiana maior anguſtifolia.
Herba ſancta ſiue Tabacum minus Lob. obſ. pa. 316.
Tabacum ſiue herba ſancta minor Lobel. icon. pag. 585.

---

*III.*

Nicotiana minor ſeu hyoſcyamus luteus.
Hyoſcyamus luteus Dodo. fol. Gall. pag. 305. lib. 3. cap. 92.
Dubius hyoſcyamus luteolus ſolanifolius Lob. obſ. pag. 140. & icon. pag. 269.

---

*IV.*

Nicotiana minima.
Sana ſancta ſiue Tabacum minimũ Lob. obſ. pa. 316.
Tabacum ſiue ſana ſancta minima Lob. icon. pa. 585.

---

### *PAPAVER, eiuſq́ ſpecies.*

Μήκων à μὴ κονεῖν non miniſtrãdo, quod veſcẽtes ſuis munijs fungi non poſſint. Dioſcorides lib. 4. cap. 64. & ſequentibus tribus quatuor papaueris genera propoſuit. 1. μήκων ῥοιὰς, papauer erraticum à flore protinus deciduo, flore puniceo, interdum albo. 2. μήκων ἥμερος, papauer ſatiuum, quod ſemine candido & θυλακῖτις vocatur: huius alterum genus ſylueſtre nigro ſemine, quod πιθῖτις nominatur: quibuſdam ῥοιὰς, quoniam eius ſcapo lacteus ſuccus emanat: huius & tertium maius ſylue-

ſyluestre & ad medicinas valentius. 3. μήκων κερατῖτις οἱ δὲ παράλιον, papauer corniculatum, à calyculo in corniculorum modum inflexo, aut marinum. 4. μήκων ἀφρώδης, papauer ſpumeum, quia herbula tota eſt ſpumea, quibuſdam ἡράκλεια, Heracleum.

Theophraſtus papaueris ſatiui 1. hiſtor. 15. & 18. & 19. & lib. 9. cap. 8. meminit. Sylueſtris verò genera 9. hiſtor. 13. plura notauit; quoddam enim corniculatum, quoddam nigrum, aliud erraticum flore ruffo, aliud Herculanum nuncupatum folio ſtruthij.

Plinius lib. 20. cap. 18. ſatiui, albi & nigri meminit, at capite 19. inter ſatiua & ſylueſtria medium genus conſtituit, Rhæas ſiue erraticum. Sylueſtrium vnum genus ceratitin vocant (inquit) nigrum, quidam Glaucium, alij παράλιον vocant. alterum è ſylueſtribus Heracleum vocatur, ab alijs aphron. Tertium genus eſt Tithymalon, Mecona vocant, alij Paralion.

Noſtro ſeculo hæ notantur differentiæ, Satiuum, Erraticū, Corniculatum. Satiuū flore nūc candido, nūc roſeo, nunc purpureo, nūc variegato, parte ſuperiore candido, inferiore purpureis vel rubris maculis notato, nūc roſeo punctis purpureis infernè maculato, nunc fimbriato criſtæ modo, & quidem flore vel albo vel rubro, nunc multiplici albo vel rubro, integro vel fimbriato, eoque vel maiore vel minore, capite nunc oblongiore, nunc depreſſiore, eoque vel penitùs clauſo vel hiante: ſemine vel candido, vel nigro, vel nicano, vel fuſco, vel flauo. Erraticum eſt maius vel minus, illud flore ſimplici & pleno, flore puniceo vel albo. Corniculatum variat colore floris, qui luteus, ruber, purpureus, & violaceus, folijs item hirſutis, glabris, latis, anguſtis.

I.

Papauer hortenſe ſemine albo: quod ſatiuum Dioſcoridi: album Plinio.

Papauer Brunfelſ.fol.pag.220.Tom.3.Rhapſ.126.& 4.pag.242.

Papauer ſatiuum Lobel.obſer.pag.142.

Papauer album ſatiuum Lobel.icon.pag. 272.

---

*II.*

Papauer hortenſe nigro ſemine: quod ſylu.Dioſcoridi,& nigrum Plinio.

Papauer ſatiuum alterum, vulgo nigrum Cordo in Dioſc.pag.66.lib.4.cap.65.

Papauer nigrum flore maluæ hortenſis aut pæoniæ Lobel.obſeru.append.& icon.pag.274.

---

*III.*

Papauer vulgare cuius capitula foraminibus hiant, ſemine nicano: ἀγελώπερον ϗ φαρμακωδέςερον Dioſcor.

Papauer vulgare & primum Tragi pag. 122.lib. 1. cap.39.

Papauer tertium Dodo. fol. lat. pag. 442. pempt. 3. lib.4.cap.16.quo ad deſcriptionem.

Papauer ſpontaneum ſylueſtre & hortenſe, ſemine interdum nigro, aliàs albo Lobel. obſeru. append. & icon.pag.274.

Notandum Lobelum exprimere hâc figurâ duas ſpecies papaueris apud Tragum, vt potè primam & quintam eius ſpeciem.

---

*OPIVM* ſeu liquor papaueris: Ex nigro papauere lacteus liquor, leuiter inciſis vaſculis colligitur, quem Opium in omnibus adhuc Pharmacopolijs nominant. Græcis vt apud Dioſc. lib.4.cap.65. ὀπὸς τῦ μήκωνος, ſuccus papaueris dicitur: modum ſucci colligendi & Opiũ conficiendi ibidem docuit Dioſcorides, quem ſequuntur Cordus in Dioſcor. pag. 66. libr. 4. cap. 65. & alij.

---

*MECONIVM* ſeu ſuccus papaueris.

Expri-

Exprimitur ex nigri papaueris tuſis folijs & vaſculis ſuccus & exiccatur. Hunc priuatim Græci μηκώνιον vocant, ſed viribus multò eſt liquore imbecillior, propter inconcoctam & aqueam ſubſtantiam. Vide Cordum in Dioſcor. pag. 66. lib. 4. cap. 65. Dioſcoridi lib. 6. cap. 17. μήκων© ὀπὸς, papaueris ſuccus dicitur.

*IV.*

Papauer flore rubro ſemine fuſco.

Papauer quartum ſiue rubeum Trago pag. 124. lib. 1. cap. 39. ſine icone.

Papaueris ſecunda ſpecies Dodo. fol. Gall. pag. 293. lib. 3. cap. 80.

*V.*

Papauer criſtatum, album floribus & ſemine.

Papauer candidum alterum vel ſextum Trago pag. 124. lib. 1. cap. 39. ſine icone.

Papauer fimbriatum aut criſtatum album Lobel. obſeru. append. & icon. pag. 273.

*VI.*

Papauer criſtatum floribus rubris ſemine nigro.

Papauer rubrum alterum vel ſeptimum Trago pag. 124. lib. 1. cap. 39. ſine icone.

Papauer fimbriatum aut criſtatum nigrum Lob. obſer. append. & icon. pag. 273.

*VII.*

Papauer polyanthos album.

Papauer flore multiplici Geſn. de hort. app. pa. 294. b.

Papauer album polyanthon ſeu multiflorum Lobel. obſeru. pag. 142. & icon. pag. 273.

Variat quod maius & minus habeatur: in colore etiã differentia, habetur namq; rubrum, rubrum ſaturatum, album, violaceum, & mixtum, hinc apud Tabern. icon. pag. 570. quatuor figuræ ſub papauere polyantho primo,

mo, ſecundo, tertio & quarto: qui & quintum habet ſub papauere multifloro niueo pag. 573. Sextum nomine papaueris albi polyāthos minoris pag. 572. & ſeptimū nomine papaueris multiflori purpurei pag. 573.

*IIX.*

Papauer polyanthos nigrum.

Papauer nigrum polyanthon ſeu multiflorum Lob. obſer. pag. 142. & icon. pag. 273.

*IX.*

Papauer erraticum maius: ῥοιὰς Dioſcoridi, Theophr. & Plinio.

Papauer rubrū Brunfel. fol. pag. 52. tom. 3. Rhapſ. 15.

Papauer erraticum Brunfel. 4. pag. 156.

Papauer Rhoeas Lobel. obſer. pag. 143. ſine caduco flore puniceo papauer Lobel. icon. pag. 275. Fuchſij figura in fol. pag. 514. magis placet. Reperitur rariùs flore pleno, hocque Argemone multiplex dicitur Trago pag. 119. lib. 1. cap. 38. Flore albo apud nos collectum inter ſegetes M. Iacobus Cargillus Scotus Medicinæ candidatus, huius ſtudij diligentiſſ. obtulit.

*X.*

Papauer erraticum minus.

Argemone exigua & ſecunda Trago pag. 119. lib. 1. cap. 38. ſine icone.

Papauer erraticum alterum Fuchſ. fol. lat. pag. 516. cap. 194.

*XI.*

Papauer corniculatum luteum: κερατῖτις Dioſcor. Theoph. ſylueſtre coratiti Plinio.

Papauer ſylueſtre corniculatum Trago pag. 223. lib. 1. cap. 39.

Papa-

Papauer corniculatum Lob.obſer. pag. 141. & icon. pag. 270.

*XII.*

Papauer corniculatum phœniceum hirſutum.

Papauer cornutum rubro vel purpureo flore Geſn. de hort.pag.271.

Papauer cornutum flore phœniceo Lobel. obſeru. pag.141.& icon.pag. 271.

Variat colore floris, qui interdum intensè rubeus, interdum languidus, nonnunquam pallidus.

*XIII.*

Papauer corniculatum phœniceum glabrum.

Papauer corniculatum phœniceum alterum Lobel. icon.pag. 271.

*XIV.*

Papauer corniculatum violaceum. (271.

Papauer cornutum flore violaceo Geſn.de hort.pag.

Anemone Narbonenſis maior corniculata Aduerſar.pag.113.

Papauer corniculatum violaceum Lobel.obſer. pag. 141.& icon.pag.272.

Flores cærulei & nigræ violæ æmuli.

*XV.*

Papauer ſpinoſum.

Folijs eſt papaueris corniculati lutei inſtar laciniatis, mollibus, tribus quatuórve tranſuerſorum digitorum longis, plurimis flaueſcentibus aculeis circūdatis, quorum nerui parte inferna aliquot minoribus ſpinulis armantur, eo modo quo in folijs Malæ inſanæ aliquando obſeruare eſt, minoribus tamen: ſuperna parte nerui quaſi leui puluere obſiti albicant. Caulis eſt ſeſquipalmaris, rotundus, ſtriatus, mollis, alba medulla plenus, minimis aculeis armatus: in cuius ſummitate flos vnus

vel

vel alter papaueraceus, cui ſuccedit capitulum oblongum, ſpinis oblongis flauis horridum, in quo ſemina plura, parua nigra, ſextuplo aliorum maiora, rotunda in apicem deſinentia, elegantiſſimè ſtriata.

Huius ſemen Doctor Ioachimus Camerarius iunior ex Anglia attulit: ipſum verò ſemen vnà cum planta, Doctor Doldius, nomine Figo del inferno, id eſt, Fici infernalis, miſit.

---

*XVI.*

Papaueri corniculato ſimile hirſutius.

Γλαύκιον ſuccus herbæ folijs ferè papaueris corniculati Dioſcoridi lib. 3. cap. 100.

Glaucium non eſt papaueris cornuti ſuccus, ſed ſui generis herbæ, quod ad nos nõ ampliùs adfertur, Cord. in Dioſc. pag. 57. lib. 3. cap. 101.

---

*HYPECOON.*

Ὑπήκοον, οἱ ἢ ὑπόφεων, papaueri ſubijcit Dioſcorides lib. 4. cap. 68. cùm eadem ei ſit natura, quæ ſucco papaueris. Idem & Plinius lib. 27. cap. 11.

Hypecoum.

Cuminum ſylueſtre alterum Matth. fol. lat. pag. 506. lib. 3. cap. 60. & icon. 4. pag. 465.

Hypecoum Geſn. de hort. pag. 262.

Cuminum ſylueſtre alterum ſiliquoſum Lobel. icon. pag. 744.

Hoc Ioh. Henricus Cherlerus Philoſophiæ Doctor & Regius Profeſſor nũc Nemauſi, Lutetiâ ad nos miſit.

---

*ARGEMONE.*

Ἀργεμώνην in totum ſylueſtri papaueri ſimilem dicit Dioſcorides lib. 2. cap. 208. ſed addit radicem habere rotundam, quod noſtrę non conuenit. Sic dicta quod ἄργεμα oculorum & nubeculas expurget.

*I.* Arge-

*I.*

Argemone capitulo breuiore.

Argemone Lacunæ pag. 253. lib. 2. cap. 168. qui iconem habet Lonicero ſimilem.

Argemone capitulo torulis canulato ſiue Argemone Lacunæ Lobel. obſeru. pag. 144. & icon. pag. 276.

Hoc Neapoli ab imperato Pharmacopæo prę ſtantiſſ. accepimus, eandem in horto Doct. Martini Chmielecij legimus.

---

*II.*

Argemone capitulo longiori.

An Argemone Cordi hiſt. pag. 135. lib. 2. cap. 46. ſine icone?

Argemone capitulo longiore Lobel. obſer. pag. 144. & icon. pag. 276.

---

# SECTIO SECVNDA.

## *ANEMONE: PVLSATILLA: Adonis.*

ἈΝΕΜΏΝΗ Dioſcoridi lib. 2. cap. 207. ſic dicta ἀπὸ τοῦ ἀνέμου à vento, quod flos nũquam ſe aperiat niſi vento flante, autore Plinio lib. 21. cap. 23. vnde & Herba venti quibuſdam. Quamuis & alijs plantis hoc nomen tribuatur, vt Pulſatillæ & cuidam Marrubio vt videre eſt Sectione 5. libri ſexti.

Genera duo fecêre Dioſcorides & Plinius. vnum ſylueſtre, alterum ſatiuum: huius, inquiunt, multę ſpecies: vna phœniceo flore, altera candicante, aut lacteo, aut purpureo. Meminit tamen & Plinius lib. 21. cap. 11. inter vernos flores alterius generis anemones, quæ Limonia vocetur, & Theophr. 6. hiſt. 9. Fremij genus (vt Gaza vertit, Phenion habet Plinius) λειμωνίαν cognominauit, quæ Pulſatilla eſt.

*I.*

Anemone lanuginoſo folio.

Anemone Athenæi Anguill.pag.179.opin.11.

Anemone multifido folio & lanuginoſo Anguillaræ Cluſ.hiſt.Hiſp.pag.313.lib.2.cap.21. ſine icone.

Flore albo,rubro,cæruleo,dicit Anguillara.

---

*II.*

Anemone anguſtifolia.

Anemone tenuifolia altera Cluſ.hiſt.Hiſp.pag.312. lib.2.cap.21.

Anemone tuberoſâ radice Lobel.obſer.pag.145.& icon.pag.277.

Variat flos colore, qui communiter purpureo ſeu violaceo,eſt rubeo ſeu phœniceo: eſt & albo: huic duę apud Tabernæm.figuræ icon.pag.24.& 25.nomine Anemones Corallinæ violaceæ & albæ: dein Anemones anguſtifoliæ.

---

*III.*

Anemone anguſtifolia altera.

Anemone tenuifolia coccineo flore ſimplici Cluſ. hiſt.Pann.pag.393.lib.2.cap.54.ſine icone.

---

*IV.*

Anemone anguſtifolia tertia.

Anemone tenuifolia carneo flore ſimplici Cluſ. hiſt. Pann.pag.395.lib.2.cap.54. ſine icone.

---

*V.*

Anemone anguſtifolia multiplex.

Anemone multiplex rubra Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 312. lib.2.cap.21.

Anemone flore multiplicato coccineo Lobel.obſer. pag.145.&icon.pag.277.

Habetur flore rubro,cæruleo,& albo.

---

*VI.* Ane-

*VI.*

Anemone Geranij Ropertiani folio.

Anemone tenuiſolia tertia Cluſ.hiſt. Hiſp. pag. 310. lib.2.cap.54.

Anemone tuberoſa Geranifolia Lobel. obſeru. pag. 148.& icon.pag. 280.

Variat flore nunc cæruleo,nunc albo,nunc rubro.

*VII.*

Anemone aconiti folio.

Anemone ſecunda Matth.fol.lat.pag.422.lib.2. cap. 172.& icon.4.pag.355.

Magnam habet cum Anemone anguſtifoliâ ſimilitudinem.

*IIX.*

Anemone ramoſa purpurea.

Anemone quarta Matth. fol. lat. pag. 422. lib. 2.cap. 172.& icon.4.pag.357.

*IX.*

Anemone ramoſa lutea.

Anemone quinta Matth. fol.lat. pag. 423. lib. 2. cap. 172.& icon.4.pag. 358.

*X.*

Anemone ranunculi rotundo folio purpuraſcens.

Anemone latifolia altera Cluſ.hiſt.Hiſp.pag.309. lib. 2.cap. 21.

Anemone tuberoſa,bulbocaſtani radice Lobel. obſeru.pag.147.& icon. pag.279.

Variat: flos in dilutiore purpura rubet vtrinq; : aliâs internis intenſior,exterius remiſſior & inalbicans relucet: inuenitur & flore candicante,ſed rariùs.

*XI.*

Anemone violacea rotundo folio.

Anemone latifolia flore ſimplici Camer. in hort.pag. 15.

*XII.*

Anemone lutea.

Anemone flore luteo Galeni Anguill.pag.180.opin. 11.& Cluſ.hiſt.Hiſp.pag.313.lib.2.cap.21.ſine icone.

---

*XIII.*

Anemone latifolia Byzantina coccineo flore Cluſ. hiſt.Pann.pag 394.lib.2.cap.54.

---

*XIV.*

Anemone latifolia Byzantina flore carneo ſimplici Cluſ.hiſt.Pann.pag.392.lib.2.cap.54.ſine icone.

---

*XV.*

Anemone rotundifolia maxima.

Anemone latifolia flore multiplici Cluſ. hiſt. Hiſp. in append. pag.524.

Anemone maxima polyanthos Chalcedonica Lob. obſer.pag.146.& icon.pag.278.

---

*XVI.*

Anemone latifolia folijs ſerratis.

Anemone latifolia prima Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 307. lib.2.cap.21.& Lobel.obſer.pag.147. & icon. pag.279.

---

*XVII.*

Anemone varia radice fibroſa peregrina.

Anemones genera floris roſei,lutei, purpurei, varietate diſtincta. Vario item floris colore,aliâs rubro, aliâs purpureo,nonnunquam luteo,Lugd. append. pag. 26. ex Rauvvolff.itiner. num.115.

---

*XIIX.*

Anemone alba radice fibroſa. (4.pag.356.

Anemone tertia Matth.fol.lat.lib.2.cap.172. & icon.

Anemone tertia Matthioli flore albo Lobel. obſeru. pag.148.& icon.pag.280.

---

*XIX.* Ane-

*XIX.*

Anemone trifolia:& Dodo. fol. lat pag. 433. pempt. 3.lib.4.cap.7.

Alabaſtrites ſiue Dentaria alba D.Brancionis Lobel. obſer.pag. 149.& icon.pag.281.

*PVLSATILLA.*

PVlſatilla dicitur, quòd ſeminum tremuli pappi leuiſſimo flatu huc atque illuc agitētur, vnde & Herba venti dicitur, ὀϱεχγήϱον dici poteſt. Anemone altera, quę Limonia Plinio lib.21. cap.11. non deſunt qui noſtram Pulſatillam credant dictam à Plinio lib.25. ca.11. Samolum.

*I.*

Pulſatilla vulgaris.

Herba venti Trago pag.413.lib.1.cap.137.

Pulſatilla vulgaris Lobel. obſeru. pag. 149. & icon. pag.281.

Folia florum nonnunquàm reflexa, colore vt plurimùm violæ nigræ purpureo, & etiam obſoleto. ratione namque loci intēſior aut remiſſior color: in vmbroſis enim dilutiore quaſi albicante, in apricis coloratiore, apud nos flos coloris eſt ex cæruleo purpurei.

*II.*

Pulſatilla flore rubro.

Pulſatilla rubra Lob.obſer.pag.149. & icon.pa.282.

Differt à priore nō ſolùm floris colore, ſed formâ foliorum, quæ tenuiùs diuiſa; florum item folijs, quæ in priori acuta, in hac obtuſa.

*III.*

Pulſatilla flore albo.

Anemone Alpina Geſne.in monte Fracto pag.64.

Pulſatilla alba Lobel.obſer.pag.149. & icon.pa.282.

*IV.*

Pulſatilla folijs florum reflexis.

Pulſatilla flore cæruleo perpetuo clauſo Lobel. obſer. pag. 150. ſine icone.

Pulſatilla flore clauſo Lobel. icon. pag. 283.

---

*V.*

Pulſatilla luteo flore.

Anemone luteo colore Geſn. de hort. pag. 247.

Pulſatilla lutea Camer. in Matth. epit. pag. 393.

---

*VI.*

Pulſatilla lutea apij folio.

Pulſatilla prima Alpina Dalechampij Lugd. pag. 850. lib. 7. cap. 30.

---

*VII.*

Pulſatilla lutea apij hortenſis folio.

Pulſatilla ſecũda alpina Dalechampij Lugd. pa. 851. lib. 7. cap. 30.

---

*IIX.*

Pulſatilla lutea paſtinacæ ſylueſtris folio.

Pulſatilla tertia alpina Dalechampij Lugd. pa. 851. li. 7. cap. 30.

---

## *ADONIS.*

ADonidis floris meminit Ouidius 10. Metamorph. qui Anemone multis eſſe creditur: alij verò huic plantæ, quam proponimus, tribuunt. Quibuſdam φλώξ Theophraſti à floris flammeo igneoque colore, quem inter vernos flores lib. 7. recenſet.

*I.*

Adonis hortenſis.

Anemone hortenſis Trago pag. 129. lib. 1. cap. 40.

---

*II.* Ado-

*II.*

Adonis flore maiore.

Anthemis eranthemos Dalechampij Lugd. pag. 971. lib. 8. cap. 43.

*III.*

---

Adonis flore minore.

Anemone agreſtis Trago pag. 128. lib. 1. cap. 40.

Flos Adonis Lobel. obſeruat. pagin. 150. & icon. pag. 283.

Variat flore rubro, pallido, luteo: albo colore inter ſegetes noſtras collectam M. Iacobus Cargillus obtulit.

---

*IV.*

Adonis ſylu. flore pallido minore.

Anemone tenuifolia altera Cord. in hiſtor. pag. 151. lib. 2. cap. 110. ſine icone.

Adonis flore pallido Camer. in Matth. epit. pag. 648.

In medio nigricat, aut in purpuram vergit.

---

# SECTIO TERTIA.

## *RANVNCVLVS, eiusq; ſpecies.*

BATPA'XION Dioſcoridi lib. 2. cap. 106. οἱ δὲ σέλινον ἄγριον & Latinis ranunculus: procul dubio quòd limitibus humidis, opacisque marginibus ranarum more lætetur: aut quia inter eius frutices ranę frequenter inueniantur. Agreſte apium, quod folijs apium æmuletur. Scelerata, quod ſcelerati mendicantes, hâc ipsâ ſibi crura dilanient, quò ſtipem extorquere queant.

Genera complura eſſe dixit Dioſcorides. vnum Coriandri folijs (& ad latitudinem maluæ accedentibus Plinio) flore luteo, interdum purpureo. alterum lanuginoſius,

noſius, (Plinius foliofius) quod ſylu.apium appellant: tertium minimum flore aureo: quartum huic ſimile flore lacteo: Idem Plinius Ranunculi nomine lib. 25. cap. vltimo.

*I.*

Ranunculus nemoroſus albus.

Sanicula minor quibuſdam Brunfelſ. fol. pag. 84. tom. 2. Rhapſ. 21.

Ranunculus candidus Trago pag. 95. lib. 1. cap. 30.

Nemoroſus ranunculus Lobel. obſeru. pag. 384. & icon. pag. 673.

Flos communiter candidus: aut ex purpura rubens, ſed modò dilutiori, modò intēſiori colore, vel carneus, imò & roſeus habetur & duplis floribus. Eſt & qui in dorſo frequentibus punctulis protuberantibus exaſperatur. Eſt maior, minor & media ſpecies. Hinc Thalyus in ſua Harcynia pag. 97. Ranunculi tertij quinque genera enarrat. Tabernæmontanus in ſuis Iconibus pag. 45. tres figuras habet Ranunculi nemoroſi albi, purpurei, & ex rubro purpurei, nomine.

---

*II.*

Ranunculus nemoroſus luteus.

Ranunculi ſylueſtris alterum genus Trago pag. 95. lib. 1. cap. 30. ſine icone.

Nemoroſus ranunculus luteus Lob. icon. pag. 674.

Flore cōmuniter eſt vnico, aliquādo duobꝰ & tribus.

---

*III.*

Ranunculus albus folio Thalietri.

Ranunculus Thalietri folio Cluſ. hiſt. Pann. pag. 379. lib. 2. cap. 52.

Ex horto Medico Bononienſi à Clariſs. Botanico Vlyſſe Aldroando Profeſſore publico in Gymnaſio Bononienſi, accepimus.

---

*IV.* Ra-

*IV.*

Ranunculus folio rutaceo.

Folijs eſt rutæ ſimilibus, virentibus ſupernè, infernè pallidis & hirſutis: floribus aliorũ ranunculorum: plura non licet adſcribere cùm integram plantam non habeamus. Sed ſolùm ramum à fratre Io. Bauhino acceperimus.

*V.*

Ranunculo ſimilis moſchatellina dicta.

Ariſtolochiæ rotundæ concauæ ſimilis herbula Trago pag. 767. lib. 2. cap. 78. ſine icone.

Moſchatella Cardo in hiſt. pag. 172. b. lib. 2. cap. 184.

Minimus ranunculus Septentrionaliũ herbido muſcoſo flore Aduerſ. pag. 300. & Lobel. icon. pag. 674.

Magnitudine variat. in Heluetiâ namque prope VValeſtadium ex Italiâ redeuntes ante annos octodecim copiosè vidimus & legimus, paruum & elegantiorem multo quàm maior ſit: apud nos verò triplo quadruplóve, quo ad omnes partes maior, prouenit. Cordi figura melior eſt, quàm ſit Aduerſariorum.

*VI.*

Ranunculus pratenſis erectus læuis.

Ranunculus hortenſis ſecundus Dodo. fol. lat. pag. 422. pempt. 3. lib. 4. cap. 1.

Ranunculus pratenſis ſurrectis cauliculis Lobel. obſ. pag. 379. & icon. pag. 665.

*VII.*

Ranunculus pratenſis erectus maculato folio.

Calthæ alterum genus Trago pag. 143. lib. 1. cap. 44. ſine icone.

Chryſanthemum Fuchſ. fol. lat. pag. 879. cap. 336. & icon. 8. pag. 507. Chryſanthemum ſimplex.

*IIX.*

Ranunculus hortenſis erectus multiplex.

Pes corui flore pleno Brunfel. fol. pag. 144. tom. 1. Rhapſ. 23. Coronopus eidem in 4. pag. 132.

Ranunculus polyanthemos multiflorus ſiue holoraceus hortenſis primus Lob. obſ. pag. 380. & icon. pag. 666. ranũculus polyanthemos. In hortis eſt multiplici: in ſyluestribus ſimplici flore.

---

*IX.*

Ranunculus pratenſis repens hirſutus ſimplici flore.

Ranũculi octaua ſpecies Cordo hiſt. pa. 121. li. 2. c. 1.

Ranunculus pratenſis, etiamque hortenſis reptante cauliculo Lob. obſ. pag. 379. & icon. pag. 664.

---

*X.*

Ranunculus hortenſis repens pleno flore.

Ranunculus repens flore multiplici luteo Geſn. de hort. pag. 275.

Ranunculus polyanthos ſiue pleno flore luteo repẽs Camer. in hort. pag. 136.

Habetur maior & minor.

---

*XI.*

Ranunculus radice tuberoſâ pleno flore.

Ranunculus magnus Anglicus polyanthos Lob. icõ. pag. 666.

Ranũculus tuberoſus flore multiplici Dodo. fol. lat. pag. 428. pempt. 3. lib. 4. cap. 4.

Habetur non ſolùm pleno, ſed & ſimplici flore.

---

*XII.*

Ranũculus bulboſus radice verticilli modo rotũda.

Crus galli Brunf. fol. pag. 145. tom. 1. Rhapſ. 23. & in 4. pag. 133. Coronopus paruus.

Ranunculus quintus Matth. fol. lat. pag. 420. lib. 2. cap. 171. & icon. 4. pag. 352.

Ranun-

Ranũculus bulboſus Lob.obſ.pa.380.&icõ.pa.667.
In ſylueſtribus flore eſt ſimplici, in hortos translatus nõ modò flores multiplicat, ſed ex vno & alterum promit. Reperitur etiã locis arenoſis & ſaxoſis ita paruus, vt vix trium vnciarum ſit.

---

*XIII.*

Ranunculus minimus ſaxatilis hirſutus.

Hic ex radice fibroſâ exili, cauliculum trium vnciarũ hirſutum emittit: cum quo folia pauca pediculis oblongis hirſutis prodeunt. primùm tripartita, dein rurſum inciſa: flos luteus paruus in caulis ſummitate aliorum ranunculorum ſimilis. Hunc Ioh. Henricus Cherlerus Geneuâ miſit, vbi altiùs non exurgit.

---

*XIV.*

Ranunculus montanus latifolius hirſutus.

Ranunculus platyphyllos flore luteo Cluſ.hiſt. Pann. pag.371.lib.2.cap.50.ſine icone.

---

*XV.*

Ranunculus montanus latifolius hirſutus alter.

Ex radice oblonga, ex qua veluti capillamenta ſurſum feruntur ad modum Dauci alterius Fuchſij, caules prodeũt cubitales, ſtriati, caui, hirſutie aſperi & ex ruffo flaueſcentes, qui in ramos brachiantur; folijs quinis ſenísve, palmaribus & ſeſquipalmaribus pediculis (caulis formâ & colore) è radice prodeuntibus, quæ denſa ſunt lata, in ternas profundas lacinias diuiſa, quæ denuò inciſa ſunt, per ambitum ſerrata, colore ex viridi nigricante, vel potiùs rufeſcente, quæ propter lanuginem & hirſutiem ſplendent: in caule folia parua & quidem breuioribus pediculis habentur: in ſummis caulibus flores parui, aliorum ranunculorum more quinque folijs donati, pallidè lutei: ſemen in capitula congeſtum ſuccedit.

Prouenit in mõte noſtro Apollineo, Mutero dicto, (cuius plantas peculiariter deſcripſimus, cùm in eum propter plantarum copiam, amœnitatem & vicinitatem frequenter ſtudioſos educere ſoleamus) locis vmbroſis, vbi vt plurimùm reperitur Iunio florens: eundem tamen in Roßberg monte prope Tubingam, cùm ibi verſaremur, collegimus.

---

*XVI.*

Ranunculus montanus minimus folijs crenatis.

Ranunculus minimus flore albo. vel Ranunculi mõtani primi, ſpecies prima, Cluſ. hiſt. Pann. pag. 363. lib. 2. cap. 56.

---

*XVII.*

Ranunculus montanus minimus folijs laciniatis.

Ranũculi montani primi ſpecies altera Cluſ. hiſtor. Pann. pag. 365. lib. 2. cap. 50.

Flore eſt maiore, & interdum quaſi duplici foliorum ordine conſtans.

---

*XIIX.*

Ranunculus paluſtris rotundifolius læuis.

Apium aquaticum Trago pag. 93. lib. 1. cap. 30.

Ranunculus primus Matth. fol. lat. pag. 419. lib. 2. ca. 171. & icon. 4. pag. 348.

Ranunculus paluſtris rotundiore folio Lobel. obſer. pag. 382. & icon. pag. 669.

Alicubi maiorib⁹ folijs & caulibus, alibi minoribus, communiter flores luteo pallidi: Cordus tamen & purpureos obſeruauit.

---

*XIX.*

Ranunculus paluſtris rotundifolius lanuginoſus.

Ranunculi altera ſpecies, Sardinia herba Cord. in hiſt. pag. 119. b. lib. 2. cap. 1. ſine icone.

---

XX.

Ranunculus ſyluaticus folio rotundo.

Ranunculus dulcis ſeu pratenſis Trago pag.97 lib.1. cap.31.quo ad iconem.

Ranunculus ſylueſtris,eidem quo ad deſcriptionem.

Ranunculus auricomus Lobel. icon. pag.669.

---

XXI.

Ranunculus geranij tuberoſi folio.

Hic caulibus eſt multis cubitalibus,viridibus,ſtriatis,ramoſis: folijs ex radice prodeuntibus, palmaribus pediculis donatis, supernè atrouirẽtibus foliorum Geranij tuberoſi inſtar in multas lacinias, ſed longiores & latiores ad pediculum diuiſis,quæ rurſus ſcinduntur in alias: at in caulis ſummitate gramineis veluti lacinijs: flores in ramulorum ſummo plures,parui,lutei, in quorum medio ſtamina plura habẽtur: radice fibroſâ. Collegimus Anno 1578.in Arqua,vbi Petrarchę Epitaphiũ eſt,quod Batrachium verũ Nobiliſſ. Iacobus Antonius Cortuſus,cùm illi offerremus, nominabat.

---

XXII.

Ranunculus aruenſis echinatus.

Ranunculi hortenſis ſimplicis prima ſpecies Fuchſ. fol.lat. pag.157.cap.57.& in icon.8.pag.86. Ranunculi altera ſpecies.

Ranunculus tertius ſylueſtris Lobel. obſer. pag. 380.

Ranunculus aruorum Lobel.icon.pag.665.

Eſt aliquando latiore,aliquãdo anguſtiore folio,pro ratione ſoli pinguioris.

---

XXIII.

Ranunculus paluſtris echinatus Io. Bauhini.

Ramis eſt pluribus palmaribus variè brachiatis, folijs Aceris aut pampini ferè diuiſura minoribus tamen: ramulorum extremitatibus flores inſidẽt lutei aliorum

forma, quibus ſuccedūt ſemina lata, compreſſa, magna & echinata inſtar Raniculi aruenſis, duodenarium numerum interdum excedentia ſimul iuncta. Locis humidis & aquoſis Monſpelij gaudet. Huius meminere Aduerſaria pag. 299. nomine Ranunculi paluſtris rotundiore folio, ſemine echinato: verum hunc cum Ranunculo paluſtri rotundifolio læui confundunt.

*XXIV.*

Ranunculus flore multiplici rubro: an purpurei floris apud Dioſcoridem?

Ranunculus Conſtantinopolitanus Cluſ. hiſt. Hiſp. in append. pag. 529.

Ranunculus ſanguineus multiplex Lobel. obſer. pag. 383. & icon. pag. 672.

*XXV.*

Ranunculus flore ſimplici rubro.

Ranunculus Tripolitanus phœniceo flore Cluſ. hiſt. Pann. pag. 376. lib. 2. cap. 51.

*XXVI.*

Ranunculus racemoſâ radice Io. Bauhini. Hæc ipſius eſt deſcriptio.

Ranunculus racemoſus Bononienſis caule eſt hirſuto cubitali, folijs pulchrè & profundè diſſectis, orbiculatis ferè nonnihil hirſutis: flore luteo: radix pulchra eſt ex pluribus veluti paruis bulbis racemos exprimentibus, quiddam ſimile habens cum radice Chelidoniæ minoris, quibus & fibræ aliquæ adduntur. Reperitur in montibus Bononienſibus. Hæc ille.

An Ranunculus circa Sebenicum radicibus Chelidoniæ minoris Anguill. pag. 178. opin. 11.

*XXVII.*

Ranunculus folijs oblongis inciſis lanuginoſis.

Ranunculus Pannonicus Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 317. lib. 2. cap. 22. ſine icone.

Ra-

Ranunculus Illyricus Lobel.obſer.pag. 383. & icon. pag.672.

Hunc primùm Lutetiâ Ioh. Henricus Cherlerus Philoſophiæ Doctor tranſmiſit: eundem poſtmodum in horto Illuſtriſſ. Ducis VVirtenbergici Montembelgardi collegimus.

---

*XXIIX.*

Ranunculus gramineus minimus.

Pumilus ranunculus gramineis folijs Aduerſ. pag. 299.& Lobel.icon. pag.671.

---

*XXIX.*

Ranunculus gramineus flore multiplici.

Ranunculus folio graminis Dodon.fol. lat. pag.425. pempt.3.lib.4. cap.3.

Ranunculus gramineus multiplex Lob.icon.pa.671.

---

*XXX.*

Ranunculus montanus longifolius.

Ranunculus phœniceus Myconi (ob ſimilitudinem quam cum palmæ folijs habet) Lugd. pag. 1036. lib.9. cap.24.

---

*XXXI.*

Ranunculus paluſtris longifolius.

Ranunculus inſectus primus Cæſalp.pag.546.lib.14. cap.4.

Lingua Plinij Lugd.pag.1037.lib.9. cap.25. Verùm figura flores exprimit minores, quàm par ſit. duplo enim maiores eſſe deberent, vt benè exprimit Tabernæ. figura, icon.pag.48.ranũculi lanceati maioris nomine.

Ranunculus aquaticus δορυογλωσσόφυλλος maior Thaſyo in ſua Harcynia pag.99.

---

*XXXII.*

Ranunculus paluſtris anguſtifolius non ſerratus.

Ranun-

Ranunculi ſpecies duodecima Cordo in hiſt. pag. 121.b.lib.2.cap.1.

Flammeus ranunculus aquatilis anguſtifolius, Taraconis effigie, Flammula vulgi Lobel.obſeru.pag.382.& icon.pag.670.

Quibuſdam Aegolethron Plinij lib. 21. cap. 13: alijs Enneaphyllon eiuſdem lib.27.cap.9.

---

*XXXIII.*

Ranunculus paluſtris ſerratus.

Flammula, Cleoma Octauij Horatiani fortè Dodon. fol.Gall.pag.288.lib.3. cap.75.

Ranunculus aquatilis anguſtifolius ſerratus Lobel. obſeru.pag.382.& icon.pag.670.

---

*XXXIV.*

Ranunculus aquaticus hederaceus luteus.

Ranunculus hederaceus Dalech. Lugd. pag. 1031. lib.9.cap.24.

---

*XXXV.*

Ranunculus aquaticus folio integro & capillaceo.

Polyanthemon paluſtre aut aquaticum Dodon.fol. Gall.pag.80.lib.1.cap.69.

Ranunculus aquaticus Hepaticæ facie Lobel. obſer. pag.497.& icon.parte 2.pag. 35.

Sunt qui Callitrichen Plinij (quam lenticulæ folijs, caulibus iunceis, tenuiſſimis, radice minima, guſtatu feruentem, naſcentem in opacis & humidis ſcribit) eſſe velint.

---

*XXXVI.*

Ranunculus folijs rotundis bullatis: tertius Dioſcoridis quibuſdam.

Ranunculus autumnalis Cluſ.hiſt.Hiſp.pag.316.lib. 2.cap.22.

Ranunculus Luſitanicus autumnalis Cluſij Lob.obſeru.pag.384.

Ranun-

Ranunculus Luſitanicus Cluſij Lob. icon. pag. 673. ſed alia eſt, quàm in obſeruationibus, quámve apud Cluſium, figura.

*XXXVII.*

Ranunculus flammeus Chelidoniæ minoris folio.

Ex radice plurimis tenuibus fibris conſtante emergunt ſeptena, aliquando & plura folia ſubrotunda, ad Chelidoniæ minoris (vel potiùs cochleariꝗ) formam accedentia oblongis pediculis, (vt & Chelidoniꝗ) donata. floribus eſt luteis, parùm à reliquis ranunculorum floribus diuerſis. Hunc à Doctore Doldio Norinbergâ accepimus cum hâc inſcriptione, an Ranunculus flammeus folio rotundiore? Hunc videtur Lugdun. herbarij auctor pag. 1036. lib. 9. cap. 24. Ranunculi latifolij nomine exprimere voluiſſe, verùm cùm nil præter figuram & nomen habeat cogitandum, ſiquidem figuram ſi inſpicias (in qua radices deſunt) pronunciabis Chelidoniam minorem pingi, ſiquidem & rudimenta floris adpicta ſint etiam Chelidoniæ minoris.

*XXXIIX.*

Ranunculus Creticus albus.

Folijs eſt ranunculi pratenſis vel hortenſis repentis, diuiſis ſpecie trifolia, rariùs quinquefolia per margines crenatis, per terram ſparſis: caule rotundo pedali, qui duos vel tres flores ſuſtinet magnos, ex ſex vel ſeptem folijs compoſitos albos, papaueris erratici florem magnitudine ſuperantes, quibus ſuccedit capitulum ſeminibus aliorum Ranunculorum more cõfarctum. Hunc delineatum Patauio ad nos miſit Laurẽtius Roſenauvv Germanus Pharmacopæus diligentiſſ. vnâ cum quibuſdam alijs rarioribus plantis & ſeminibus, nomine Ranunculi ex Candia rari, cui in horto ſuo creuit.

*XXXIX.*

Ranunculus montanus albus ſimplici flore.

Ranunculus quartus Matth. fol. lat. pag. 420. lib. 2. cap. 171. & icon. 4. pag. 351. videtur etiã nomine Aconiti quinti proponere fol. lat. pag. 688. lib. 4. cap. 73. & icon. 4. pag. 743.

Ranunculus albus flore ſimplici Lobel. obſeru. pag. 381. & icon. pag. 668.

Aconitum batrachoides Aduerſar. pag. 300. & Lob. icon. pag. 668.

---

*XL.*

Ranunculus hortenſis albus multiplici flore.

Ranunculus albus maior alter Geſn. hort. append. pag. 295. b.

Ranunculus niueus polyanthos Lobel. obſeru. pag. 381. & icon. pag. 667.

---

*XLI.*

Ranunculus montanus hirſutus albus.

Ranunculus Alpinus albo flore Cluſ. hiſt. Pann. pag. 363. lib. 2. cap. 50. ſine icone.

---

*XLII.*

Ranunculus montanus hirſutus Narciſſi flore.

Ranunculi ſecundi alterum genus Cluſ. hiſt. Pan. pag. 366. lib. 2. cap. 50.

---

*XLIII.*

Ranunculus montanus hirſutus purpuraſcẽte flore.

Ranunculus tertius Cluſ. hiſt. Pann. pag. 368. lib. 2. cap. 50.

---

*XLIV.*

Ranunculus montanus globoſo luteo flore.

Ranunculus ſextus Matthioli fol. lat. pag. 421. lib. 2. cap. 171. & icon. 4. pag. 353. qui pro Aconito tertio ab ipſo etiam proponi videtur fol. lat. pag. 687. lib. 4. cap. 73. & icon. 4. pag. 741.

Ranun-

Ranunculus montanus alpinus glomeratus Lobel. obſeru.pag.385.& icon.pag.675.

Albo etiam reperiri author eſt Tabernem. in fol.pag. 139.lib.1.ſect.2.cap.4.& ranunculum alpinum album nominat, ſed ſine icone.

---

# SECTIO QVARTA.

## *ACONITVM: DORONICVM: HELLEborus niger: Helleborus albus: Helleborine, & eius ſpecies.*

AKO'NITON Dioſcoridi lib.4. cap.77. & 78. nominis rationem hanc aliqui attulêre, monente Plinio lib.27. cap. 3. quoniam in nudis caulibus, ſeu *ἐν ταῖς ἀκόναις* prouenit: alijs (addit) quoniam vis eadem in morte ſit, quæ cotibus (*ἀκόνη* cotem ſignificat) ad ferri aciem deterendã, ſtatimq; admota velocitas ſentiatur. At Theoph.9.hiſt.16. *ἀκόνιτον* appellatum ſcribit ab Aconis, pago quodam Mariandynorum, quoniam ibi præcipuè proueniat.

Genera duo prima fecit Dioſcorides, alterum folijs Cyclamini aut cucumeris, quod *παρδαλιαγχὲς, οἱ δὲ κάμμορον οἱ δὲ θηλυφόνον, οἱ δὲ μυοκτόνον θηροφόνον*, vocent. Alterum folijs effigie Platani crebris diuiſuris, quod *κυνοκτόνον*, alij *λυκοκτόνον* appellent: cuius tria genera; vnum quo vtuntur venatores: alia duo quæ in vſum ſuum Medici vertêre, è quibus tertium Põticum nominatur. Theophraſtus loco cit. Aconiti vnius folio intubaceo (forſan pro *κογχρώδες*, legendum, *βατραχιῶδες*) meminit. Plinius 27. hiſt.cap.2.agit de aconito, at cap. 3. deſcribit folijs cyclamini aut cucumeris: cammaron dici propter radicẽ cammaro marino ſimilem (fortè rectiùs *κάμμορον* quaſi *κακόμορον* pernicioſum, vt eſt apud Homerum) alijs thelyphonon: aliquibus Scorpion, quia radix Scorpionũ modo incuruetur: quibuſdam myoctonon, quoniam odore mures necet.

*I.*

Aconitum vnifolium luteum bulboſum : an Theophraſti Aconitum?

Bulboſus vnifolius aut bifolius batrachoides, elleboracea herbula Aduerſ. pag. 301.

Aconitum hyemale Belgarum Lob. obſer. pag. 385. & icon. pag. 676. vbi binæ icones.

---

*II.*

Aconitum lycoctonum luteum.

Luparia Trago pag. 247. lib. 1. cap. 82.

Aconitum ſecundum Matth. fol. lat. pag. 687. lib. 4. cap. 73. & icon. 4. pag. 740.

Aconitum luteum Ponticum Lobel. icon. pag. 677.

In montibus reperitur ampliore caule & folijs : nonnullis in locis humiliore ac minoribus folijs : dilutiùs quandoq; viret, interdum & flos pallidior, communiter ex pallido luteus. Habetur & flore albo in monte noſtro Muteto.

---

*III.*

Aconitum lycoctonum folijs ſerratis, ſiliquis oblongis : an tertium Dioſcoridis?

Aconitum Lycoctonum ex codice Cæſareo Dodon. fol. lat. pag. 436. pempt. 3. lib. 4. cap. 9.

---

*IV.*

Aconitum cęruleum hirſutũ flore conſolidę regalis.

Aconitum Lycoctonum primum Cluſ. hiſt. Pan. pag. 404. lib. 3. cap. 1.

---

*V.*

Aconitum cæruleũ glabrum. flore conſolidę regalis.

An Aconitum quartum Matth. fol. lat. pag. 687. lib. 4. cap. 73. & icon. 4. pag. 742. nam licet floribus dicat aureis, Camerarius tamen in Matth. dicit cæruleis.

Aconitum cæruleũ aliud Geſn. de hortis pag. 244. b.

Aco-

Aconitum lycoctonum flore delphinij Lobel. obſer. pag. 386. & icon. pag. 678.

*VI.*

Aconitum cæruleum napelli flore radice fibroſâ.

Aconitum lycoctonum cæruleum 2. Dodo. fol. lat. pag. 437. pempt. 3. lib. 4. cap. 11. ſine icone.

An aconitum cæruleũ Geſn. in monte Fracto pa. 65.

*VII.*

Aconitum inflexâ comâ folijs latioribus.

Aconitum 6. Matth. fol. lat. pag. 688. lib. 4. cap. 73. & icon. 4. pa. 744. floribus dicit purpureis. Camerarius in Matth. epit. pag. 831. palleſcentibus luteiſve.

*IIX.*

Aconitum inflexâ comâ folijs anguſtioribus.

An Aconitum 7. Matth. fol. lat. pag. 688. lib. 4. cap. 73. & icon 4. pag. 745.

Aconitum lycoctonum 4. vel Lynceanum Cluſ. hiſt. Pann. pag. 409. lib. 3. cap. 1. ſine icone.

*IX.*

Aconitum inflexâ comâ maximum.

Aconitum lycoctonũ comâ nutante, vel lycoctenum 5. Cluſ. hiſt. Pann. pag. 411. lib. 3. cap. 1.

*X.*

Aconitum bulboſum inflexâ comâ.

Aconitum nonum Matth. fol. lat. pag. 689. lib. 4. cap. 75. & icon. 4. pag. 747.

*XI.*

Aconitum cæruleum ſeu Napellus primus.

Münchüttlin Brunfel. in 4. pag. 292. ſine icone. Trago pag. 248. lib. 1. cap. 82.

Napellus verus Lòbel. obſeru. pag. 387. cæruleus in icon. pag. 679.

Habetur maius, minus, vtrumque flore cæruleo: reperitur & roſeo: folijs item latioribus & anguſtioribus: hinc apud Tabern. icon. pag. 583. & 584. binæ figuræ Napelli maioris latifolij, & napelli maioris anguſtifolij nomine.

*XII.*

Aconitum violaceum ſeu Napellus ſecundus.

Aconitum lycoctonum 2. vel præcox Tauricũ Cluſ. hiſt. Pann. pag. 407. lib. 3. cap. 1.

*XIII.*

Aconitum purpureum folijs Napello latioribus, ſeu Napellus 3.

Aconitum lycoctonum 3. vel lycoctonum Neubergenſe Cluſ. hiſt. Pann. pag. 408. lib. 3. cap. 1.

*XIV.*

Aconitum cæruleopurpureum ſeu Napellus 4.

Aconitum lycoctonum 6. vel lycoctonum Iudenbergenſe Cluſ. hiſt. Pann. pag. 412. lib. 3. cap. 1.

*XV.*

Aconitum purpureum autumnale ſeu Napellus 5.

Aconitum lycoctonum 7. vel lycoctonum autumnale Cluſ. hiſt. Pann. pag. 413. lib. 3. cap. 1. ſine icone.

*XVI.*

Aconitum cæruleum minus ſeu Napellus minor.

An Aconitum 8. Matth. fol. lat. pag. 689. lib. 4. cap. 73. & icon. 4. pag. 746, cui flores purpuraſcentes. Camerar. verò in Matth. rubros tribuit.

Aconitum lycoctonum cæruleum paruum Dodo. fol. lat. pag. 438. pempt. 3. lib. 4. cap. 11.

Aconitum lycoctonum cæruleum paruum facie Napelli Lobel. obſer. pag. 386. & icon. pag. 678.

*XVII.* Aco-

XVII.

Aconitum racemoſum, fortè Actœa Plinij li. 27. ca. 7. Chriſtophoriana Geſn. de hort. pag. 253. Lobel. obſ. pag. 389. & icon. pag. 682.

XIIX.

Aconitum ſalutiferum ſeu anthora. Dicta anthora quaſi ἀντιφθορὰ, quod Thoræ alexipharmacum ſit: quã Auicenna lib. 2. cap. 5. Moyſis Napellum, & herbam Napello ſimilem, eiusque veneno repugnantem, vocat.

Antora Matth. fol. lat. pag. 692. lib. 4. cap. 73. & icon. 4. pag. 750.

Anthora Lobel. obſer. pag. 385. & icon. pag. 677.

Flore eſt luteo. Tabernæm. edit. fol. pag. 399. lib. 1. ſect. 4. cap. 13. ſecundæ meminit, quæ ſolo colore floris cæruleo à priore variet.

XIX.

Anthora Pertia, quam Pandectarius proponit folijs aſari crenatis, radice rotundâ, amarâ. Tabernæm. ed. fol. pag. 399. lib. 1. ſect. 4. cap. 13. ſine icone, quid eſt?

## *ACONITVM PARDALIANCHES, & eius ſpecies.*

*I.*

Aconitum Pardaliãches primum ſeu Thora maior.

Pſeudoaconitum Pardalianches Matth. fol. lat. pag. 686. lib. 4. cap. 73. & icon. 4. pag. 739.

Aconitum primum ſeu pardalianches maius Geſn. de hort. pag. 244. b. & append. pag. 289. b. Aconitum pardalianches & Aconitum primum antiquis: Eidem in aſſertione de Aconitis, quæ Epiſtolis addita pag. 4. Tora venenata, aliquibus Lunaria, Eidem libello de Lunarijs pag. 38.

Phthora Valdenſium Aduerſ. pag. 263. & Lob. icon. pag. 604.

Variat

Variat foliorum exortu, ſitu & numero. Enaſcitur enim vno folio, duobus, idque vel ſtatim à radice, vel nulla à radice, ſed in vno caule duobus vtriſque maiuſculis (paruis & acutis quæ in caulibus ſunt non numeratis) vel tribus, vel quatuor, vel quinque ad ſummum, omnibus à radice, nullo caule. Tabernæmontanus diſtinguit in marem & fœminam icon. pag. 586. fœminam quatuor, marem duobus magnis pingens folijs.

*II.*

Aconitum Pardaliãches alterum ſiue Thora minor.

Tora minor Geſn. in tract. de acconitis pag. 4. huius iconem habet: & Camer. in Matth. epit. pag. 826. qui iconem habet Geſneri.

Aconitum primum minus Geſn. de hort. pag. 244. b.

Huius binæ figuræ apud Tabernæm. icon. pag. 585. Thoræ Sabaudicæ & Thoræ montis Baldi nomine.

Thora Apula Tabern. fol. pag. 288. lib. 2. ſect. 6. cap. 10. & icon. pag. 584. quid eſt?

*III.*

Aconitum Pardalianches Dioſcoridis creditum Matthiolo.

Aconitum Pardalianches Matth. fol. lat. pag. 684. lib. 4. cap. 73. & icon. 4. pag. 735.

Aconitum Pardalianches Matt. Lugd. pag. 1735. lib. 17. cap. 10. qui Matthioli iconem habet ſine floribus. In appẽdice verò pag. 16. Aconitum pædalianches primum vocat, & iconi, quam prius propoſuerat adpingit ramulum foliorum floribus onuſtum.

Hoc aliqui falſum & commentitium exiſtimant: at Lugdun. Herbarij author ſe plantam integram à ſeplaſiario Treuerenſi nactum, in cuius horto plantæ iam aliquot annis viuant, & in Allobrogibus naſci ſcribit.

Nunquam vidimus.

*IV.* Aco-

*IV.*

Aconitum pardalianches Theophraſti Matth.fol.lat. pag.685.lib.4.cap.73.& icon.4.pag.737.

Aconitum pardalianches Theophraſti ex Matth. Lugd.pag.1738.lib.17.cap.10.

Doronici ſpeciem multi exiſtimant, & cogitandum an non ſit idem cum ſequenti.

---

*V.*

Aconitum pardalianches Plinij Matth. fol. lat. pag. 685.lib.4.cap.73.& icon.pag.736.

Doronicum brachiatâ radice cancri forcipicularum ritu Lobel.obſer.pag.370.& icon.pag.649.

---

*DORONICVM, eiusq; ſpecies.*

DOronici vox ab Arabibus potita, qui Doronigi ſiue Durungi dicunt. Aliqui inter aconita referunt, eò quòd illo canes interficiantur: alij verò ab aconito ſeparant, ſiquidem ſine noxâ aliqui vſi ſint, & licet canes interficiat, dari & alia eiuſmodi, vt vulpes Aloë ſaluberrimâ & amygdalis amaris necari, etiam Plutarchus monet, quæ tamen hominibus non obſunt.

*I.*

Doronicum radice ſcorpij.

Aconitum pardalianches minus, officinis falsò doronicum, Matth.fol.lat.pag.686.lib.4.cap.73.

Doronicum Romanum, Aconitum pardalianches antiquorum Cluſ.in Coroll. ad Dodo. edit. Gall. pag. 583.cap.30.

Doronici tertij varietas perperàm Aconitum pardalianches Lobel.obſer.pag.370.& icon.pag.649.

---

*II.*

Doronicum plantaginis folio.

Doronicum minus Officinarum Lobel. obſeru. pag. 370.& icon.pag.648.

*III.*

Doronicum longifolium hirſutum.

Doronicum primum vel minus Cluſ. hiſt. Pann. pag. 518. lib. 3. cap. 27.

Hoc Dn. Theodorus Collado Lauſannenſis Medicus ex Heluetiâ attulit.

---

*IV.*

Doronicum latifolium ſerratum.

Doronicum Auſtriacum alterum Cluſ. hiſt. Pan. pag. 519. lib. 3. cap. 27. ſine icone.

---

*V.*

Doronicum latifolium alterum flore magno.

Doronicum Auſtriacum 3. Cluſ. hiſt. Pann. pag. 521. lib. 3. cap. 27.

---

*VI.*

Doronicum maximum folijs caulem amplexãtibus.

Doronicum Auſtriacum quintum ſiue maximum Cluſ. hiſt. Pann. pag. 524. lib. 3. cap. 27.

---

*HELLEBORVS NIGER ET ALBVS, eiusq; ſpecies.*

Ἑλλέβορος Dioſcoridi lib. 4. cap. 150. & 151. Etymologicus dici ſcribit παρὰ τὸ ἑλεῖν τῇ βορᾷ, quod eſu perimat, vt potè θανάσιμον φάρμακον: ſed hoc intelligendum ſi maiori, quàm par ſit, doſi exhibeatur. Genera duo ſunt Dioſcoridi ἐλλέβορος λευκὸς, Helleborus albus, quod Latinis Veratrum album, folijs plantaginis aut betę ſylueſtris. alterum ἐλλέβορος μέλας, Helleborus niger, οἱ δὲ μελαμπόδιον (quoniam Melampus caprarum paſtor furentes in ſe Prœti filias hoc primus purgaſſe & ſanaſſe fertur) folijs platani. Theophraſtus 9. hiſtor. 11. cenſet Elleborum nigrum & cãdidum æquiuocè dici. alios enim cenſere facie eſſe ſimiles, & radicis colore inter ſe differre.

ferre. eſſe namque alterius candidam, alterius nigram: alios foliū nigri laureum, candidi poraceum reddidiſſe: radices autem ſimiles, colore excepto. Nigrum vbiq; naſci, ſed optimum Helicone, at candidum locis pauciſſimis exire: optimos verò & vſitatiſſimos quatuor eſſe. Orthum, Ponticum, Elenthium, Maſſalioticum. Hæc quamuis formâ conueniant, vires tamen proprias ſortiri: nigrum ab eo qui comperit & primo ſuccidit, Melampodium quoſdam appellâre.

Plinio lib. 25. cap. 5. Genera prima duo ſunt, candidum & nigrum: hoc radicibus tantùm intelligi tradunt plerique, alij folia nigri platani ſimilia, ſed minora nigrioraque, & pluribus diuiſuris ſciſſa, albi betæ incipientis.

## *HELLEBORVS NIGER.*

*I.*

HElleborus niger fœtidus hyeme virens: Enneaphyllon Plinij lib. 27. cap. 9. quod longa folia nouena habere videtur.

Conſiligo Ruellij & Pedicularia fœtida 3. Trago pag. 251. lib. 1. cap. 83.

Lycoctonum primum Dodo. fol. Gall. pag. 290. lib. 3. cap. 78.

Seſamoides magnum Cordi Lobel. obſer. pag. 387. & icon. pag. 686.

Helleboraſter maximus flore & ſemine prægnãs Lobel. obſer. pag. 387. & icon. pag. 679.

*II.*

Helleborus niger hortenſis flore viridi. Conſiligo Plinij lib. 26. cap. 7. videtur.

Helleborus niger Brunfel. fol. pa. 30. tõ. 1. Rhapſ. 2. & 4. pag. 35.

Elleborus niger adulterinus domeſticus Trago pag. 405. lib. 1. cap. 135.

Helleboraſtrum Lob. obſ. pag. 387. & icon. pag. 680.

Huius radice multi vtuntur, inter quos frater meus Ioh. Bauhinus, qui in magno ſuo volumine, quod erit de conſenſu & diſſenſu autorum circa plantas, in hanc rem multa monebit.

---

*III.*

Helleborus niger flore magno purpuraſcente.

Elleborum nigrum Matth. fol. lat. pag. 755. lib. 4. cap. 146. & icon. 4. pag. 856.

Planta leonis Dodo. fol. Gall. pag. 236. lib. 3. cap. 26.

Helleborus niger Lobel. obſeruat. pag. 388. & icon. pag. 681.

Variat floris colore, communiter eſt purpuraſcente ſeu rubeſcente, cuius radice Itali vtũtur. habetur & flore albo circa Comeum lacum.

---

*IV.*

Helleborus niger Saniculæ folio maior.

Oſteritium montanum Trago pag. 434. lib. 1. cap. 144. ſine icone. (pag. 384.

Sanicula fœmina Fuchſ. fol. lat. pag. 670. & icon. 8.

Aſtrantia nigra Lob. obſ. pag. 388. & icon. pag. 681.

Hoc Veratrum nigrum Dioſcoridis eſſe vult Dodo. fol. Gall. pag. 236. lib. 3. cap. 26. & fol. lat. pag. 383. pempt. 3. lib. 2. cap. 30. Luparia nominabatur Bononiæ cùm in horto Medico colligeremus.

---

*V.*

Helleborus niger Saniculæ folio minor.

Alterum ex monte Fracto & ex monte Spligen/ quâ itur in Italiam, habemus, omnibus partibus ſextuplò, aliquãdò & decuplò minoribus, aliâs per omnia & quo ad foliorum & florum formam priori reſpondet.

---

*VI.*

Helleborinæ fœniculæ facie.

Epipactis Matth. fol. lat. pag. 721. lib. 4. cap. 102.

Ellebo-

Elleborine Matth.icon.4.pag.804.

Alpina Elleborine ſaniculæ & Ellebori nigri facie Lobel.obſeru.pag.378.& icon.pag.664.

---

*VII.*

Helleborus niger tenuifolius buphthalmi flore.

Elleborus niger verus Trago pag.406.lib.1.ca.135.

Pſeudoelleborum Matth.fol.lat.pag.757.lib.4.cap. 146.&icon.4.pag.858.

Helleborus niger forulaceus Theophr. Lobel. icon. pag.784.

Huius radice frequenter & feliciter vtimur.

---

## *HELLEBORVS ALBVS.*

*I.*

Helleborus albus vulgaris flore ſubuiridi.

Elleborus albus Trago pag.409.lib.1.cap.136.

Helleborum album ſiue Veratrum Lobel.obſer.pag. 167.&icon.pag.311.

Variat flore albo, item ſubuiridi.

---

*II.*

Helleborus albus flore atrorubenti.

Helleborum album floribus atrorubentibus præcox Lobel.obſeru.pag.167.&icon. pag.311.

---

## *HELLEBORINE.*

*I.*

Helleborine latifolia montana & vulgaris.

Satyrium octauum Trago pag.783.lib.2.cap.82.ſine icone.

Damaſonium tenuifolium Cordo in hiſt.pag.151. lib.2.cap.107.

Helleborine ſiue Epipactis recentiorum Lobel.obſeru.pag.169.&icon.pag.312.

Foliorum amplitudine & floris colore variat. Huius

duæ ſpecies: eſt altera folijs oblongis acutis: altera verò folijs ſubrotundis.

*II.*

Helleborine altera atrorubente flore.

Aliſma botryodes racemoſum Thalyo in ſua Harcyn. (pag. 13.

Et hæc foliorum amplitudine variat: quod & flore candido Thalyus obſeruauit.

*III.*

Helleborine anguſtifolia paluſtris ſiue pratenſis.

Elleborine ſecunda Cluſ. hiſt. Pann. pag. 275. lib. 2. cap. 33. ſine icone.

Flos aliquãdo foris herbaceus, interiùs nõnihil can- (dicans.

*IV.*

Helleborine flore carneo.

Elleborine 3. Cluſ. hiſt. Pann. pag. 275. lib. 2. cap. 33. ſine icone.

Flores aut omninò purpuraſcentes, aut propemodũ (carnei.

*V.*

Helleborine flore albo vel Damaſonium montanum latifolium.

Aliſma quorundam apud Cord. hiſt. pag. 150. b. lib. 2. cap. 81. figura habetur ſine deſcriptione.

Aliſma cymbali anthemon Thalyo in ſua Harcynia (pag. 13.

Aliquando vnico flore, aliquando pluribus, aliquando folijs prorſus candidis.

*VI.*

Helleborine oblonga purpuraſcente ſpica.

Elleborine quarta Cluſ. hiſt. Pan. pag. 275. lib. 2. cap. 33. ſine icone.

*VII.*

Damaſoniũ mõtanũ anguſtifoliũ dilutè purpuraſcẽs.

Elleborine quinta Cluſ. hiſt. Pan. pag. 276. lib. 2. c. 33.

*IIX.* Da-

*IIX.*

Damaſonium montanum anguſtifolium luteum.

Damaſonium alpinum Lugd.pag.1057.lib.9.ca.41.

A' ſuperiore tantùm floris colore differre videtur.

*IX.*

Damaſonium ſeu Calceolus Mariæ.

Lonchitis prior Dalechampij in Dioſc.Lugdun. in 8. Anno 52.editum, at nunc Elleborinem ferrugineam ſiue puniceam vocat in herbario Lugd.pag.1146.lib.10. cap.29.

Aliſmatis pulchra ſpecies flore ferrugineo Geſn. de hort.pag.245.b.

Calceolus Marię & ſacerdotis crepida, Damaſonium nothum Lobel icon.pag.312.

Flore eſt luteo oui teſtam referente, folia verò flori adiuncta ferruginea: reperitur & albo. Eſt & apud Heluetios duplo maiore, quàm apud Noricos flore.

# SECTIO QVINTA.

*GENTIANA: PLANTAGO: HOLOSTEVM: Coronopus: Pſyllium: Plantago aquatica: Tripolium: Limonium: Biſtorta: Pyrola.*

GENTIANA *& eius ſpecies.*

GENTIANH` Dioſcoridi lib.3.cap.3.ab inuentore Gentio Illyriorum Rege denominata, eò quòd in bello primus eius vires repererit: folijs autem dicit iuglandi, plantaginíve ſimilibus. Gentiana Plinio lib.25.cap.7. folijs fraxini. Verùm Gentianæ aliæ ſunt radice perenni, aliæ fugaci: illæ prolato flore & ſemine interire non ſolent, ſed ſingulis annis ex eâdem radice nata germina producunt: hæ verò emarcido flore & diſperſo ſemine hyeme intereunt, & ex ſemine renaſcuntur.

I.Gen-

*I.*

Gentiana maior lutea.

Gentiana Brunfels.fol. pag. 161.tom.3. Rhap.77.ſine icone, & 4.pag.268.cum icone vitioſâ.

Gentianæ prima ſpecies Trago pag. 174. lib.1.ca.56.

Gentiana maior Lob.obſ. pag.165. & icon.pag.308.

---

*II.*

Gentiana maior purpurea.

Gentianæ ſecunda ſpecies Trago pag. 175.lib.1.cap. 56. ſine icone.

Gentiana punicea Geſn.monte Fracto pag.65.

Gentiana maior flore purpureo Cluſ.hiſt. Pann. pag. 278.lib.2. cap.34.

Variat flore ſubcæruleo.reperitur & niueo.

---

*III.*

Gentiana maior pallida.

Gentiana maior pallida punctis diſtincta Cluſ. hiſt. Pann.pag.280.lib.2.cap.34.ſine icone.

Reperitur & cæruleo flore.

---

*IV.*

Gentiana cruciata.

Herba fullonū Brunfels.fol.pag.56.tom.2.Rhap.15.

Cruciata Trago pag.254. lib.1. cap.84.

Gentiana minor ſiue Cruciata Lob.obſeru.pag.166. & icon.pag.309.

Huius duplex differentia. altera procumbens & minor. altera erecta & maior: flores alterius magis cęrulei, & illarum altera radicibus ſine foramine, ita vt tres ſpecies conſtituere liceat.

---

*V.*

Gentiana flore ſubcæruleo punctis nigris notato.

Gentiana duodecima & punctata Pennæi Cluſt.hiſt. Pann.pag.292.lib.2.cap.34.

---

*VI.* Gen-

*VI.*

Gentiana Aſclepiadis folio.

Gentianæ alia ſpecies Geſn.monte Fracto pag.65.

Gentianę ſpecies tertia Trago pag.175.lib.1.cap.56. ſine icone.

Gentiana Aſclepiadis folio & Gentiana ſecũda Cluſ. hiſt.Pan.pag.281.lib.2.cap.34.

Huius flos nunc purpureus,ſiue cæruleus ſaturatus: nunc dilutiore & veluti cinereo colore.

*VII.*

Gentiana paluſtris.

Calathiana viola Dodo.fol.Gall.pag.128.lib.2.c.21.

Gentiana anguſtifolia vel quarta Cluſ.hiſt.Pann.pag. 284.lib.2.cap.34. ſine icone.

Variat colore floris cæruleo, violaceo, purpureo.

*IIX.*

Gentiana anguſtifolia autumnalis.

Pneumonantes Cordi hiſt.pag. 162.b. lib.2.ca.151. ſecundum deſcriptionem,& Lobel.obſeru. pag.166.& icon.pag.309.

Calathiana viola autumnalis minor Geſn. de hort. pag.251.

Flore eſt cæruleo dilutiore, eſt & nigro: rariùs albo.

*IX.*

Gentiana pratenſis flore intus lanuginoſo.

Gentiana fugax altera ſiue Gentiana octaua Cluſ. hiſt.Pann.pag.289.lib.2.cap.34.ſine icone.

*X.*

Gentiana pratenſis folio quaſi triangulo.

Gentiana fugax ſiue annua prima vel gentiana ſeptima Cluſ.hiſt.Pann.pag.288.lib.2.cap.34. ſine icone.

Viola calathiana altera ſiue πλυαθεμος Thalyo in ſua Harcyn.pag.131.

Flore eſt ex cæruleo purpuraſcente, rariùs flore prorſus candido.

XI.

Gentiana pratenſis flore breuiore & maiore.

Gentiana fugax tertia ſiue Gentiana nona Cluſ. hiſt. Pann. pag. 289. lib. 2. cap. 34. ſine icone.

XII.

Gentiana alpina æſtiua Centaureæ minoris folijs.

Gentiana fugax quinta, ſeu Gētiana vndecima Cluſ. hiſt. Pann. pag. 291. lib. 2. cap. 34.

XIII.

Gentianella alpina verna.

Hippion, id eſt viola equina Cordo in obſeru. ſylua pag. 221. b.

Calathiana verna Geſn. de hort. pag. 251.

Gentianella alpina verna Cluſij, Cantabrica quorundam Lobel. obſeru. pag. 167. & icon. pag. 310.

XIV.

Gentianella alpina folioſa.

Gentianella anguſtifolia Lugd. pag. 829. lib. 7. ca. 19.

Etſi dicat Lugdunenſis ſe idem cenſere cum Gentianella verna minore Cluſij, diuerſam tamen facimus, cùm diuerſas habeamus, & Lugdunenſis & Cluſij figuræ reſpondentes.

XV.

Gentianella alpina anguſtifolia magno flore.

Helleborine Dalechāpij in Dioſcor. Anno 52. Lugduni editum in 8.

Gentiana quarta Trago pag. 175. lib. 1. cap. 56. ſine icone.

Gentianella Heluetica Aduerſar. pag. 130. & Lobel. icon. pag. 310.

XVI. Gen-

*XVI.*

Gentianella alpina latifolia magno flore.

Hæc folijs eſt non vt prioris oblongis acuminatis, ſed ſatis ſubrotundis, plantaginis vel calthæ alpinæ formâ, quaternis vel quinis, ad radicem nigricantem fibroſam, humi ſparſis, craſſis, caule palmari vno vel altero folio donato, cuius ſummitati flos inſidet oblongus, cæruleus, calatho, cui vtrinq; folium oblongum adiunctum, inſidet. Ex Heluetiæ alpibus habemus.

---

*XVII.*

Gentianella breui folio.

Gentiana minima Aduerſ. pag. 131. & Lobel. icon. pag. 310.

Vulneraria (ab effectu) Caſtori pag. 485.

Floribus eſt communiter cæruleis, aliquando dilutè purpuraſcentibus: rariùs albis occurrit.

---

*XIIX.*

Gentianella omnium minima.

Ex radice oblonga tenui, prodeunt foliola oblonga, anguſta, plurima ſimul inſtar cęſpitis coniuncta, ſine caule, ſingulis pediculis breuibus floſculus pallidè cæruleus ex calyce prodit: tota planta adeò parua, vt vnciam vnam vel duas vix ſuperet, & niſi diligenter inſpicias vix reperias, & multum aliquem floridum pronunciares, niſi ſummè eſſet amara. Prouenit in Alpibus Helueticis inter ipſum gramen.

---

*PLANTAGO, & eius ſpecies.*

PLantago ἀρνόγλωσσον, (id eſt lingua agnina à formâ) Dioſcoridi lib. 2. cap. 153. dicitur, alijs πολύνευρος multineruia, & ἑπτάπλευρος ſeptineruia: Latinis Plantago, à plantâ ducto nomine.

Genera duo Dioſcor. propoſuit, maiorē & minorem: cuius licet Theoph. 7. hiſt. 9. & 10. meminerit, differētiã

tamen nullam explicauit. At Plinius lib. 25. cap. 8. ſecutus eſt Dioſcoridem, qui minorem folijs dicit linguæ pecorum ſimillimis: alteram maiorem, quam quidem heptapleuron vocauêre.

*I.*

Plantago latifolia maxima ſinuata.

Plantago rubea Brunf. fol. pag. 25. tom. Rhapſ. 1. & 4. pag. 32.

Trago pag. 225. lib. 1. cap. 75.

Plantago vulgaris latifolia Lobel. icon. pag. 162.

Arnogloſſa, plãtago latifolia læuis Lob. icõ. pag. 303.

Hanc & foliato caule frequentem in Germaniâ extare ſcribit Cæſalpinus pag. 327. lib. 8. cap. 16. quam tamen nondum vidimus.

*II.*

Plantago latifolia maxima roſeo flore.

Plantago roſea Aduerſ. pag. 128. Lob. icon. pag. 304.

*III.*

Plantago latifolia maior nicana.

Plantago maior Brunfel. fol. pag. 23. tom. 1. Rhapſ. 1. & 4. pag. 32.

Plantago latifolia vel media & ſecunda Trago pag. 226. lib. 1. cap. 75.

Plantago maior nicana, Lobel. obſeru. pag. 162. & icon. pag. 304.

*IV.*

Plantago latifolia maior ſpica multiplice.

Plantaginis maioris ſpecies altera Dodon. fol. Gall. pag. 89. lib. 1. cap. 61. ſine icone.

Plantago panniculâ ſparsâ, Sarothrodes & Corematophora ſiue Scoparia Lobel. icon. pag. 305.

*V.*

Plantago latifolia minor.

Plan-

Plantaginis mediæ genus minimum Thalyo in ſua Harcyn. pag. 86.

Plantago latifolia minor Tabernæm. icon. pag. 731.

*VI.*

Plantago Salmaticenſis cynogloſſum fortè Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 488. lib. 2. cap. 95. ſine icone.

*VII.*

Plantagini ſimilis Peruuiana.

Payco Lugd. pag. 1919. lib. 18. cap. 149. ſine icone ex Monard.

*IIX.*

Plantagini ſimilis altera, quæ καταναγκη Dioſcoridis lib. 4. cap. 134. videtur.

Planta peregrina plantagini acutę ſimilis, quę Græcis καταναγκη dicitur Rauvvolff. num. 59.

Planta rara plantagini ſimilis Lugd. in append. pa. 21. ex Rauvvolffio.

*IX.*

Plantago anguſtifolia maior. (& 4. pag. 31.

Plantago minor Brunfel. fol. pag. 24. tom. 1. Rhapſ. 1.

Plantago lãceolata vel tertia Trago pa. 225. li. 1. c. 75.

Plantago quinquenertia Lob. obſ. pag. 163. & icon. pag. 305.

*X.*

Plantago anguſtifolia maior in caulem excreſcens.

Obſeruauimus plãtaginem anguſtifoliam maiorem apud nos aliquandò in caulem palmarem excreſcere: in caulis ſummitate folia habentur plura, eo modo, quo & ad radicem, diſpoſita: ſpicis non oblongis, ſed rotundis, breuiſſimis, pediculis lanuginoſis inſidentibus.

*XI.*

Plãtago anguſtifolia maior altera: vel plãtago minor

anguſtiſſimo folio. Hæc ex radice tenui fibroſâ, circa caules albâ lanugine ſcatente, pediculum vnum aut alterum cubitalem, & minorem villoſum emittit, cui ſpica globoſa potius quàm oblonga, hirſuta alba inſidet: folia ex radice plura exeunt, palmaria & ſeſquipalmaria quinque neruis diſtincta, graminea, ex atro virentia & valdè villoſa. Hanc cùm ſtudioſos educeremus herbarum inquirendarum gratia, quod ſæpiſſimè facere conſueuimus, (vbi diuerſa auctorum nomina proponere ſolemus, idque nunc ab annis quindecim, ita vt facilè ſit alijs noſtris pro ſuis vti,) oſtendit M. Emanuel Vrſtiſius Medicinæ ſtudioſus.

*XII.*

Plantago anguſtifolia minor: & Tabern. fol. pag. 402. lib. 2. ſect. 11. cap. 14. & icon. pag. 732.

Lanceola minor Cæſalp. pag. 328. lib. 8. cap. 17.

Plantago pentaneuros minor Thalyo in ſua Harcyn. pag. 86.

*XIII.*

Plantago anguſtifolia maritima: fortè Coronopus marina dici poſſet.

Plantago marina Dodo. fol. Gall. pag. 70. lib. 1. ca. 61. Lobel. obſer. pag. 163. & icon. pag. 306.

## *HOLOSTEVM.*

Ὁλόστεον deſcripſit Dioſcorides lib. 4. cap. 11. & Plinius lib. 27. cap. 10. Holoſteon, inquit, ſine duritia eſt herba ex aduerſo appellata à Græcis, ſicut fel dulce: alludit ad illud Græcorum, qui fella τὰ γλύκεα vocant, quaſi dulcia, cùm ſint amariſſima, vt monet etiam Aurelianus lib. 3. Chron. cap. 1.

*I.*

Plantagini anguſtifoliæ ſimilis ſiue Holoſteum hirſutum albicans maius

Holo-

Holoſteum Salmanticum prius Cluſ.hiſt. Hiſp. pag. 487.lib.2.cap.95.

Holoſteum Salmanticum maius Cluſij, Lobel.obſer. pag.164.& icon.pag.307.

---

*II.*

Holoſteum hirſutum, albicans minus.

Holoſteum paruum Monſpelienſium Aduerſ. pag. 18.Lobel.icon.pag.306.

Congener cum ſuperiore, ſed multo minus.

---

*III.*

Holoſteum hirſutum albicans alterum.

Habbures Camer.in hort.pag.70.

Hoc miſit Norinbergâ Doct. Doldius, addens Dn. Camerarium à D. Alpino hoc anno nomine Gotne albi cathartici accepiſſe.

---

*IV.*

Holoſteum hirſutum nigricans.

Holoſteum quorundã Lugd. pag.1188.li.10.ca.59.

---

*V.*

Holoſteum glabrum viride.

Pſeudoaſphodel⁹ pumilio folijs Iridis Cluſ.hiſt.Pann. pag.262.lib.2.cap.30.

Hæc licet apud nos Krentzacho monte proueniat, ex monte tamen Baldo minorem habemus ſemipalmarem: at ex prato quodam in agro Tigurino, hora ab vrbe diſtãte cubitalem nobis Valerius Polanus & Iohannes Richter⁹ Oppauiẽſes & Medicinæ ſtudioſi, attulêre.

---

*VI.*

Holoſteũ ſtrictiſſimo folio maius: fortè Dioſcoridis?

Coronopus ſiue ſerpentina Matth.fol.lat.pag.357. lib.2.cap.123.

Coronopus ſylueſtris Matth.icon.4.pag.250.

Coro-

Coronopus ſyluestris ſiue ſerpentina Matth. Lobel. icon.pag.439.

Hoc prope Veronam collegit Doctor Paſchalis Gallus, & vnâ cum alijs tranſmiſit.

---

*VII.*

Holoſteum ſtrictiſſimo folio minus.

Serpentina omnium minima Lobel.obſ. pag.240. & icon.pag.439.

Coronopus altera in ædificijs Cæſalp.pag.330.lib.8. cap.20.

Quod verò Lugdunenſis pag.669.lib.5.cap.47.cenſeat nullatenus à ſuperiore præterquam exilitate diſtare, dubitamus: quòd verò opinetur eam eſſe, quam Pena pingendam curauit, & quam Monſpelienſes Holoſtium ſint ſuſpicati, omninò fallitur, cùm tres diſtinctas plantas habeamus.

---

*IIX.*

Holoſteum Maſſilienſe.

Coronopi & ſedi montani media planta Maſſilienſium Aduerſ.pag.187.& Lob.icon.pag.438.

---

*IX.*

Holoſteo ſimilis, cauda muris dicta

Myoſuron Dodo.fol.Gall.pag.72.lib.1.cap.63.

Myoſuros, cauda muris Lobel.icon.pag.440.

---

## *CORONOPVS.*

Κορωνόπους (id eſt pes cornicis à foliorum formâ) Dioſcoridi lib.2.cap.158.& Theophraſto lib.7. cap.9.vbi Gaza Silaginem vertit. Plinio lib.21.cap.16. & lib.22.cap.19.Coronopus dicitur.

*I.*

Coronopus hortenſis.

Coro-

Coronopus Tragi pag. 99. lib. 1. cap. 31. Matth. fol. lat. pag. 357. lib. 2. cap. 123. & icon. 4. pag. 249.

Cornu ceruinum Lobel. icon. pag. 437.

---

*II.*

Coronopus ſylueſtris folijs erucæ modo laciniatis.

Coronopus ſylueſtris Cæſalp. pag. 329. lib. 8. cap. 19.

An Coronopus marinus Camer. hort. pag. 48?.

---

*III.*

Coronopus ſylueſtris repens naſturtij folio.

Coronopus Ruellij Dodo. fol. Gall. pa. 71. li. 1. ca. 72.

Coronopus repens Ruellij & cornu cerui alterum vulgi Lobel. icon. pag. 438.

---

## *PSYLLIVM.*

Ψύλλιον (id eſt Pulicaria) Dioſcorides lib. 4. cap. 70. folijs coronopo non diſſimilibus ſcribit, hirſutis longioribus: ſic dictum quòd ψύλλας, id eſt pulices ſi virens domum importetur in ea gigni non ſinat: vel, vt Plinio, à ſemine pulici ſimili. κύνωπα Theophraſto 7. hiſt. 8. oculum canis & canariam vertit Gaza ſecutus Plinium, cui lib. 25. cap. 11. Pſyllium & Cynoides dicitur.

*I.*

Pſyllium maius.

Pſyllium alterum Matth. fol. lat. pag. 676. lib. 4. ca. 65. & icon. 4. pag. 725.

Pſyllium Plinianum, fortè radice perenni ſupinum Lobel. obſer. pag. 239. & icon. pag. 437.

---

*II.*

Pſyllium alterum.

Pſyllium Trago pag. 167. lib. 1. c. 54. & Matth. fol. lat. pa. 676. lib. 4. c. 65. & icō. 4. pa. 724. & Lob. obſ. pa. 239.

Pulicaris herba Lobel. icon. pag. 436.

---

*III.*

Pſyllium minus.

Exiguam quandam nunc habemus plantam, palmi plus minus altitudine aſſurgentem, ramulis rotundis tenuibus rufeſcẽtibus, in terrã recuruis, in ſummo brachiatis, circa quos folia oblõga alteri⁹ pſyllij formâ, ſed multò anguſtiora & breuiora, quorũ tamen quędã longiora, quędã breuiora, aliquando terna, aliquãdo quina iuncta eo modo, quo in Chamæpityde adulterina Lobelij: ramulorum faſtigijs capitula ſquammoſa inſident, è quibus floſculo albidi puſilli, pediculis inhærentes, prodeunt: ſuccedit ſemen paruum relucens: radix tenuis oblonga ſubalbida, fibris aliquibus capillata & perennis. Hoc Auguſti fine floribus onuſtum collegimus in horto Doctoris Zvvingeri, qui Gottnæ rubri & albi nomine ſemen à Nobiliſs. Bembo Patauino accepit: propter totius plantæ cum Pſyllio ſimilitudinem Pſyllium minus appellare placuit- Videtur tamen differentia eſſe inter Gottne & Gotne rubrum & album, ſiquidem Dn. Alpinus hoc Gotne rubri nomine ad D. Camerarium miſerit: at nomine Gotne albi eam, quã ſub Holoſteo tertio propoſuimus.

---

## *PLANTAGO AQVATICA VVLGÒ dicta: videtur enim impropriè Plantago dici.*

*I.*

PLantago aquatica latifolia.

Plantago aquatica Brunfel. in 4. pag. 32. Trago pag. 226. lib. 1. cap. 75.

Limonium Anguill. pag. 252. opin. 14.

Plantago aquatica folijs Betæ aut Plantaginis, flore gallij albi Lobel. icon. pag. 300.

---

Alyſma

Alyſma Damaſonium, ſeu fiſtula paſtoris habetur apud Lonicerum pag. 174.b.lib.2.cap. 151. cuius figura etiam apud Ryffium: meminit & Cordus lib. 4. in Dioſcor.cap. 169. quid ſit, ignoramus, hûc retulimus, quia dicitur Germanis plantago Italica.

*II.*

Plantago aquatica anguſtifolia.

Plantago aquatica humilis anguſtifolia & longifolia Lobel.icon.pag.300.

Plantago aquatica minor Tabern.fol.pag.406.lib. 2. ſect.11.cap.15.& icon.pag.734.

*III.*

Plantago aquatica ſtellata.

Aliſma puſillum anguſtifolium muricatum Lob.obſ. pag.160.

Plantago aquatica minor altera Lob. icon. pag.301.

Hanc frater Ioh.Bauhinus Illuſtriſs. Ducis VVirtenbergici Medicus, ſiccam communicauit.

## *TRIPOLIVM.*

Τρίπόλιον (quaſi dicas tercanum ſeu caneſcens) Dioſcoridi lib.4.cap.135.cuius (inquit, vt tradũt) flores colorem ter die mutant, manè candidi, meridie purpurei, ſerò punicei conſpiciuntur.

*I.*

Tripolium maius.

Tripolium Dodo.fol.Gall.pag.246.lib.3.cap.33.

Tripolium vulgare Lob. obſ.pa.157. & icon.pa.296.

Luteis etiã floribus reperiri monet Lob.obſ.pa.157

*II.*

Tripolium minus: & Lobel.obſer.pag. 158. & icon. pag.296.

*III.*

Tripolium minus alterum.

Anthyllis minor Cord. in obſer.pag.222.b.

Tripolium minus Camer.hort.pag.173.

## LIMONIVM.

Λειμώνιον καὶ νευροειδὲς Dioſcoridi lib. 4. cap. 16. quòd ἐν λειμῶσι in pratis (quamuis & in paluſtribus) prouen-niat. Plinio lib. 20. cap. 8. Beta ſylueſtris, quam Limonium vocant, alij neuroides.

*I.*

Limonium maius.

Limonium Matth. fol. lat. pag. 630. lib. 4. cap. 16. & icon. 4. pag. 647. Lob. obſ. pag. 157. & icon. pag. 295.

Beon rubrum Limonis ſeu Biſtortæ cognata Geſn. de hort. pag. 250.

*II.*

Limonium alterum Matth. fol. lat. pag. 630. lib. 4. cap. 16. & icon. 4. pag. 648. non nouimus.

*III.*

Limonium minus oleæ folio.

Limonium paruum Narbonenſe oleæ folium Aduerſ. pag. 123. & Lobel. icon. pag. 295.

Huius folia aliquando ita dura & ſolida redduntur, vt lapideſcere videantur.

*IV.*

Limonium folijs aſplenij.

Limonij elegans genus Rauvvolff. in ſuo Itiner. num. 314. & ex eo Lugdun. in append. pag. 35.

## BISTORTA.

BIſtorta dicitur, quòd radice in ſe cõtortâ & cõuolutâ cõſtet, quã alij Limonij, alij Britãnicæ, alij Behen rubri ſpeciem faciunt. At videtur Plinius lib. 24. cap. 16. & lib. 25. cap. 11. inter Dracontia meminiſſe, cui etiam

fortè

fortè lib.25.cap.13. Molybdęna, id eſt Plumbago, quòd plumbum (vitij genus) ex oculo tollat.

*I.*

Biſtorta maior radice minùs intorta.

Colubrina & Dracunculus maior Brunfel. fol. lat. pag.61.tom.1.Rhap.7. & Biſtorta fœmina eidem in 4. pag.170.

Biſtorta maior Trago pag.321.lib.1.cap.105.

Biſtorta Britannica Lobel. icon. pag.292.

---

*II.*

Biſtorta maior radice magis intortâ.

Colubrina & Dracunculus minor Brunfel. fol. pag. 62.tom.1.Rhapſ.7.& Biſtorta mas eidem in 4.pag.169.

Colubrina minor Trago pag.321.lib.1.cap.105. ſine icone.

Serpentaria mas ſeu Biſtorta Fuchſ. fol.lat. pag.773. cap.296.& icon.8.pag.448.

In folijs notatur euidens differentia, quòd altera habeat rugoſa, & maiora, altera leuia & minora.

---

*III.*

Biſtorta minor.

Limonij ſpecies minor Geſn. de hort. pag. 299.b. inter errata. (684.

Biſtorta minor ſeu alpina Camer. in epit. Matth. pag.

Hanc à fratre Ioh. Bauhino accepimus.

---

*IV.*

Biſtorta minor altera.

Biſtorta minor & biſtorta pumila Cluſ. hiſt. Pan. pag. 479.lib.3.cap.14.

---

*PYROLA.*

NOmen accepit à folio, quòd pyri folium refert: hanc aliqui Limonium, alij Britannicam credunt, eius nomine in hanc claſſem retulimus.

*I.*

Pyrola vulgata rotundifolia.

Pyrola Brunfel.fol.pag.88.tom.3.Rhapſ.30.& 4.pag. (92.

Limonium ſylueſtre & Betæ ſylu. ſpecies Trago pag. 707.lib.2.cap.53.

Pyrola à pyri folio Lobel.icon.pag.294.

Huius ſpecies duæ. altera amplo molliq; folio. altera minore & duriore.

---

*II.*

Pyrola folio mucronato ſerrato.

Ambroſia Dalechampio in edit.Dioſc.in 8.Anno 52. Lugduni.

Pyrola ſecunda & tenerior Cluſ.hiſt. Pann.pag.506. lib.3.cap.23.

---

*III.*

Pyrola fruteſcens.

Pyrola tertia Cluſ.hiſt.Pann. pag.507.lib.3.cap.23.

---

*IV.*

Pyrola minima flore vnico graminis Parnaſſi.

Pyrola quarta Cluſ.hiſt.Pan.pag.509.lib.3.cap.23.

---

## SECTIO SEXTA.

*PERSICARIA: POTAMOGETON: NYMphæa: Tribulus aquaticus: Sagitta: Dracontium: Arum: Ariſarum: Aſarum: Tuſſilago: Peta: Sites: Cacalia: Lappa.*

### *PERSICARIA.*

SIC dicta à foliorum cum Perſicę arboris folijs ſimilitudine: quæ ὑδροπέπερι quaſi piper aquatile, à loco natalitio & piperis ſapore quē præ ſe fert, de quo Dioſc.lib.2.cap.191. quod nomen tantùm acri conuenit.

*I.Per-*

*I.*

Perſicaria acris.

Pulicaria maſcula Brunſ.fol.pag.18.tom.1.Rhapſ.3. & in 4.pag.154. Perſicaria mas.

Hydropiper Fuchſ.fol.lat.pag.843.cap.325.& icon. 8.pag.487.

Perſicaria vrens Lobel. obſeru. pag.170.

Hydropiperi Lobel.icon.pag.315.

Floris colore variat, qui vel candidus vel purpureus.

---

*II.*

Perſicaria mitis maculoſa & non maculoſa.

Pulicaria fœmina Brunſ. fol.pag.19.tom.1.Rhapſ.3. & in 4.pag.155.Perſicaria fœmina.

Perſicaria Fuchſ.fol.lat.pag.631.cap.241.& icon.8. pag.362.

Perſicaria mitis maculoſa Lobel.icon.pag.315.

Hanc in medio folij maculâ nigrâ ab hydropipere dignoſci volunt, at falluntur. Datur enim & maculis notata & maculis carens. Variat florum colore, qui candidi, frequentiùs purpuraſcentes.

---

*III.*

Perſicaria anguſtifolia repens.

Perſicaria puſilla repens Lob.obſer.pag.171.& icon. pag.316.

Floribus eſt albis aut purpureis.

---

## *POTAMOGETON.*

Ποταμογείτων quaſi fluminibus vicina, quòd paluſtribus & aquoſis enaſcatur Dioſcoridi lib.4. ca.101. σταχυΐτης quaſi ſpicata, ob caulem quem ex ſe mittit floribus & ſemine ſpicatum. Plinio lib.26.cap.8. Potamogeton folijs betæ, ſubiungit Caſtorem hanc aliter nouiſſe, tenuifolio veluti equinis ſetis, thyrſo longo & læui in aquoſis naſcentẽ: hoc Myriophyllon aquaticũ videtur.

I.Pota-

*I.*

Potamogeton rotundifolium, quod Dioſcoridis eſt.

Potamogeton Trago pag. 688. lib. 2. cap. 44. Fuchſ. fol. lat. pag. 651. cap. 251. & icon. 8. pag. 374.

---

*II.*

Potamogeton ſalicis folio.

Phyllitis lacuſtris Cordo in hiſt. pag. 150. lib. 2. cap. 103. ſine icone.

Potamogeiton Dod. fol. lat. pag. 572. pempt. 4. lib. 5. (cap. 2.

Potamogeton ſiue Stachyites Fontalis & ſpicata Lobel. icon. pag. 307.

---

*III.*

Potamogeton folijs ſplendentibus.

Potamogeton altera Dod. fol. lat. pag. 572. pempt. 4. lib. 5. cap. 2.

Habetur huius maior ſpecies folijs triplo & quadruplo latioribus & longioribus.

---

*IV.*

Potamogeton folijs criſpis.

Alga ſecūda Trago pag. 687. lib. 2. cap. 44. ſine icone.

Puſillum fontilapathum Lobel. icon. pag. 286.

Tribulus aquaticus minor Cluſ. hiſt. Pann. pag. 714. lib. 4. cap. 23. qui duas obſeruauit ſpecies. alteram ſarmentis planis, alteram rotundis & hanc breuioribus, mucronatis & minimè in ambitu ſinuatis.

---

## *NYMPHAEA.*

Νυμφαία Theophraſto 9. hiſt. 13. Dioſcoridi lib. 3. cap. 148. cui ſic dicta videtur, quoniam aquoſa amet: at Plinius lib. 25. cap. 7. inquit natā tradi ex Nymphæ Zelotypia erga Herculem: vnde Heraclion quibuſdam dicatur. Genera duo Dioſcoridi. altera flore albo radice nigrâ. altera flore luteo radice albâ. Sic & Plinius loco citato.

*I.* Nym-

*I.*

Nymphæa albo flore maior.

Nenuphar album Brunſ.fol.pag.37.tom.1.Rhapſ.3. & in 4.pag.1.Nymphæa alba.

Nymphæa candida Trago pag.696.lib.2.cap.48.

Nymphæa alba Lobel.obſeru.pag.324.& icon.pag. 595. qui & tomo 2.icon.pag.279.& alteram ponit figuram,radice tantùm diuerſam.

---

*II.*

Nymphæa luteo flore maior.

Nenuphar luteum Brunſ.fol.pag.36.tom.1.Rhapſ.3. at in 4.pag.1.Nymphæa lutea.ſic & Trago pag.697. lib.2.cap.48.Lobel.obſeru.pag.324.& icon.pag.594.

---

*III.*

Nymphæa alba minor.

Nymphæa parua Matth.fol.lat.pag.585.lib.3.cap. 132.& icon.4.pag.574.

Flore luteo dicit Lugdunenſis pag.1009.lib.9.c.10.

---

*IV.*

Nymphæa alba minor altera.

Nymphæa alia minor alba,Lugd.pag.1010.li.9.c.10.

Nondum vidimus.

---

*V.*

Nymphæa alba minor tertia: ſeu Morſus ranæ.

Morſus ranæ fortè epimedium Dodo.fol.Gall.pag. 79.lib.1.cap.69.ſine icone.

Morſus ranæ Lobel.icon.pag.596.

Nymphæa minor alba Lugd.pag.1010.lib.9.cap.10. qui florem quinque foliolis oblongis & ſubhirſutis pingit,cùm alij tribus folijs ſubrotundis & glabris pingãt,quemadmodum & in noſtrâ obſeruatur. Rogamus ergo rei herbariæ ſtudioſos,vt ſi talem, qualem Lugdunenſis pingit,inuenerint, eius nobis copiam faciant.

---

*VI.*

Nymphæa lutea minor paruo flore.

Nymphæa lutea minor Septentrionalium Aduerſ. pag. 258. & Lobel. icon. pag. 595.

Multùm conuenit cum Nymphæa parua Matthioli.

---

*VII.*

Nymphæa lutea minor magno flore.

Nymphęa lutea minor Lugd. pag. 1009. lib. 9. cap. 10.

---

## TRIBVLVS AQVATICVS.

Τρίβολος ἔνυδρος Dioſcoridi lib. 4. cap. 15. & Theophraſto 4. hiſt. 11. tribulus aquaticus à triplici cuſpide ad ſimilitudinem machinularum ferrearum, quæ forma trigona ſunt.

Genera duo Dioſcoridi loco cit. alter terreſtris folijs ad effigiem portulacæ, de quo ſuo loco agemus: alter paluſtris vel aquaticus. Sic & Theophraſto 6. hiſt. 5. qui primum ciceris folio dicit. Plinius lib. 22. cap. 10. Tribuli, inquit, vnum genus in hortis, alterum in fluminibus tantùm. At lib. 21. cap. 16. Tribulum non niſi in paluſtribus naſci, folio ad effigiem vlmi: at in reliquo orbe genera duo, vni cicerulæ folia, alteri aculeata ſcribit.

*I.*

Tribulus aquaticus maior.

Tribulus aquaticus Trago pag. 841. lib. 2. cap. 103. Lobel. obſeru. pag. 324. & icon. pag. 596.

---

## SAGITTA.

SIc dicta à foliorum formâ tricuſpidi, ſupernè in vnũ cuſpidem, infernè in duas definentium, quam aliqui volunt eſſe apud Theophraſtum 4. hiſt. 9. & 11. Phleum ſiue Stœbam eiuſdem 6. hiſt. 1. Plinius lib. 21. cap. 17. ſcribit Magonem dicere Piſtanam à Græcis vocari, quã inter vluas ſagittam appellamus.

*I.* Sa-

*I.*

Sagitta aquatica maior.

Sagitta maior Matth.fol.lat.pag.713.lib.4. cap.96.& icon.4. pag.787.

Piſtana Magonis ſiue ſagittaria aquatica Plinij Lobel. obſeru.pag.161.& icon.pag.301.

---

*II.*

Sagitta aquatica minor.

Sagitta minor Matth. fol.lat.pag.713.lib.4.cap.96. Sagitta in icon.4. pag.786.

Sagittaria minor Lobel.icon.pag.302.

Hæc aliquando paulo latiore, aliquando anguſtiore eſt folio, quare duæ apud Tabernæmont. in ſuis iconibus figuræ pag. 743. & 744. ſagittæ minoris & ſagittæ minoris anguſtifoliæ nomine.

---

## *DRACVNTIVM.*

Δρακόντιον Dioſcoridi lib.2. cap.196. dicitur, à maculis purpureis, quæ in caule viſuntur, ita vt anguem planè (vt loquitur Dioſcorides) referat. Sic & Theophraſto 7.hiſt.11.& 9.hiſt.22. Plinius lib.24. cap.16. de Dracunculo & Dracuntio agit.

Genera fecit Dioſcorides duo, aliud maius folijs rumicis, caule verſicolorib⁹ Draconũ maculis purpureis tamẽ euincẽtibus: alterũ folio hederaceo caule maculis reſperſo purpureis, ita vt anguẽ planè referat. Plinius tria fecit: primum folijs betæ Aro ſimili: alterum radice longâ articuloſa: tertiũ folio maiore quã cornus, radice arũdinaceâ nodis geniculatâ. At lib.25.cap.3. aliũ Dracunculũ verſicolorib⁹ viperarũ maculis notatũ ꝓponit.

*I.*

Dracunculus biſtortæ folio.

Dracunculus maiõr Matth.fol.lat.pag.409.lib.2.cap. 161.& icon.4.pag.332.

Dracunculus Matthioli Dodon. fol. Gall. pag. 216. lib.3. cap.6.

Hic an in rerum naturâ ſit dubitat Dodonæus edit. lat.pag.328.pempt.3.lib.1.cap.6. quare hoc loci figurã non poſuit: at Aduerſaria pag. 261. negant inueniri. Quare rogamus omnes rei herbariæ ſtudioſos, vt ſi in hunc Dracunculum incidant, eum, vt & alias, quibus adſcripſimus nobis nondum eſſe viſas, propter commune ſtudium Botanicum communicare dignentur, pro quibus pollicemur ipſis ſtudium noſtrum, & honorificam ipſorum mentionem in vniuerſali noſtrâ hiſtoriâ, quam ſi Deus vitam & vires dederit, meditamur, faciemus.

*II.*

Dracunculus polyphyllos: qui Dioſcoridis maior videtur & Plinij lib.25.cap.3.

Dracontium magnum Brunfel.in 4.pag.170.

Dracunculus maior Trago pag.777.lib.2.cap.81.

Anguina Dracontia Lobel.obſeru.pag.327.& icon. pag.600.cui & ſerpentaria ſolubrina.

*III.*

Dracunculus paluſtris: qui Dracunculus arundinaceâ radice Plinij.

Hydropiper rubeum Fuchſ.fol lat.pag.844.cap.325.

Dracunculus Plinij tertius eidem icon.8.pag.132.

Anguina aquatica ſiue Dracunculus Lobel. obſeru. pag.328.& icon.pag.60.

Huius aliquot plantas integras D. Doct. Cornelius Voſſenholius Hamburgo nobis miſit.

*ARVM.*

Ἄρον apud Syros λοῦφα vocatum folijs Dracunculi Dioſcoridi lib.2.cap.197. Theophraſto 1.hiſt.9. & 10. 7.hiſt.9. & 12. Aron, cui folium cum latitudine cauum atq; cucumeraceũ, Plinius lib.24.cap.16. Aron quidam eandem cum Dracontio eſſe dixerũt. Glaucias

ſatu

ſatu diſcreuit Dracuntium ſylueſtrē arum pronunciando: aliqui radicem aron appellauerunt, caulem verò Dracontium. Aron fœminam in cibis prętulerunt, quoniam mas durior ſit & in coquendo lentior. Libro verò 19. cap. 5. inter bulbi genera eſt, quod in Aegypto Aron vocant ſcillæ proximum, amplitudine folijs lapathi, &c. radice mollioris naturæ, quæ edatur & cruda. Hæc Plinius. Obſeruauimus Aron vulgatum, aliud folio maiore & acutiore, aliud rotūdiore, aliud duriore per totam æſtatem virente. Sic id quod maximo eſt folio, ipſius folij venæ omnes albicant, quod apud Italos frequens, aliquando maculis albis aſperguntur. Reperitur quę nigricantibus lituris, aliquando purpureis ſignatur: quæ verò apud nos vulgatiſſima nullis maculis notatur. Sic & piſtillus colore variat, alteri purpureo, alteri ex albo luteo colore eſt.

*I.*

Arum cuius foliorum venæ albæ ſunt: quod Dracuntium paruum Dioſcoridis & Dracunculus radice ſubrutila Plinij videtur.

Dracunculus alter ſeu henicophyllos, recentioribus Luph planum Cordo in hiſt. pag. 153. lib. 2. cap. 114. quo ad deſcriptionem.

Ariſarum Matth. fol. lat. pag. 413. lib. 3. cap. 163. & icon. 4. pag. 340.

Ariſarum Veronenſium Aduerſ. pag. 260.

Arum maius Veronenſe, perperam Ariſarum Lobel. obſeru. pag. 326. ſine icone: at in iconibus adiungitur figuræ Cluſij ſub titulo Ariſari latifolij Cluſij.

Foliorum venæ albent: aliquando maculæ albæ aſperguntur.

---

*II.*

Arum maculatum nigrum.

Ari tertium genus Trago pag. 774. lib. 2. cap. 80. ſine icone.

Ne quis exiſtimet ſolum nobis nigris à priori differre. eſt enim folijs minoribus ſubrotundis, viridibus, mollibus.

---

*III.*

Arum non maculatum, vel vulgare.

Aron Brunfel. fol. pag. 56. Tom. 1. Rhapſ. 6. & 4. pag. 39. (cap. 80.

Ari primum & vulgare genus Trago pag. 773. lib. 2.

---

*IV.*

Arum minus: & Matth. fol. lat. pag. 411. lib. 2. ca. 162. & icon. 4. pag. 338.

Non ſolùm magnitudine à priori differt, ſed etiam folijs magis ſagittam referentibus, & maximè radice, à qua bulboſi globuli dependent.

---

*V.*

Aron maximum Aegyptium: aron cui folium cauum Theophr. & fortè faba Aegyptia Dioſcor.

Arum Aegyptium Matth. fol. lat. pag. 323. lib. 2. cap. 99. & icon. 4. pag. 187. Lob. icon. pag. 597.

Colocaſia Cluſio hiſt. Hiſp. pag. 300. lib. 2. cap. 19.

Hanc nec fructum nec florem ferre ſcribit Bellonius: at Lugdunenſis pag. 1595. lib. 15. cap. 24. Arum Aegyptiacum cum flore pingit: hactenùs florem non licuit videre.

---

*VI.*

Faba Aegyptia dicta, ſi modò diuerſa ſit à ſuperiore. Hæc enim cum flore pingitur, illud non item. illud vidimus, hanc verò non, (ſi modò diuerſa ſint) quare nil aſſerere licet, etſi potiùs eorum accedimus ſententiæ, qui diuerſas plantas non eſſe ſtatuunt, ſed doceri cupimus, quod fiet ſi duæ diuerſæ nobis oſtendantur plantæ. De κυάμῳ αἰγυπτίῳ egit Dioſc. lib. 2. cap. 128. & plantam Aegyptiam fabam, radicem verò Colocaſiam dicit.

Faba

Faba Aegyptia ſiue Colocaſia Matth. fol.lat. pa. 323. li. 2. ca. 99. & icō. 4. pag. 186. Lacunæ pa. 192. li. 2. ca. 98.

## *ARISARVM.*

Ἀρίσαρον Dioſcoridi lib. 2. cap. 198. Aris ſimilis Aro Plinio lib. 24. cap. 16.

*I.*

Ariſarum latifolium maius.

Ariſarum latifolium alterum Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 302. lib. 2. cap. 20.

Hoc ſequenti, folijs eſt amplioribus, mollioribus, ro-tundioribus.

*II.*

Ariſarum latifolium alterum.

Ariſarum latifolium primum Cluſ. hiſt. Hiſp. pa. 303. lib. 2. cap. 20.

Ariſarum latifolium Cluſij num idem cum Narbo-nenſi Lobel. obſer. pag. 326. & icon. pag. 598. vbi duæ icones, vna Ari maioris figura puta minor: altera huius plantæ eſt.

Callæ alterum genus apud Plinium lib. 17. cap. 8. videtur.

*III.*

Ariſarum Thalyo in ſua Harcyn. pag. 12. quod diuer-ſum ſcribit ab illis.

Ariſari ſpeciebus, quas Matthiolus exhibet: quid ſit ignoramus.

*IV.*

Ariſarum anguſtifoliū: quod Dioſcoridis eſſe videt̃.

Ariſarum alterum ſiue pſeudoariſarum Matth. fol. lat. pag. 413. lib. 2. cap. 163.

Ariſarum anguſtifolium Lob. obſ. pag. 326. & icon. pa. 599.

Variat folijs, quæ aliquando latiora ſunt: corniculo item quod purpuraſcens, aliquando tamen viride, vel ex purpureo vireſcens.

*ASA-*

## *ASARVM.*

Ἄσαρον Dioſcoridi lib. 1. cap. 9. quoniam in coronas non addatur, vt habet Plinius lib. 21. cap. 6. quibus & νάρδος ἀγρία nardus ſylueſtris, eò quòd odore Nardum æmuletur, vel vt Plinius, quòd Nardi vim habeat.

*I.*

Aſarum.

Aſarum Brunf. fol. pag. 71. tom. 1. Rhap. 8. & 4. pag. 6. Trago pag. 64. lib. 1. cap. 20. Lobel. obſer. pag. 328.

Aſarum Baccaris ſiue Baccatus Lobel. icon. pa. 601. Speciem quandam maiorem reperiri aiunt, inquit Geſnerus de hort. pag. 249.

---

*II.*

Aſarina folijs aſari.

Aſarina Matth. fol. lat. pag. 33. lib. 1. cap. 9.

---

## *TVSSILAGO.*

Βήχιον Dioſcoridi lib. 3. cap. 126. quod tuſſi medeatur, vnde Latinis Tuſſilago. Plinio lib. 26. cap. 6. Bechion, quæ & Tuſſilago dicitur, qui duo facit genera, ſylueſtrem folijs maiuſculis quam ederæ, quam Chamęleucen putant: alterum à quibuſdam Saluiam appellatam, ſimilem verbaſco. Plinius hîc intelligere videtur Aethiopida, alij verò Orminũ, alij Sphacelum, cenſent.

*I.*

Tuſſilago vulgaris.

Vngula Caballina Brunf. fol. pag. 41. Tom. 1. Rhapſ. 4. eidem perſonalia & vngula caballina in 4. pag. 4.

Tuſſilago, Farfara Lobel. icon. pag. 589.

---

*II.*

Tuſſilago alpina maior flore luteo.

Tuſſilago alpina ſiue montana Dalech. Lugdun. pag. 1052. lib. 9. cap. 36.

Caca-

Cacaliam diceremus niſi flores ei tribueret luteos, quare nondum hanc vidimus.

*III.*

Tuſſilago alpina folio oblongo.

Ex radice craſſa, nigricante, pluribus fibris donata caulis exurgit ſeſquipalmaris, ſtriatus, rufeſcens, hirſutus, quem folia à radice quina ſenáve longis pediculis donata non rotunda, ſed oblonga, nigricantia, dura, hiſpida crenata cingunt: in caule bina ternáve, ſed anguſtiora obſeruantur: flos vnicus muſcoſus luteus, ſatis magnus, caulis ſummitati inſidet, dein in pappos euaneſcit. Prouenit in Heluetiorum Alpibus, & à fratre Ioh. Bauhino accepimus.

*IV.*

Tuſſilago alpina rotundifolia ferè glabra.

Tuſſilago alpina ſecunda Cluſ. hiſtor. Pann. pag. 499. lib. 3. cap. 19.

*V.*

Tuſſilago alpina rotundifolia caneſcens.

Tuſſilago Geſn. in monte Fracto.

Tuſſilago montana minima Lobel. obſer. pag. 321. & in icon. pag. 590. vbi & hæc & ſuperior, quæ maior eſt, ſub vno titulo pingitur.

## *PETASITES.*

ΠΕτασίτης Dioſcoridi lib. 4. cap. 108. à forma folij, quod πετασῶδες galeri modo amplum. Plinius lib. 24. ca. 15. Chamæleucen apud nos farranum ſiue farfugium vocant.

*I.*

Petaſites flore punicante.

Petaſites coſti genus, Galerita Trago pag. 415. lib. 1. cap. 138.

Tuſſilago maior Matth.fol.lat.pag.561.lib.3.ca.109. & icon.4.pag.530.

Petaſites Lob.obſer.pag.321.& icon.pag.591.

Cenſetur mas quę flore eſt punicante & odorato: fœmina verò quæ candido inodoro. At Lugdunenſis pag.1054.lib.9.cap.37.odorati candidi meminit.

---

*II.*

Petaſites flore candido inodoro.

Petaſites flore albo Camer.in epit.Matth.4.pag.593.

Non ſolùm colore differt à ſuperiore, ſed minores ſunt huius flores, & minora folia.

---

## *CAÇALIAE.*

KΑκαλία quæ & λεοντικὴ Dioſcoridi lib.4.cap.123. folijs magnis albis, &c. Cacalia Plinio lib.25.cap.11. & lib.26.cap.6.& 15.an verò Plinius noſtram intelligat potiſſimùm lib.25. cap. 11, valdè dubitamus, eò quòd ſcribat ſemen margaritis minutis ſimile dependere inter folia grandia.

*I.*

Cacalia tomentoſa.

Folia habet quo ad magnitudinem media inter Tuſſilaginem & Petaſitidem, licet & minora habeat, cacalia hirſuta duplo triplóve maiora: figurâ verò, non vt Tuſſilaginis rotunda, ſed oblonga perſonatiæ inſtar in ambitu ſerrata, aliquando ſinuata: ſupernè ex virore nigricantia, venis tamen nicana lanugine albicantibus, infernè candidiſſimis propter denſam & molliſſimam lanuginem, quâ pubeſcunt: quæ oblongis ſtriatis pediculis non ſecus ac folia lanuginoſis (ita vt ad pediculorum exortum quaſi copioſa bombax adponatur) innituntur: plura de hâc dicere non licet, cùm ſolùm aliquot folia Dn. Paſchalis Gallus Pictauienſis Medicus, ad nos

ad nos miſerit, in Sumano monte prope Vincentiam collecta, & quidem Cacaliæ primæ Cluſij nomine.

---

*II.*

Cacalia hirſuta.

Cacalia Gleini in deſcriptione Pilati Lugdunenſis. de Cheul.

Cacalia prima & Cacalia vulgaris nicanofolio Cluſ. hiſt. Pann. pag. 500. lib. 3. cap. 20.

---

*III.*

Cacalia glabro folio.

Cacalia Dalechampij in Dioſcor. edit. in 8. Lugdun. Anno 52. Aduerſ. pag. 255. & Lobel. icon. pag. 592.

Non ſolùm foliorum glabritie à priori differt, ſed & folijs in hac maioribus (vt & tota planta) acutioribus, cutaneis, &c.

---

*IV.*

Cacaliæ congener planta Cluſ. hiſtor. Pann. pag. 501. lib. 3. cap. 20. ſine icone: quid eſt?

---

## *LAPPA MAIOR.*

Ἄρκειον ſiue προσωπὶς aut προσώπιον (id eſt perſonata, quaſi larua) Dioſcoridi lib. 4. cap. 107. Plinio li. 25. cap. 9. Perſolata quę Gręcis Arcion. Genera duo Galeno 6. ſimpl. primum verbaſco ſimile, quod Dioſcoridis eſt non ἄρκειον ſed ἄρκιον, de quo lib. 4. cap. 106. & Plinius lib. 27. cap. 5. Arction: alterum folijs cucurbitæ, quod Dioſcoridis eſt ἄρκειον lib. 4. cap. 107. Latinis illa lappa minor, hæc lappa maior dicitur: habent tamen & tertiam, cui propriè lappę minoris nomen competit, quæ Dioſcoridi lib. 4. cap. 138. ξάνθιον (eò quòd flauos reddat capillos) dicitur.

*I.*

Lappa maior vulgata Arcium Dioſc.

Lappa maior Brunſ.fol.pag.54.Tom. 3. Rhapſ.16.& in 4.pag.749.Trago pag.837.lib.2.cap.101.

Perſonata, Lappa maior, Bardana Lobel. obſer. pag. 318.& icon.pag.588.

---

*II.*

Lappa maior lanuginoſis capitulis.

Hæc parùm à priori differt præterquam capitulis, quibus omnibus etiam minimis, globoſis & aſperis, mollis lanugo aſpergitur eaque copioſa: quam ſiccam à fratre Ioh. Bauhino nomine lappæ cum capitulis hirſutis,accepimus.

---

*III.*

Lappa maior montana. Arctium Dioſc.

Perſonata ſiue lappa maior altera Matth. fol. lat. pag. 720.lib.4. ca.102.& Perſonata altera eidē ic.4. pa.802.

Arction montanum & lappa minor Galeni Lobel. obſer.pag.318.& icon.pag.587.

---

*IV.*

Lappa montana altera lanuginoſa.

Arction quorundam Lugd.pag.1307 lib.11.cap.45.

Parùm ab hac differentem accepimus à Doct. Tridio Argentinenſi Medico,rei herbariæ ſtudioſiſſimo, eiusq; nomine nobis ita familiari, vt nō ſolùm in herbationib⁹ plantarum diuerſa nomina ad codicillos, vt & alijs ſtudioſis dictauerimus, ſed etiam & plantas noſtras inſpiciendi & ſynonyma à nobis collecta, imò & omnia Anatomica communicauerimus: ita vt facilè ſit nunc alijs,noſtris laboribus,pro proprijs vti.

---

*V.*

Arction ex codice Cæſareo Dodo. fol. lat. pag. 149. pempt.1.li.5. ca.33.& Lugdunenſi qui iconem hanc ex Dodonæo habet pag.1307.li.11.c.45. Nondū vidim⁹.

---

*VI.*

Lappa minor. Xanthion Dioſc.

Lappa minor Brunf.fol.lat.pag.55.tom.3. Rhapſ.16. & in 4.pag.149. Trago pag.839.lib.2.cap.102.

Xanthium ſiue Strumaria Lobel.obſeru.pag.319. & icon.pag.588.

# LIBER SEXTVS.

## SECTIO PRIMA.

### *DE VIOLIS: LEVCOIO NON BVLboſo: Heſperide: Lychnide: Saponaria.*

*VIOLA MARTIA, eiuſq; ſpecies.*

VIOLA ἴον Dioſcoridi lib.4.cap.122. alijs ἴον πορφυροῦν viola purpurea, à floris colore. Theophraſtus ἴον 1.hiſt.15. & 1.hiſt.21. ἴον μέλαν καὶ μελάνιον nigram violam à nigricantis purpuræ florum colore vocat. Plinius lib.21.cap.6. ſolam hanc Græco nomine à cæteris violis diſcerni, ἴα appellata refert. ἴον Græcis vocatum in Geoponicis Nicander credit Hermolao referẽte, quòd Nymphæ quædam Ioniæ, florem eum Ioui primùm dedêre muneri. Alij ἴον volunt dici, quòd cùm Io puellam adamatam Iupiter in vaccam conuertiſſet, terra florem hunc pabulo eius produxerit, propter ipſam factus ab ipsâ nomen accepit. Hinc Latinis viola quaſi vitula.

Genera violarum plura dicit Plinius loco cit. purpureas, luteas, albas, ſed de purpureis primùm, quarum vnum genus apud Dioſcoridem & Plinium.

*I.*

Viola Martia purpurea odora ſimplex.

Viola ſatiua Brunfel. fol. pag.138. tom.1. Rhapſ.22. & 4.pag.48.

Viola martia odorata nigra ſeu purpurea Trago pag. 558. lib. 1. cap. 190.

Viola martia præcox purpurea & alba hortenſis & campeſtris odora ſimplici flore Lobel. icon. pag. 608.

Violæ martiæ flos ſimplex Lobel. obſer. pag. 334.

Eſt cōmuniter flos coloris in cæruleo ſubnigro purpurei: nonnunquàm candidi: ſed & culturâ flores grādiores fiunt: ſic & quæ candidæ ſunt gracilioribus ſunt folijs, aliquando odorę, cuius figuram proponit Taber. in icon. pag. 301. aliquando inodoræ.

---

*II.*

Viola martia multiplici flore.

Viola nigra flore pleno Dodo. fol. Gall. pag. 111. lib. 2. cap. 1. ſine icone.

Viola martia purpurea Lobel. icon. pag. 610.

Variat colore flos, qui purpureus, rubellus, cādidus, ex purpureo & albo variegatus, quare Tabern. in ſuis icon. pag. 302. duas habet figuras albæ multiplicis & purpureæ multiplicis. Eſt & biflora. Meminit Coſtæus in Meſuem, violæ ſpeciem Byzantij coli, cætera Martiæ ſimilem, ſed flore infinitis foliolis conſtructo & æquante roſam Damaſcenam, magnitudine & odore etiam noſtrates ſuperante.

---

*III.*

Viola martia inodora ſylueſtris.

Viola ſylu. Brunfel. in 4. pag. 48.

Viola purpurea ſylueſtris ſiue Canina Trago pag. 558. lib. 1. cap. 190.

Viola canina cærulĕa inodora ſylueſtris ſerotina Lobel. icon. pag. 609.

Hæc duplex, alteri maiora & rotundiora folia, quæ maior: minor verò folijs mucronatis, oblongis ac ſtrictioribus. Flos cæruleus, aliquando pallidus.

---

*IV.* Viola

*IV.*

Viola alpina rotundifolia lutea.

Viola luteolo & minore flore Geſ.de hort. pag. 286.

Viola martia cauliculis ramoſis floribus luteis Lob. obſeru.pag.335. ſine icone.

Viola lutea Lobel.icon. pag.609.

---

*V.*

Viola alpina folio in plures partes diſſecto, quam ſiccam apud fratrem Ioh. Bauhinum tantùm vidimus.

---

*VI.*

Viola montana rotundifolia purpurea.

Viola mõtana 2.Cluſ.hiſt.Pan.pag.356.lib.2.c.48. ſine icone.

---

*VII.*

Viola tricolor erecta: an Iouis flos Theophr.6.hiſt.6?

Viola arboreſcens Matth.fol.lat. pag.733. lib. 4. cap. 117.& icon.4.pag.823.

Viola martia ſurrectis cauliculis Lobel. obſeru. pag. 334.& icon.pag.610.

---

*IIX.*

Viola tricolor hortenſis repens. φλὸξ καὶ φλόγιον, id eſt, viola flamma & flammea, vtroque modo Gaza vertit, Theophr.6.hiſt.7.videtur.

Herba Trinitatis Brunf.fol.lat.pag.73. tom.2. Rhapſ. 17.& 4.pag.65.

Herba Trinitatis (à triplici colore) ſatiua Trago pag. 564.lib.1.cap.192.

Viola flammea coloria Lob.obſeru.pag.335.& icon. pag.611.

Variat flore quo ad colorem & magnitudinem. Eſt namq; flore purpureo & cæruleo : albo & luteo : cum pallido cęruleo purpureus & luteus etiam permiſcetur: rarò flore penitùs albo reperitur, & hanc nomine violę Trinitatis ſecundæ, vt vulgatam nomine primæ, diuerſis figuris expreſſit Tabernæm. icon. pag. 306. & 307.

Variat

Variat & floris magnitudine. dantur enim penitùs nigra purpura inſtar holoſerici nitentes, quæ duplo alijs maiores ſunt.

*IX.*

Viola bicolor aruenſis.

Herba Trinitatis ſylueſtris Trago pag. 563. lib. 1. cap. 192. ſine icone.

Iacea altera Matth. fol. lat. pag. 734. lib. 4. cap. 117. & icon. 4. pag. 825.

Viola ſylueſtris Lobel. icon. pag. 611.

Flos candidus & luteus: interdum cęruleus & luteus: cæruleus & candidus: aliquando totus luteus: vel totus albus, hactenus enim triũ colorũ nõ obſeruauimus.

*X.*

Viola montana cæruleo magno flore.

Melanium montanum Lugd. pag. 1204. lib. 10. c. 74.

*XI.*

Viola montana tricolor odoratiſſima.

Viola montana tertia & viola tricolor odoratiſſima Cluſ. hiſt. Pann. pag. 358. lib. 2. cap. 48.

*XII.*

Viola montana lutea grandiflora.

Violæ nigræ perſimilis montanus luteus Geſn. de hort. pag. 286.

Violæ montanæ tertiæ aliud genus Cluſ. hiſt. Pann. pag. 358. lib. 2. cap. 48. ſine icone.

Viola Martia arboreſcẽs lutea Taber. icon. pag. 303.

Flore etiam albo aliquãdo reperitur: lutea magna ex parte purpureis lineis intermiſtis: aliquãdo ſine lineis.

*XIII.*

Viola montana lutea altera folijs non crenatis.

Viola ſylueſtris longifolia Tabern. icon. pag. 305.

LEV-

## *LEVCOIVM NON BVLBOSVM.*

Λευκόϊον Dioſcoridi lib.3. cap.138. id eſt viola alba, non ratione florum, ſed potiùs foliorum: quamuis dicat differentiam quandam in floribus eſſe, ſiquidē aut cærulei, aut albi, aut purpurei, aut lutei inueniuntur. Plinius lib.21. cap.6. luteas & albas agnoſcit violas.

Has notauimus differētias, quòd aliud ſit Leucoium folio planè viridi: aliud folijs candidioribus & mollioribus: Hoc candidum Leucoium, à foliorum non florū colore dicitur. Cuius genera duo ſunt, maius & minus. Maioris flores rubentes, candidi, ex purpureo punicei, cinerei, candido proximi, ſubinde variegati. Minus magnitudine tantùm differt. Alterum eſt luteum à floris colore.

*I.*

Leucoion folio nicano maius.

Viola purpurea, cærulea, roſea candida Trago pag. 560. lib.1. cap.191.

Viola matronalis alba, purpurea punicea Fuchſ. fol. lat. pag. 313. 314. 315. cap.117. icon.8. pag.178. 179. 180. tribus enim diſtinctis figuris proponit.

Viola alba & purpurea Lobel. icon. pág.329.

Huius folia plerunque nicana ſunt & integra, aliquando tamen & ſinuata: flos colore variat albo, cinereo, purpureo, rubro, luteo, verſicolore: aliquando floris folia in lacinias diuiduntur: ſæpè foliolum in medio inordinatum habet.

---

*II.*

Leucoion folio nicano minus.

Leucoion candidum minus Dodon. fol. lat. pag.159. pempt.2. lib.1. cap.3.

Flores candidi, rubentes, punicantes, vti maiores, à quibus ſolâ magnitudine differt.

---

*III.*

Leucoion nicanum maius multiplex.

Leucoion ſiue viola purpurea flore pleno Lob.icon. pag.332.

*IV.*

Leucoium maritimum purpureum ſinuato folio.

Leucoion marinũ purpureũ Geſ.de hort.pag.264.b.

Leucoion maritimum maius Aduerſ.pag. 141.Lob. icon.pag.330.

*V.*

Leucoium maritimum latifolium.

Leucoium maritimum minus, heſperis quorundam Lugdun.pag.1360.lib.12.cap.2.

*VI.*

Leucoium maritimum latifolium alterum.

Leucoium marinum alterum latifolium Lob. obſer. pag.180.purpurouiolaceum icon.pag.333.

*VII.*

Leucoium maritimum luteum ſiliquis rotundis.

Eruca peregrina Cluſ.hiſt.Hiſp.pag.421.lib.2.ca.65.

Patauinum marinum Leucoium Lobel. obſeru. pag. 180.& icon. pag.333.

*IIX.*

Leucoium maritimum anguſtifolium.

Leucoium marinum minus Cluſ.hiſt. Hiſp.pag.334. lib.2.cap.27.

Leucoium marinum minus anguſtifoliũ Lob.icon. pag.331.

Flores dilutè purpurei,quandoque rubri:reperitur & flore luteo,quare Tabern.icon.pag.311.& 313.pingit Leucoium marinum minus luteum, & Leucoium marinum quæ colore floris tantùm variant.

IX.Leu-

*IX.*

Leucoium maritimum candidum.

Keyri marinum flore candido Lob. icon. pag. 332.

*X.*

Leucoium luteum folijs virentibus.

Leucoium Brunfel. in 4. pag. 49.

Viola lutea Trago pag. 560. lib. 1. cap. 191.

Leucoium luteum Keyri Lobel. icon. pag. 330.

Quibuſdam φλογίον Theophraſti, quod totus flos flammei, id eſt, lutei ſit coloris, luteum enim colorem flammeum dici ex Plinio lib. 21. cap. 8. colligunt.

*XI.*

Leucoium luteum pleno flore.

Leucoiũ ſiue Keyri duplici flore Lob. icon. pag. 331.

*XII.*

Leucoium luteum ſyl. anguſtifolium.

Leucoiũ ſylueſtre Cluſ. hiſt. Pan. pag. 338. lib. 2. c. 44.

*XIII.*

Leucoium luteum ſylu. exiguis floribus.

Viola lutea ſylueſtris Trago pag. 560. lib. 1. cap. 191.

## *VIOLA MATRONALIS SIVE Heſperis.*

HEſperis Plinij lib. 21. cap. 7. hæc cenſetur, cùm noctu magis oleat, vnde nomen inuenit.

*I.*

Heſperis hortenſis.

Viola alba, perſica Hermolai Barbari Trago pa. 567. lib. 1. cap. 194.

Leucoion Dioſcoridis album, purpureũ Fuchſ. icon. 8. pag. 257. & 259. vbi duas habet icones, at fol. lat. pag. 457. & 459. cap. 173. Leucoium & viola purpurea.

Viola matronalis ſiue Damaſcena Lob. obſ. pag. 175. & icon. pag. 323.

 Variat

Variat colore floris modo cãdido, modò dilutè purpureo, modò rubro. Habetur & tota minor floribus albis & ſuauiſſimi odoris.

---

*II.*

Heſperis ſylueſtris inodora.

Heſperis 2. & Heſperis ſylueſtris Cluſ. hiſt. Pann. pag. 335. lib. 2. cap. 43. Iconem habet eandem numero cum viola matronali Lobelij icon. pag. 323. quam dicit ſolo floris odore, cuius in hac nulla gratia percipiaẽ, differre.

An viola matronalis ſylu. Geſn. de hort. pag. 286.

---

*III.*

Heſperis hortenſis flore viridi.

Ante annos decem in horto quodam hîc Baſileæ legimus Heſperidem, quæ magnitudine quoad omnes ſui partes à vulgata differt, dein floris colore qui viridis eſt & ſine odore, quã inter noſtras repoſuimus plantas.

---

*IV.*

Heſperis montana pallida odoratiſſima.

Heſperis prima Cluſ. hiſt. Pan. pag. 334. lib. 2. cap. 43.

---

*V.*

Heſperis peregrina ſiliquis geniculatis.

Heſperis Syriaca Camer. hort. pag. 74. & icõ. pag. 19.

Huius iconem proponit & aliam etiam Heſperidis Syriacę nomine Tripoli ſpõte prouenientis addidit: verùm non videntur diuerſæ, vt & ipſe Camerarius innuere videtur. In horto Clariſſ. D. D. Felicis Plateri Collegæ noſtri ante biennium legimus.

---

*LYCHNIDES.*

Λυχνὶς, id eſt, lucernula, cuius duas ſpecies Dioſcorides lib. 3. cap. 114. & 115. proponit, cui altera λυχνὶς στεφανωματικὴ Lychnis coronaria, altera λυχνὶς ἀγρία, Lychnis ſylueſtris dicitur, primam quam recentiores quo-

quoque Lychnidem coronariam nominant videtur Theophr.6.hiſt.7. Lychnidem vocaſſe, & Plinij lib.21. cap.4. Lychnis & Roſa Græca cenſetur. Verùm quam Plin.lib.25.cap.10. Lychnidis agriæ nomine proponit Anthirrinum eſt, quare de hac inferiùs. Recẽtiores plurimas Lychnidis agria nomine poſuêre de quibus ordine, à Lychnide flore coccineo exorſi.

*I.*

Lychnis flore coccineo maior.

Ocymoides peregrinum Geſn. de hort. pag. 269. vel Croceum eidem in appen.pag.294.

Lychnis chalcedonica miniata Lobel. obſ. pag. 183. ſiue Conſtantinopolitana miniata. Eidẽ icon.pag.340.

Floris colore variat, qui communiter coccineo colore ſplendet vel croceo eſt floris calendulæ colore, vel lilij purpurei, ſubinde candidis. Alia etiam eſt ex puniceo purpuraſcens, folijs non hirſutis vt prior, ſed læuibus ac mollibus.

Hæc πόθος apud Theophraſtum 6.hiſt.vltimo (deſiderium Gaza vertit) & veterum eſſe videtur: cuius duo genera refert, vnum cui flos hyacintho ſimilis, alterum decolor, album. Idem habet & Plinius lib. 21. cap. 6. Pothos nomine: non deſunt tamen quibus Pothos albus ſit Iuſminum: pothos cæruleus Clematis ſecunda Dodonæi. Quibuſdam hæc noſtra Lychnis veterum eſt λυχνὶς: alijs φλὸξ (flamma Gazæ) Theophraſti 6.hiſt.6. alijs Ocynioides aliquod cenſetur. Hæc ex Dacia primò allata creditur.

---

*II.*

Lychnis flore coccineo minor.

Ocymoidis peregrini ſpecies minor Geſn. hort. pag.269.

Floris Conſtantinopolitani altera & minor ſpecies Dodo.fol.lat.pa.178.pempt.2.lib.1.cap.20.ſine icone.

---

*III.*

Lychnis coronaria Dioſcoridis, ſatiua.

Roſa mariana ſatiua Trago pag. 126. lib. 1 cap. 40.

Lychnis ſatiua Dod. Gal. pag. 117. lib. 2. cap. 8.

Lychnis coronaria Lob. obſ. pa. 181. & icon. pa. 334.

Flos colore variat: eſt enim flore rubro veluti flãmeo fulgens, eſt dilutè rubente, habetur & albo: quare apud Tabernæmontanum icon. pag. 291. duæ figurę Lychnidis coronariæ albæ & rubræ nomine. Sic & apud Lobelum in iconibus pag. 334. & 335.

Hanc Dioſcoridis, Theoph. & Plinij Lychnidem cenſemus, licet non deſint quibus dicatur διὸς ἄνθος, Iouis flos apud Theophraſtum 6. hiſt. 1. & 6. Sed vbi quęſo minuta folia, quæ Theophraſtus requirit? Alij Ocymoidis ſpeciem faciunt: alijs λυχνῖτις & θρυαλλὶς Verbaſci ſpecies, quibus Verbaſcum coronarium dicitur, vt Cordo in Dioſc. pag. 70. lib. 4. cap. 104.

---

*IV.*

Lychnis coronaria ſatiua multiplex.

Lychnis coronaria floris foliolis multiplicatis Dod. fol. lat. pag. 170. pempt. 2. lib. 1. cap. 14. ſine icone.

Lychnis altera rubra Lob. icon. pag. 334.

Solùm eã q̃ flore rubro eſt, pleno flore obſeruauim⁹.

---

*V.*

Lychnis coronaria ſylueſtris.

Lychnis ſylueſtris Matth. icon. 4. pag. 508. ſine icone, quam per omnia vrbanæ ſimilem ſcribit.

Iouis floris Theophraſti genus ſylueſtre hortenſi odoratius Geſn. hort. pag. 262. b.

---

*VI.*

Lychnis ſegetum maior.

Nigella Brunfelſ. fol. pag. 341. Tom. 1. Rhapſ. 44. & 4. pag. 107.

Gi-

Githago, ſextum Marianæ roſæ genus Trago pag. 127.lib.1.cap.40.

Pſeudomelāthium Lob.in obſ.pag.23.& icō. pa. 38.

Nec lolium,nec Melāthium, quibuſdam ἄνθεμον φυλλῶδες Theoph.7.hiſto. 9.verùm ad Lychnidem coronariam rectiùs refertur.

---

*VII.*

Lychnis ſegetum minor.

Alſine corniculata Cluſio hiſt.Hiſp.pag.416. pa.li.2. cap.65.

Alſine corniculata Cluſij Lob. obſ. pag.246. & icon. pag.462.

---

*IIX.*

Lychnis aquatica purpurea ſimplex & multiflora.

Viola agreſtis Trago pag. 567. libr. 1. cap. 194. ſine icone.

Lychnis ſylueſtris purpurea Dod. fol. Gall. pag. 118. lib.2.cap.9.

Lychnis ſylueſtris rubello flore, an Heſperis Theophraſti Lobel.obſ.pag.181.&icon pag.335.

Hæc in hortis plantata ſæpiùs floris folia multiplicat, cuius iconem proponit Lobelus icon. pag. 336. Lychnidis agreſtis multiflorę nomine.

---

*IX.*

Lychnis ſylueſtris alba ſimplex & multiflora vel ſaponaria hirſuta. Roſæ marianæ ſimilis quinta,Trago. pag.126.lib.1.cap.40.ſine icone.

Ocymoides ſiue Ocimaſtrum Matth.fol. lat.pa. 659. libr. 4. cap. 26. Ital. pag. 1051. libr.4. cap. 30.& icon.4. pag.662.

In hortis huius flores maiores redduntur & multiplici foliorum textura conſtant, at Lobelus icon. pag. 336.nomine Lychnidis albę ſylueſtris expreſſit.

---

X. Sapo-

X.

Saponaria læuis: quòd ſaponis vicẽ præbeat ad purgandos pannos.

Saponaria Trago pag. 900. lib. 2. cap. 131.

Struthium Fuch. fol. lat. pag. 780. cap. 299. Struthium ſatiuum eidem icon. 8. pag. 452. (& icon. pa. 314.

Saponaria Struthinō ſiue radicula, Lob. obſ. pa. 170.

Figura Tragi & Fuchſij exprimunt caulem læuiter hirſutum, folia verò læuia. Sic enim apud nos obſeruatur, Lobelus verò & Dodonæus caule & folijs læuibus exprimunt. Ludit floris color, communiter dilutè purpureus, aliquando ex roſeo rubet, nonnunquam candidus eſt.

In hac & abortum obſeruauimus, vt pro floribus ſint copioſiores ramuli foliacei paucis floribus intermixtis.

Nec Struthium Dioſc. lib. 2. cap. 193. nec Arabum cōdiſi eſt, nec Vrceolaris Plinij lib. 22. cap. 16. hæc enim Ocimoides minus eſt herbariorum: quidā Aliſma Dioſcoridis lib. 3. cap. 169. cenſent, cùm multas Aliſmatis notas habeat.

XI.

Saponaria læuis fruteſcens.

Saponaria altera fruticoſior, anguſtiorib9 folijs quaſi oleæ. Cæſalp. pag. 256. lib. 6. cap. 48.

XII.

Lychnidis ſpecies.

Ocimoides noctiflorum, quòd flos noctu tantùm in æſtate odorus ſit, Camer. hort. pag. 109. & icon. pag. 34.

XIII.

Lychnis fruteſcens myrtifolia.

Ocimoides arboreum vel fruticoſum Camer. hort. pag. 109. & icon. pag. 33. (tranſmiſit.

Ex horto ſimplicium Patauino Doctor Zvvingerus

*XIV.*

Lychnis ſylueſtris campanulæ flore.

Lychnis ſylueſtris ſpecies Myconi Lugdun.pag.817. lib.7.cap.12.

---

*XV.*

Lychnis ſylueſtris lanuginoſa incarnato flore.

Lychnis ſylueſtris quinta Cluſij,hiſtor.Hiſp.pag.341. lib.2.cap.28.

Lychnis ſylueſtris hirta Lob.obſ.pag.181.& icon.pa. (337.

---

*XVI.*

Lychnis ſylueſtris lanuginoſa palmaris.

Lychnis ſylueſtris ſexta Cluſ.hiſt.Hiſpan.pa.343.li.2. (c.28.

Lychnis ſylueſtris hirta minima Lobel.obſ. pag.183. & icon.pag.339.

---

*XVII.*

Lychnis maritima repens.

Lychnis marina Anglica Aduerſ.pag. 143. & Lobel. icon.pag.337.

---

*XIIX.*

Lychnis ſylueſtris pluribus folijs ſimul iunctis.

Lychnis ſylueſtris prima Cluſ. hiſt.Hiſp.pag.335.li.2. cap.28.

Lychnis ſylueſtris prima Cluſij Lob. obſ.pag. 182. & (icon.pa.338.

---

*XIX.*

Lychnis ſylueſtris anguſtifolia calyculis duris ſtriatis.

Lychnis ſylueſtris altera incana cauliculis ſtriatis. Lob.obſ.pag.182.& icon.pag.338.

Huius ſpeciem ſed folijs breuioribus,floribus minoribus in ramulorum ſummitatibus ſitis , nomine Ocimidis minoris flore rubro Candię à fratre Ioh.Bauhino accepimus,cui in horto Anno 1594. ex ſemine à Caſabona accepto prouenit.

---

*XX.*

Lychnis ſylueſtris latifolia,calyculis duris ſtriatis.

Lychnis ſylu.tertia Cluſ.hiſt. Hiſp. pag.339.li.2.c.28.

Lychnis ſylueſtris tertia Cluſij cauliculis ſtriatis,Lob. obſ.183.&icon.pag.339.

---

*XXI.* (dicitur.

Lychnis ſylueſtris quæ Been album ſiue Polemoniũ

Polygonaton & Roſa mariana tertia & quarta Trago pag.130.lib.1.cap.40.

Polemonium Dodo.fol.Gall.pag.232.lib.3. cap.22.

Spumeum papauer, Behen album Monſpelienſium Lob.obſ.pag.184.& icon.pag.340.

Flos alteri candidus,alteri rubeus,alteri vireſcens.

Alijs Papauer ſpumeum ,, alijs melandryum Plinij lib.26,ca.7.alijs Ocymoides Dioſc. alijs Polemonium.

Nobiliſs.Iac.Anton.Cortuſus patricius Patauin' papaueris ſpumei nomẽ cuidam plantæ impoſuit, quam ſiccam folijs carentem,tranſmiſit,quid ſit ignoramus.

---

*XXII.*

Lychnis rubra,Valeriana rubra dicta.

Polemonij altera ſpecies. Herbarijs Behen rubrum, Dodo.fol.Gall.pag.232.lib.3.cap.22.

Ocimaſtrum Valerianthon , & Valeriana rubra Lob. obſ.pag.184.icon.pag.341.

Alij Narciſſum Virgilij & Columellæ in hortis volũt: alij Struthij ſpeciẽ: alij Behen rubrum: alij Condurdũ Plinij lib.26. cap.5: alij Polemonij ſpeciem:alij denique Limonium. (ſtofolio.

Huius habetur & alterum genus, oblongo & angu-

---

*XXIII.*

Lychnis ſegetum rubra folijs perfoliatæ.

Thamecnemum Cordo hiſt.pag.104.lib.1.cap.55.

Iſatis ſylueſtris Vaccaria dicta Lob.obſer.pag.190.& icon.pag.352.

Quibuſ-

Quibuſdam Condurdum Plinij lib. 26. cap. 5.

Hæc variat folijs latioribus, anguſtioribus: tota enim planta modò maior, modò minor: hinc tres apud Lugdunenſem icones, Vaccariæ pallidæ pag. 500. lib. 4. cap. 65. Vaccarię rubræ maioris & Vaccarię rubrę minoris nomine pag. 515. lib. 4. cap. 72.

*XXIV.*

Lychnis plumaria Taber. in fol. pag. 10. lib. 2. Sect. 1. cap. 2. & icon. pag. 292. quid eſt?

*XXV.*

Lychnis viſcoſo caule.

Muſcipula ſiue Viſcaria Aduerſ. pag. 190. c. Lob. icon. (pag. 453.

*XXVI.*

Lychnis viſcoſa altera flore muſcoſo.

Muſcipula ſiue Armoraria altera Aduer. pag. 190. & Lob. icon. pag. 453. (lib. 2. ca. 29.

Seſamoides magnũ ſalmãticũ Cluſ. hiſt. Hiſp. pa. 345.

Multũ cum papauere ſpumeo Dioſc. li. 4. ca. 67. conuenit, ſi ſpumeum ob viſcum inhærens ſit appellatum.

*XXVII.*

Lychnis viſcoſa purpurea latifolia.

Lychnis ſylueſtris ſecũda & Behen rubrum Salmantrienſium Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 337. lib. 2. cap. 28.

Muſcipula ſiue Armoraria altera Lob. obſ. pag. 242. & icon. pag. 454.

Aliqui ad Behen referunt: alij ad Centauriũ, Centauriũ minus purpureũ viſcoſum vocãtes, at rectè ad Lychnidem refertur, cùm Dioſcorides lib. 3. cap. 9. Centaurium dicat flore Lychnidis; huius verò flos & centaurij minoris, forma & colore conueniunt.

*XXIIX.*

Lychnis viſcoſa Cretica.

Lubet hîc mentionẽ facere alteri⁹ Lychnidis viſcoſę

Creticæ, cuius ſolùm folia inferiora auriculæ vrſi folijs, forma, & craſſitie ſimilia pallidè virentia, hirſuta, ex tenui radice longiuſcula prodeuntia accepimus, à Ioh. Bauhino fratre germano, Montēbelgardo, Anno 1594. nomine Viſcaginis, auriculæ vrſi facie Candiæ, cuius ſemen à Ioſepho Caſabona Florentia accepit; plura de hac non habemus.

---

*XXIX.*

Lychnis ſylueſtris viſcoſa rubra anguſtifolia.

Lychnis ſylueſtris prima vel flore rubro Cluſ. hiſtor. Pann. pag. 328. lib. 2. cap. 42.

---

*XXX.*

Lychnis ſylueſtris viſcoſa alba latifolia.

Floris cuculi ſylueſtre genus Trago pag. 403. lib. 1. cap. 134. ſine icone.

Lychnis ſylueſtris ſecunda, vel albo flore prima Cluſ. hiſt. Pann. pag. 328. lib. 2. cap. 42. ſine icone, qui optimè deſcribit.

Hocher Steinbrech, id eſt Saxifraga elatior Lonicero pag. 248. part. ſecunda cap. 286.

---

*XXXI.*

Lychnis ſylueſtris viſcoſa alba anguſtifolia maior.

Caryophyllus minimus humilis alter exoticus flore candido amœno Lob. icon. pag. 445.

Lychnis ſylueſtris tertia, vel albo flore ſecunda Cluſ. hiſt. Pann. pag. 331. lib. 2. cap. 42.

---

*XXXII.*

Lychnis ſylueſtris viſcoſa alba anguſtifolia minor.

Lychnidis ſylueſtris tertiæ aliud genus Cluſ. hiſt. Pan. pag. 332. lib. 2. cap. 42. ſine icone.

---

*XXXIII.*

Lychnis vel Ocymoides repens montanum.

Cneoron

Cneoron Matth. cap. de Thymelæa fol. Ital. pag. 1329.lib.4.cap.174.

Ocymoides repens polygoni folia Lobel. obſer.pag. 185.& icon.pag.341.

Meminit Camerar. hort. pag. 109. Ocimoidis anguſtifolij flore rubello; & alterius flore ſuaue rubente, ex monte Arba, ſed quia plura non adduntur, quales intelligat, & vtrum ex prædictis ſint, aſſequi non poſſumus.

---

# SECTIO SECVNDA.

## *DE CARYOPHYLLEIS FLORIbus ſeu Armerijs.*

CARYOPHYLLEVM florem, ab odore Caryophyllorum recentiores nominant, quem alij Cantabricam Plinij lib.25. cap.8. in Hiſpania à Cantabris Diui Auguſti tempore repertam eſſe volunt: Alij Vetonicam ſiue Betonicam alteram, quæ inter notha Dioſcoridis reperitur eſſe volunt, nec fortè adeò ineptè: Alij herbam tunicā: Alij Iphium Theoph.6.hiſt.2.& 7.hiſt.12. ſed malè. Alij florem veteribus incognitum exiſtimant. Aliqui inter Saxifragias numerârunt, præſertim ſylueſtre genus. Et videtur Galenus 5.de tuend.ſan.Sarxiphagon appellaſſe; nam & ſylueſtris noſtra calculum frangit & educit, quod Galenus de Ceſtri ſeu Betonica in Gallia prouenienti teſtatur, notante Hermolao: fortè & Theophraſtus 6. hiſtor. 1.& 6. per Iouis florem inter coronarios ſuffrutices minutis cōditum folijs, cuius flos ſine odore, tantùm in coronarum vſu, ſylueſtrem Caryophylleū intellexit. Armerij flores dicūtur à Gallico nomine Armoires & Armoiries.

Sunt autem Caryophyllei floris duo ſumma genera, altiles & ſylueſtres. Altilis ſpecies multæ, magnitudine, colore & foliorum numero differentes: Flores nanque

aut maiores aut minores, & vel maioribus vel minoribus foliolis conſtantes: Sunt colore aut niuei, aut dilutâ purpurâ candicantes, aut croceo rutilantes, aut verſicolores, vt candidi & crocei, candidi & rubei, candidi rubris punctulis aſperſi. Rubentes aut violaceo admixto purpurei aut rubei lacteis notis aſperſis ſicq; guttati, aut roſę ſylueſtris colore. Sic ex vno caule duo florũ genera, partim cãdidi rubriſq; maculis aſperſi, partim crocei: ſępè etiã vno pediculo diuerſi coloris flores videas: aliquãdo vnus ex alio medius excreſcere videtur: Sic in vna planta flores trium generũ. In ſumma, mangonio & arte varietas magna fit in his floribus. Sylueſtriũ quoq; magna, & in magnitudine & coloris & floris figura, vt & calycis varietas exiſtit, pleriq; tamen ſimplici ſunt flore.

*I.*

Caryophyllus altilis maximus.

Caryophyllus maior rubens & albicans flore pleno, pũctulis rubẽtibus fortuitis aſperſis Lob.icõ. pag. 441.

Caryophyllus multiplex maxim⁹ Taber.icon.pa.282.

*II.*

Caryophyllus altilis vulgatus.

Caryophyllea Trago pag. 574. lib. 1. cap. 198.

Betonica altilis Fuchſ.ic. 8.pa. 198.& fol.lat.pa. 354.c.

Caryophyllus multiplex, Lob.icon.pag.441. (132.

Variorum eſt colorum, ita vt vix ſit planta, quę tanta colorum varietate ſuos flores commendet.

Apud Taber.ic.pa.282.& 283. duę figurę caryophylli multiplicis albi & Caryophylli multiplicis nomine.

*III.*

Caryophyllus multiplex variegatus.

Hortorũ caryophyllus multiplex maior & minor rubro ſtriatus, verſicolor peramœnus Lob.icon.pag.442.

*IV.*

Caryophyllus multiplex profundè laciniatus.

Ca-

Caryophyllus purpureus flore multiplici profundè laciniato Lob.icon. pag.442.

*V.*

Caryophyllus ſimplex flore maiore.

Caryophyllus ſylu. maior vulgatior Lob.icō.pa.440.

Caryophyllei flos ſimplex Dodon. fol. lat. pag. 174. pempt.2.lib.1.cap.18.

*VI.*

Caryophyllus ſimplex, flore minore pallidè rubente.

Caryophyllus ſylueſtris tertius flore pallido ſuaue rubente Lobel.icon.pag. 443.

*VII.*

Caryophyllus ſimplex minor. (Lob.icō.p.443.

Caryophyllus ſylueſtris flore ſimplici laciniato rubro

*IIX.*

Caryophyllus ſimplex minor alter.

Caryophyllus alter minimus flore ſimplici micis aureis aſperſo Lob.icon. pag.444.

*IX.*

Caryophyllus ſimplex ſupinus.

Caryophyllus virgineus Tabern. fol. pag. 2. part. 2. ſect. 1.cap. 1.& icon.pag.283.

An Caryophyllus minimus pulchellus ſupinus maculis aureis argenteiſve aſperſus Lob.icon.pag.444.

*X.*

Caryophyllus ſylueſtris vulgaris flore ſimplici.

Caryophyllea ſylueſtris Trago pag. 576.lib.1. c.198.

Armeria ſiue Caryophyllus minor ſylueſtris Lobel. obſeru.pag.241.& icon.pag.446.

Flore odoro eſt & inodoro: purpureo frequenter, rariùs albo. Hinc duæ figuræ apud Taber.icon.pag.287.& 288.Caryophylli montani primi, & mōtani albi nomine,

ne, verũ qui flore albo eſt anguſtiora altera habet folia.

*XI.*

Caryophyllus ſylueſtris flore pleno.

Armeria alba & rubra multiplex. Lob. icon. pag. 447.

*XII.*

Caryophyll⁹ ſylueſtris humilis flore maiore gemino.

Ad nos miſſus fuit Caryophyllus ab Henrico Cherlero Philoſophiæ Doctore Geneuâ, plus minus palmũ altus, folijs paucis anguſtiſſimis, qui in ſummitate caulis ſemper geminum (vt ipſe obſeruauit) ſuſtinet florem plus ſextuplo maiorem, quàm ſit Caryophylli ſylueſtris vulgaris, colore pallidè rubentem, leuiter laciniatum, radice aliorum ſimili.

*XIII.*

Caryophyllus cæruleus Monſpelienſis.

Aphyllanthos Monſpelienſium Aduerſ. pag. 190: & Lobel. icon. pag. 454.

*XIV.*

Caryophyllus ſylueſtris humilis, flore minore, vnico.

Caryophyllus repens humilis, minimus, vulgatiſſimus, rubellus Lobel. icon. pag. 445.

Armerius flos tertius Dod. fol. lat. pag. 176. pempt. 2. lib. 1. cap. 19.

Huius aliquot plãtas ab eodem Geneuâ accepimus, verùm omnium cauliculi vnicum florem ſuſtinent, triplo quadruplóve ſuperiore minorem.

*XV.*

Caryophyllus barbatus hortenſis latifolius.

Lychnis monachorum Geſneri hort. pag. 266.

Armenia altera, multis in latum orbiculum congeſtis floribus ornata, pũctulis in gyrum aſperſis, folijs quàm ſuperior latioribus Lobel. icon. pag. 447.

Viola

Viola barbata latifolia Lugd.pag.810.lib.7.cap.9.

Eſt flore communiter rubro, habetur albo ac variegato.

*XVI.*

Caryophyllus barbatus hortenſis anguſtifolius.

Armeria altera ſuaue rubente flore, ſed anguſtiore calyculo foliolis faſtigiatis cincto, Lob. icon. pag. 448.

Armerius flos alter Dodo. fol. lat. pag. 176. pempt. 2. lib. 1. cap. 19.

*XVII.*

Caryophyllus barbatus ſylueſtris.

Armeria ſylueſtris altera, calyculo foliolis faſtigiatis cincto, alioqui non diſſimilis ſuperiori, anguſtioribus tamen folijs & minoribus ſtellatis quinis foliolis, vtraq; collibus oriunda Lobel.icon.pag.448.

Viola barbata anguſtifolia Lugd.pag.810. lib.7.ca.9.

*XIIX.*

Caryophyllus ſylueſtris proliferus.

Armeria prolifera Lobel. icon.pag. 449.

Caryophyllea ſylueſtris quarta Thalyo in ſua Harcynia pag. 26.

Huius duæ ſpecies, altera capitulum gerit, ex quo ſæpe ſeptem, octo, aliquando nouem flores prorumpunt: altera non plures floſculos, ſed vnicum tantùm ex capitulo exerit.

*XIX.*

Caryophyllus ſylueſtris flore minimo.

Saxifragia ſiue ſaxifraga antiquorũ Aduerſ. pag. 183. & Lobel.icon.pag.428.

Tunica minima Lugd.pag. 1191. lib. 10. cap. 63.

Hæc aliquando maior, aliquando minor, aliquando erecta, aliquando repens ramoſa reperitur.

*XX.*

Caryophyllus altilis flore tenuiſſimè diſſecto.

Superba Trago pag. 575. lib. 1. cap. 198. (c. 7.

Vetonica altilis minor Dodo. fol. Gall. pag. 116. lib. 2.

Superba alba, medio corolla purpurouiolacea obſoleta cincta Lob. icon. pag. 450.

*XXI.*

Caryophyll⁹ ſylueſtris flore laciniato albo inodoro.

Superba maior flore albo Lob. icon. pag. 449.

Caryophyllus 16. ſylueſtris plumarius albus Tabern. fol. pag. 5. lib. 2. ſect. 1. cap. 1: & icon. pag. 289.

Hic habetur flore albo, habetur & ſuaue rubente, & Lob. duab⁹ expreſſit iconib⁹ pag. 449. & 450. ſic & Tab.

*XXII.*

Caryophyllus ſylu. alter flore laciniato odoratiſſimo.

Caryophylleus ſext⁹ Cluſij hiſt. Pan. pa. 323. li. 2. c. 41.

Superba Auſtriaca Cluſij Lobel. icon. pag. 451.

Flos nunc candidus, nunc purpuraſcens.

*XXIII.*

Caryophyllus ſylueſtris tertius, flore laciniato ſtaminulis corniculatis. (cap. 41.

Caryophyllus quintus Cluſ. hiſt. Pann. pag. 320. lib. 2.

Huius tres ſunt ſpecies: altera eſt pluribus floribus, ſtaminulis pluribus florem exuperantibus non corniculatis: & in hoc genere quod flores circa vmbilicum purpuraſcente lanugine hirſutos habet: Tertia ſimilis alteri, ſed per omnia maior, flore nunc omninò albo, nūc dilutiùs rubēte Cluſ. hiſt. Pann. pag. 322. lib. 2. c. 41.

*XXIV.*

Caryophyllus ſylueſtris Pannonicus ruber odorus.

Caryophyllus ſylueſtris primus Cluſ. hiſt. Pann. pag. 317. lib. 2. cap. 41. ſine icone.

*XXV.* Ca-

*XXV.*

Caryophyllus ſylu.Pānonicus flore magno inodoro.

Caryophylleus ſecundus Cluſ.hiſtor.Pann.pag.318. lib.2.cap.41.

Hic flore eſt rubro,reperitur tamen & albo, qui circa vmbilicum purpuraſcentibus villis hirſutus eſt.

Huius & altera ſpecies per omnia maior, & flore non vt in priore ex ſingulis cauliculis vnico,ſed gemino,aut triplici Cluſ.hiſt.Pann.pag.319.lib.2.cap.41.

---

*XXVI.*

Caryophyllus ſylueſtris Pānonicus laciniatus ruber.

Caryophylleus ſylueſtris tertius Cluſij hiſt.Pann.pag. 319.lib.2.cap.41. ſine icone.

---

*XXVII.*

Caryophyllus ſylueſtris Carinthiacus ruber.

Caryophyllus quartus ſeu ſylu. Tauricus Cluſ. hiſt. Pann.pag.321.lib.2.cap.41. ſine icone.

---

*XXIIX.*

Caryophyllus alpinus paruus muſcoſus.

Muſcus floridus Geſnero.

Caryophyllus 7. vel pumilio alpinus Cluſ. hiſt. Pann. pag.324.lib.2.cap.41. ſine icone.

Flore eſt carneo vel niueo.

---

*XXIX.*

Caryophyllus alpinus calyce oblongo hirſuto.

Caryophylleus 8. vel pumilio Tauricus Cluſ. hiſt. Pann.pag.325.lib.2.cap.41.

---

*XXX.*

Caryophyllus aruenſis hirſutus flore maiore.

Caryophyllus holoſtius Lobel.icon.pag.447.

Holoſtium caryophylleum Taber.fol.pag.668.lib.1. ſect.6.cap,18.& icon.pag.233.

---

XXXI.

Caryophyllus aruenſis vmbellatus folio glabro.

Holoſtium caryophylleum aruenſe Tabern. fol. pag. 668. lib. 1. ſect. 6. cap. 18. & icon. pag. 233.

Caulis aliquando rubet aliquando viret, communiter flos albus, aliquando ſubpurpuraſcens.

Huic Caryophyllo hoc peculiare, quod ramuli aliquot cum floſculis ſint erecti, aliquot verò reflexi, etiam antequam ſemen ferant.

XXXII.

Caryophyllus aruenſis glaber flore maiore. vel Gramen floridum.

Euphraſia gramen Trag. pag. 329. lib. 1. cap. 108.

Cratæogonũ fortè Dod. Gal. fol. pag. 347. lib. 4. c. 47.

Holoſtium Ruellij Lob. obſ. pag. 26. & icon. pag. 46.

XXXIII.

Caryophyllus aruenſis glaber flore minore.

Holoſtij Ruellij diuerſitas Lob. obſ. pag. 26. & icõ. pa. (46.

Gramen floridum minus Tabern. icon. pag. 132. & fol. pag. 667. lib. 1. ſect. 6. cap. 17.

XXXIV.

Caryophyllo aruenſi glabro ſimilis, ſed minor.

Ex Euganeis montibus circa Patauium prædicto ſimilem habemus, verùm omni parte minorem, plus minus palmarem, paucioribus folijs, floſculis minutiſſimis albis copioſiſſimis, qui ſinguli ſingulis ramulis capillaribus inſident.

XXXV.

Caryophyllus anguſtifolius, gramini florido ſimilis.

Ocymoidis nomine accepimus ex Italia elegantiſſimam plantulam, quæ ex radicibus tenuibus ſerpẽtibus cauliculum emittit tenuem rotundum inſtar Graminis floridi geniculatum, ex ſingulis bina oppoſita anguſtiſſima

ſima oblonga folia emittens, vt & pediculos tres quatuórve digitos longos, quibus ſingulis ſinguli flores ex oblōgis calyculis membraneis prodeuntes inſident, vt plurimum ex quinque foliolis oblongis purpuraſcentibus congeſti, in quorum medio aliquot filamenta vt in Caryophyllo conſpiciuntur. Succedunt his folliculi duriuſculi, in quibus ſemen minutum continetur. In horto Clariſs. Bembi D. Zvvingerus collegit.

*XXXVI.*

Caryophyllus ſaxifragus.

Saxifragia magna Matth. fol. lat. pag. 629. lib. 4. ca. 15. & icon. 4. pag. 646.

Saxifraga magna Matthioli & Italorum Lob. obſeru. pag. 233. & icon. 4. pag. 428.

*XXXVII.*

Caryophyllus montanus maior, radice longiſſima.

Caryophyllus montanus ſiue mediterraneus Lobel. obſer. pag. 242. & icon. pag. 452.

Gramē polyanthemum maius Dodo. fol. lat. pa. 554. pempt. 4. lib. 4. cap. 5.

*XXXIIX.*

Caryophyllus montanus minor vel marinus.

Pſeudomoly, graminis ſpecies Dodo. Gall. fol. pag. 348. lib. 4. cap. 50.

Caryophyllus marinus omnium minimus Lob. obſ. pag. 242. & icon. pag. 452.

*XXXIX.*

Caryophyllus pratenſis ſeu flos Cuculi, flore ſimplici & pleno. Odontis Plinij lib. 27. cap. 12. cenſetur.

Cuculi flos Trago pag. 403. lib. 1. cap. 134.

Vetonica ſylueſtris Dodo. Gall. fol. pag. 116. li. 2. c. 7.

Armoraria pratenſis ſylueſtris Lob. icon. pag. 451.

Flore communiter eſt rubello, aliquando ſed rarius candido.

In hortis Italiæ habetur etiam pleno flore, & venetijs Margaritæ nomine.

---

*XL.*

Caryophillus floſculo minuto luteo.

Odontitis lutea Lugd.pag. 1068.lib.9.cap.51.

---

*XLI.*

Caryophyllus ocymoidis folio.

Ocymoides lychnitis Colum.pag.20.part.2.

---

# SECTIO TERTIA.

## *ANTIRRHINVM: LINARIA: LINVM. Polygala: Glaux: Onobrychis: Stæchas: Lauendula: Roſmarinus.*

LYCHNIDEM agriam Plinius lib. 25. cap. 10. ipſum Antirrhinum ex Galeno (cui λυχνὶς ἀγρία & βουκράνιον) vocauit, quia flore ſit Leucoij minore tamē vt loquitur Dioſcorides lib.4.cap.133. Quare poſt Lychnides & Caryophylleos flores libuit Antirrhinum ſubiungere, cùm & ipsū flore placeat.

Antirrhinon καὶ ἀνάῤῥινον, Dioſc.lib.4.cap.133. ſic dictū, quòd fructu ſit vituli narium ſimili. Theoph. 9. hiſt. 21. ἀντίῤῥιζον, fructum tanquam nares vituli (inquit) parit. Antirrhinon ſiue Anarrhinon ſiue lychnis agria Plin. l. c. Sunt tamen qui velint ab eodem lib. 30. cap. 2. Cynocephalium herbam (id eſt, canis caput, quòd Seminis conceptaculum caluam canis cute & carne exutam repręſentet,) dici. Vnius tantùm meminiſſe videtur Veteres, Recētioribus plures ſunt differentiæ.

*I.*

Antirrhinum maius rotundiore folio.

An An-

An Antirrhinum ſecundum Matth. fol. lat. pag. 742. lib.4.cap.128.& icon. 4. pag. 836. folia nimis longa (ſi hanc intelligit) pinguntur.

Cynocephalus Plinij Lugd.pag.830. lib.7.cap.22.

Monſpelij hoc collegimus, nec alibi vidimus.

---

*II.*

Antirrhinum maius alterum folio longiore.

Antirrhinũ magnũ Dodo.fol.Gall.pa.133. li.2.c.27.

Antirrhinum, vulgo caput canis & caput vituli.

Cynocephalis Apuleij Lob.obſ.pa.221.& ic.pa.404.

Flore habetur roſeo rubẽte aliquando maculato, ex candido dilutè purpuraſcente, candido; eadem cum ſuperiore non eſt.

Tabernæmontanus icon. pag. 851. duas habet figuras Antirrhini & Antirrheni albi nomine.

---

*III.*

Antirrhinum luteo flore.

Antirrhinum floribus luteis Geſn.hort. pag.247. & Lob.icon.pag.405.

Hoc non ſolùm floris colore à priore variat, ſed & folio: quod verò albo eſt, non item.

---

*IV.*

Antirrhinum folio diſſecto: Hoc inter Plantas ſiccas fratris Ioh.Bauhini obſeruauimus, quod Monſpelij collegit, cuius figuram nondum expreſſam vidimus.

---

*V.*

Antirrhinum aruenſe maius.

Antirrhinum primum Matth. fol. lat. pag. 741. lib.4. cap.128.& icon.4.pag.835.

Orontium. Antirrhinum paruum Dodo. Gall. fol. pag.133. lib.2.cap.27.

Antirrhinum minimum Lob. obſ. pag. 222. & icon. pag.405.

Hoc vno loco procerius, altero breuius reperitur, qđ quibuſdā Phyteuma, Dioſc.lib.4.cap. 130. cenſetur.

*VI.*

Anthirrinum aruenſe minus.

Anthirrinum tertium Matth. fol. lat. pag. 742. lib. 4. cap. 128. & icon. pag. 837.

Antirrhinum alterum minimum repens Lobel. icon. pag. 406.

Chamærops Plinij lib. 26. ca. 7. & 13. Lugd. pa. 1339. lib. 11. cap. 70. quid eſt?

*LINARIA, eiuſq́; ſpecies.*

Linariam ſubijciemus cum quibuſdam Antirrhini ſpecies videatur, quare aliqui an Antirrhinon linij ſit, dubitant. Quibuſdā tamen Oſyris cenſetur, ex qua Galeni ſeculo vt & nunc in Italia ſcopæ componuntur. Linaria dicta, quòd folijs ſit Lini.

*I.*

Linaria vulgaris lutea flore maiore.

Pſeudolinum Brunfel. in 4. pag. 41.

Oſyris aut linaria Lobel. obſeru. pag. 222. & icon. pag. 406.

Variat floris color, luteopallidus, magis luteus: reperitur aliquando & albo.

*II.*

Linaria vulgaris lutea flore minore.

Linaria altera Trago, pag. 357. lib. 1. cap. 117. ſine icone.

*III.*

Linaria lutea pumila ſupina.

An Linaria pumila Cluſij hiſtor. Hiſp. pag. 350. lib. 2 cap. 33.

Oſyris flaua ſylueſtris Lob. obſer. pag. 410.

*IV.* Lina-

*IV.*

Linaria lutea folio Centaurij.

Linaria Valentina Cluſ. hiſtor. Hiſp. pag. 350. lib. 2.cap.32.

Linaria Valentina Cluſij Lobelo obſ.pag.223.& icõ. pag.408.

---

*V.*

Linaria lutea latifolia peregrina, Caule eſt rotundo, ſtriato, glabro, viridi & ſeſquipalmari, quem folia lata triplo quàm in prædicta latiora, longiora item, ſubrotunda, tenuia, viridia, nullo ordine diſpoſita: extremo ramo quaſi ſpica oblonga florum luteorum, multo priore maiorum, rictu lanuginoſo corniculo cæruleo, ſuccedunt capitula ſatis magna, quibus ſemina multa ruffeſcentia incluſa. Hanc Linariæ latifoliæ Valentinæ Cluſij nomine Doctor Doldius miſit.

---

*VI.*

Linaria albo flore.

Oſyris alba Lobel.Icon.pag.408.

---

*VII.*

Linaria pallida minore flore.

Linaria Pannonica prima vel maior Cluſ. hiſt. Pann. pag.307.lib.2.cap.37.

---

*IIX.*

Linaria purpurea bellulis folio.

Linaria odorata Cluſ. hiſtor. Hiſp. pag. 348. lib. 2. cap.31.

Linaria purpurea odorata Lob.obſ.pag.222.& icon. pag.407.

---

*IX.*

Linaria purpurea maior.

Oſyris altera Dod.fol.Gal.pag.61.lib.1.cap.53. ſine icone.

EE Linariæ

Linariæ purpureæ varietas Lobel.obſer. pag. 222. & icon.pag.407.

Variat floſculis purpureis, purpurouiolaceis, albis & cæruleis:folijs item latioribus & anguſtioribus.

---

*X.*

Linaria pumila ex violaceo purpuraſcens.

Linaria Pannonica ſecunda, & Linaria alpina pumila Cluſ.hiſt.Pann.pag.307.& 309.lib.2.cap.37.

Linaria minor Dalechampij Lugd.pag.1151.lib.10. cap.34.

Geneuâ miſit M.Io.Henricus Cherlerus.

---

*XI.*

Linaria purpurocærulea repens.

Oſyris purpurocærulea repens Lob.icon.pag.410.

Multùm cum prædicta conuenit, non tamen eadē.

---

*XII.*

Linaria floribus ex herbaceo purpuraſcentibus, peregrina.

Seſamoides paruum Salmanticum primum Cluſ.hiſt. Hiſp.pag.347.lib.2.cap.30.

Seſamoides paruum Salmanticum Cluſij Lob. obſ. pag.190.& icon.pag.353.

Huius & altera ſpecies apud Cluſium folijs Lini maioribus & in canis flore copioſo albo.

---

*XIII.*

Linaria cærulea anguſtifolia.

Linaria cærulea Dalechampij Lugd.pag.1151.li.10. cap.34.

---

*XIV.*

Linaria folijs capillaceis.

Linaria tenuifolia Lugdun. pag. 1151. lib. 10. cap.34.

---

*XV.* Lina-

*XV.*

Linaria montana floſculis albicantibus.

Anonymos linifolia Cluſ. hiſt. Pann. pag. 313. lib. 2. cap. 39.

Anthyllis montana Lugd. pag. 1150. lib. 10. cap. 35.

Hæc nonnunquam erecta, nonnunquam per terram repit.

---

*XVI.*

Linaria folioſo capitulo luteo maior.

Linariæ tertium genus Trago pagin. 358. libr. 1. cap. 117.

Linaria aurea Tragi Lobel. obſeru. pag. 224. & icon. pag. 411.

Linoſyris nuperorum Lobel. obſer. pag. 223. & icon. pag. 409.

Nonnullis Chryſocome Dioſcoridis; alijs Chryſitis Ariſtoteli.

---

*XVII.*

Linaria folioſo capitulo luteo minor.

Linaria aurea minor Taber. fol. pag. 496. lib. 2. ſect. 11. cap. 90. & icon. pag. 825.

---

*XIIX.*

Linaria Scoparia.

Belle videre & Scoparia Geſn. hort. pa. 250. & 279. b.

Scoparia & Oſyris Græcorum Dodo. Aduerſ. pag. 176. & Lob. icon. pag. 409.

Sunt qui Oſyridem Græcorum eſſe velint, alij negāt, noſtro tamen tempore in Græcia, lingua Græca corrupta ἀξύεις nominatur: alij an Chamæcypariſſus ſit Plinij dubitant.

---

*XIX.*

Linaria Americana: vidimus plantam in horto Florentino natam, ſic & alteram Montebelgardi, folijs triplo qua-

plo quadruplóve latioribus, quàm ſint vulgares Linariæ, verùm integram cùm non viderimus, imò ne quidem flores meminiſſe ſufficiat.

---

### *LINVM, eiusq; ſpecies.*

Λίνον Dioſc.lib.2.cap.125.Theoph.8.hiſt.7.qui 3.de cauſis 21. fieri mutationem lini in lolium, ſcriptum reliquit. Linum Plin. 19. cap. 1. vbi lini genera ratione loci natalitij recenſet.

*I.*

Linum ſatiuum.

Linum Brunfel.fol.lat.pag.170.tom. 1. Rhapſ. 28. & 4.pag.42.

Linum ſatiuum vulgare cæruleum Lob. obſer. pag. 225.&icon.pag.412.

---

*II.*

Linum alterum folliculis craſſioribus.

Linum ſylueſtre ſatiuo ſimile Trago. pag. 354. lib.1. cap.116.ſine icone.

Hoc à ſuperiori caulibus & folliculis craſſioribus differt,& inter auenam reperitur.

---

*III.*

Linum maritimum luteum.

Linum ſylueſtre Matth.fol.lat.pag.319.lib.2.cap.96. & icon 4.pag.179.

Linum marinum luteum Narbonenſe Lob. obſ.pag. 225.&icon.pag.412.

---

*IV.*

Linum ſylueſtre latifolium flore cæruleo magno.

Linum ſylueſtre primum Cluſ. hiſt. Pann. pag. 299. lib.2.cap.36.

Linum ſylueſtre latifolium Lob.icon.pag.414.

---

*V.* Linum

*V.*

Linum ſylueſtre latifolium flore luteo magno.

Linum ſylueſtre ſecundum Cluſij hiſt. Pan. pag. 300. & 301. lib. 2. cap. 36.

*VI.*

Linum ſylueſtre anguſtifolium flore magno albo.

Linum ſylueſtre fruticans vel 3. Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 353. lib. 2. cap. 34. ſine icone.

Linum ſylueſtre floribus albis Lobel. obſer. pag. 226. & icon. pag. 413.

Huius & altera ſpecies flore cæruleo in cādidum langueſcente, & veluti cinereo, capitulis etiam amplioribus, in reliquis priori ſimile.

Reperitur etiam flore dilutè purpureo.

*VII.*

Linum ſylueſtre anguſtifolium flore minore primũ.

Linum ſylueſtre ſecundum Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 352. lib. 2. cap. 34. ſine icone.

Flos ex diluta purpura candicat, & quaſi carneus.

*IIX.*

Linum ſylueſtre anguſtifoliũ flore minore ſecundũ.

Linariæ quarta ſpecies Trago pag. 357. lib. 1. ca. 117. ſine icone.

Linum ſylueſtre tenuifolium Lobel. obſer. pag. 226. & icon. pag. 413.

Flore eſt cæruleo, reperitur & albo.

*IX.*

Linum ſylueſtre minimum.

Chamœlinum ſiue Linum ſylueſtre perpuſillum Lobel. obſer. pag. 227. & icon. pag. 415.

Flore eſt candido, vidimus & luteo.

*POLYGALA, eiusq́; ſpecies.*

Πολύγαλον quòd potum lactis abundantiam faciat, inquit Dioſcorides lib. 4. cap. 142. Aliqui hanc noſtram intellexiſſe volunt. Videtur potius noſtra ad Onobrychidem Dioſcoridis referenda.

*I.*

Polygala maior.

Polygala vulgaris maior Cluſ.hiſt.Pann.pag.315.lib. 2.cap.40.

Variat flore, qui eſt dilutioris purpuræ, modò cæruleus, modò albus: quare apud Tabernæmontanũ icon. pag. 820. 821. tres figuræ, albæ, cæruleæ & purpureæ Polygalæ maioris nomine habentur.

*II.*

Polygala vulgaris.

Polygalon Trago, pag. 571. lib. 1. cap. 196.

Polygala recentiorum Lob.obſer. pag. 228. & icon. pag. 416. & 417.

Floribus eſt cæruleis, eſt & coloris purpurei dilutioris ſeu rubri; rariùs niuei coloris. Hinc tres figuræ apud Lob. in icon. & Tabern. icon. pag. 821.

*III.*

Polygala lutea. Hęc folijs eſt circa radicem rotundioribus flore luteo, per reliqua ſimilis vulgari, quæ prope Aquapendẽtem intra Florentiam & Romam prouenit.

An hanc Polygalæ nomine quæ circa Bononiam & in Samnitibus proueniat, Anguillara pag. 290. Opin. 14. intelligit?

*IV.*

Polygala repens.

Polygala repens nuperorum Lobel. obſer. pag. 227. & icon. pag. 416.

## *GLAVX.*

ΓΛαῦξ, de Glauce egit Dioſcor. lib.4. cap.141. Vt & Plinius lib.27.cap.9.qui monet veteribus εὐγάλακτον vocatam, eò quòd lactis vbertatem excitaret: Fortè γλαῦξ quaſi γάλαξ lac. Glaucis nomen Tragus Polygalę flore rubro tribuit, at eam quæ flore eſt albo vult Polygalam Dioſcoridis eſſe. Sunt tamē qui dubitant, vtrùm per Glaucem Dioſcoridis ſequentē intellexerit; alij tamē alteri Glaucis nomē tribuūt, de qua inter legumina.

Glaux maritima.

Glaux Dod.fol.Gal.pag.38.lib.1.ca.32. ſed figura vitioſa.

Glaux exigua maritima Lobel. obſeru. pag. 227. & icon.pag.415.

Hanc Hamburgo, vbi prouenit, à Clar. Doctore Cornelio Voſſenholio accepimus.

## *ONOBRYCHIS.*

ONοβρυχὶς apud Dioſcoridē habetur lib.3. cap.170. qđ nominis alij Polygalæ vulgatæ, nec adeò malè; alij capiti gallinaceo, de quo inter vitia agetur; alij ſequētibus tribuūt, & ab aſini ruditu nomē habere volūt.

*I.*

Onobrychis quarta lutea Dalechampij Lugdun.pag. 491.lib.4.cap.60. quid?

*II.*

Onobrychis aruenſis.

Onobrychis Dodo.fol.Gall.pag.121.lib.2.cap.13.

Onobrychis altera Belgarum & Dodonæi Lobel.obſer.pag.228.& icon.pag.418.

Hæc ludit folijs, ita vt ſuperiora latiora caulē amplectantur, inferiora longiora ſūnt, omnia tamen crenata, in reliquis conueniunt: Hinc duæ apud Tabernæmontanum figuræ, iconum pag. 304. violæ aruenſis, & pag. 316. violæ pentagonæ nomine.

*STOE-*

## *STOECHAS.*

STœchas duplex eſt, Arabica & Citrina. Hîc de Arabica ſermo eſt, quæ Dioſcoridi lib. 3. cap. 31. Στίχας ab inſulis eiuſdem nominis è regione Maſſiliæ vbi gignitur cognomentum accepit, teſte Dioſcoride & Plinio lib. 28. cap. 12. Sunt qui exiſtimant rectiùs Stachyn quaſi Spicam dici.

*I.*

Stœchas purpurea.

Stœchas Tragi pag. 215. lib. 1. cap. 70.

Stœchas ſiue Stichas Lobel. obſer. pag. 234. & icon. pag. 429.

*II.*

Stœchas cauliculis non foliatis.

Stœchas nudis cauliculis ſummis Lobel. obſer. pag. 234. & icon. pag. 431.

Stœchas Dodon. in 8.

*III.*

Stœchas ſerratifolia: q̃ Sucudus Auicennæ cenſetur.

Stœchas ſecũda Cluſio hiſt. Hiſp. pag. 232. lib. 1. c. 60.

Stœchas folio ſerrato & criſpo Cluſij Lobel. obſeru. pag. 255: & icon. pag. 430.

*IV.*

Tragium alterum Dioſcoridis: Secudus & Sucudus Auicennæ Rauvvolffio in ſuo Hodæporcio, num. 123. & Lugd. in append. pag. 29. qui Rauvvolffij iconem habet. quid?

## *LAVENDVLA.*

LAuẽdula quia lauacris expetitur; Huc refertur quia forma conuenit, & Stœchas Arabica à Meſuæo dicitur: Pſeudonardus Plinij lib. 12. cap. 12. cenſetur.

*I.* Lauen-

*I.*

Lauendula latifolia.

Spica: Nardus Germanica Trago pag. 58. lib. 1. c. 18.

Spica recentiorum Lob. obſer. pag. 235.

Nardus Italica, ſiue recentiorum Pſeudonardus Lobel. icon. pag. 431.

Flore communiter eſt cæruleo: habetur & albo; quare duæ figuræ apud Tabernęmontanum icon. pag. 368.

---

*II.*

Lauendula anguſtifolia.

Lauendula: Caſia Germanica Trago pag. 57. lib. 1. cap. 18.

Spica lauēdula Lob. obſer. pag. 236. & icon. pag. 431.

Flore eſt cæruleo: habetur & albo, hinc duæ figurę apud Lobel. icon. pag. 431. & 432. ſic & apud Tabernæmontanum icon. pag. 369.

---

*III.*

Lauendula folio diſſecto.

Lauendula multifido folio Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 235. lib. 1. cap. 61. & Lobel. obſer. pag. 236. & icon. pag. 432.

---

## *ROSMARINVS.*

Λιβανωτὶς Dioſcoridi lib. 3. cap. 89. ab odore thuris nomen habet: Alijs λιβανωτὶς στεφανωματικὴ coronaria Galeno 7. ſimpl. quia eâ vtuntur οἱ στεφανοπλόκοι coronarij. Genera tria fecit Dioſcorides. Habet enim vmbelliferi genera duo, vnum fœcundum, alterum ſterile & tertium non vmbelliferum à coronarijs expetitum. Theophraſtus duo genera fecit, fructiferam folio helioſelini ſemine & radice candidis: & ſterilem folio lactucæ, Plinius Roſmarinum coronarium cum alijs ſpeciebus confundit, vt videre eſt lib. 19. cap. 12. Hîc de coronaria agimus. De alijs inter vmbelliferas ſect. 5. lib. 4.

FF I. Roſ-

*I.*

Roſmarinus hortenſis anguſtiore folio.

Roſmarinus Brunfel.in 4.pag.208.

Roſmarinum coronarium Lobel.obſeru.pag.234.& icon.pag.429. (bis.

Floribus eſt ex albo cæruleis: Habetur & prorſus al-

---

*II.*

Roſmarinus ſpontaneus latiore folio.

Roſmarinus ſylueſtris ſeu maior Cordo in hiſt.pag. 148.lib.2.cap.94. ſine icone.

---

*III.*

Roſmarinus ſylueſtris alius adhuc eſt, de quo inter Ledi genera.

---

# SECTIO QVARTA.

***HYSSOPVS: SATVREIA: THYMVS: EPI-thymus: Cuſcuta: Serpyllum: Polium: Ageratum: Pulegium: Origanum: Maiorana: Dictamnus: Ocimum: Clinopodium.***

## *HYSSOPVS.*

Yσσωπος Dioſc.lib.3.cap.30. ſic dici volunt quaſi ὑόμενον (pro χδυόμενον) ἐπὶ τὴν ὦπα. Dioſcoridi duûm eſt generum ὀρεινὴ montana & κηπευτὴ hortenſis, verùm Græcorum Hyſſopus ab Arabum & officinarũ Hyſſopo differt, qui Symphytum petræum Dioſcoridis lib.4.cap.9. eſſe videtur.

*I.*

Hyſſopus vulgaris cærulea.

Hyſſopus Brunfel.fol.pag.164.tom.3.Rhap.80.ſine icone: Et in 4.pag.264.

Hyſſopus Arabum Meſue & officinarum Lobel. obſer.pag.237.& icon.pag.433.

Communiter ex vnâ parte floret, aliquãdo ex vtraq;

vt

vt expreſſit Lobel.ſua icone. Eſt & odore tantùm à prędicta differens moſchum redolens, cuius Geſnerus de hort.pag.262.nomine Hyſſopi de moſchata meminit: Habetur & folijs diſſectis.

Hæc etiam ſpica breui & rotunda aliquando, à prædicta variat.

*II.*

Hyſſopus rubro flore.

Hyſſopus Arabum rubro flore Lob.obſeru.pag.237. & icon. pag.434.

Flores habet ſæpius vno tantùm ordine digeſtos, aliquando vtrinq;: Habetur & albo flore quemadmodum Lobel.icon.pag.435.pingit.

*III.*

Hyſſopus minor anguſtifolia.

Hyſſopus parua anguſtis folijs Lobel. icon. pag.434.

*IV.*

Hyſſopus Anglica.

Hyſſopus candidus Anglorum Aduerſ. pag.185. ſine (icone. Mediâ parte albus, mediâ viridis.

*V.*

Hyſſopus montana.

Hyſſopus montana Lugd.pag.934. lib.8. cap.29.

Non videtur Matthiolus icon.4. pag.412.& Caſtor. pag. 235. hanc intelligere montanæ nomine (iconem non proponunt) ſiquidem dicant ab hortenſi hirſutie tantùm, & quòd amara magis ſit differre: hæc verò noſtra à vulgari multùm differt.

*VI.*

Hyſſopus folio pulegij: fortè Dioſcoridis.

Hyſſopus folio origani Dalechampij Lugd.pag.935. lib.8.cap.29.

*VII.*

Hyſſopus ex codice Cæſareo Dodo.fol.lat. pag.286. pempt.2.lib.4. cap. 18. ex quo & Lugd. pag. 933. lib. 8. cap.29. ſumpſit,an detur talis ignoramus.

*IIX.*

Hyſſopifolia Ioh.Bauhini.

Gratiola minor Geſnero libello de Coll. Stirp.

Hyſſopoides Camer.in hort. pag.78.

Hanc Monſpelij Anagallidem aquaticam vocabāt, icone expreſſam nondum vidimus.

*SATVREIA.*

Θύμβρα Dioſcoridi lib.3.cap.45. θύμβρον Theophr. 7.hiſt.1. (fortè ἀπὸ τοῦ θύειν ob fragrantiam) dicitur ipſa Satureia quæ alijs à ſaturando dicta, quòd cibis loco condimenti addatur: Alij à Satyris nomen traxiſſe putant,quòd ſcilicet marceſcentes coitus ſtimulet. Genera duo Dioſc. ſylueſtris & ſatiua: Sic Theophr.7.hiſt. 6.ſylueſtrem vrbanæ aſpectu vicinam ſcribit,at 6.hiſt.1. plura eius genera eſſe monet.Plin.lib. 19. cap.8. Thymbra,inquit,quæ cunila eſt, apud nos habet vocabulum & aliud,Satureia dicta in condimentario genere.

*I.*

Satureia hortēſis.cunila ſatiua Plinio lib.20. cap.16.

Hyſſopus agreſtis Brunfel.fol.pag. 164.tom.3.Rhap. 86.ſine icone: & 4.pag.265. (cap.13.

Satureia ſiue hortēſis Hyſſopus Trago pag. 45.lib.1.

Satureia Lobel.obſeru. pag.232: & Satureia hortenſis icon. pag. 426.

Floſculis eſt candidis aut dilutè purpureis: aliquando inuenitur caule cæruleo, ſic & folijs.

*II.*

Satureia montana.

Thymbra Dodo.fol. Gall.pag.162. lib.5 2. cap.2.

Satu-

Satureia hortenſis Lob.obſer. pag.232.

Satureia ſiue Thymbra altera Lob.icon. pag. 426.

Hyſſopum verā nominare ſolebat Melchior Gvvilandinus horti Patauini olim præfectus, fortè Cunila montana Plinij lib.20.cap.16.

Floſculis purpureis eſt,aut candidis.

Notandum variare hanc ratione loci natalitij, quæ enim in ſylueſtrib⁹ prouenit, anguſtioribus folijs eſt,vt Dodonæus & Lugdunenſis pag.898.pingunt:In hortis verò latioribus vt exprimit figura Lobelij. Verùm vtrāque expreſſit Camerarius in Epitome Matth. pag. 717. Saxifragæ ſecundæ nomine.

*III.*

Satureia ſpicata.

Thymbra S. Iuliani ſiue ſatureia vera Adu. pag. 182. & Lobel.icon.pag.425.

*IV.*

Satureia Cretica.

Thymbra Cretenſis Alpino pag.56.b.ſine icon.

An Tragoriganum Cretenſe apud Venetos Aduerſ. pag.211.&Lob.icon.pag.493.

Hæc apud fratrem Montembelgardi Anno 1594. prouenit,ſemine à Caſabona miſſo.

## *THYMVS.*

Θύμ☉ Dioſcoridi lib. 3. cap.44. & Theoph. 4. hiſt. 7.6.hiſt.2.1.de cauſis 5.ἀπὸ τοῦ θυμοῦ,quia adhibetur ijs qui patiuntur animi deliquium: alij quòd eo veteres primùm vſi in ſacris quæ accenſo igne fiebant ἀπὸ τῆς θυμιάσεως ϰ τῆς θυῆς, deducunt, vt videre eſt apud Rhodiginum lib.3.cap.23.

Genera duo propoſuit Plinius lib. 21. cap. 10. & 21. candidum ac nigricans; & hoc ex Theophraſto 6.hiſt.2. Dioſcorides verò album tantùm agnoſcit & deſcribit.

*I.*

Thymus vulgaris tenuiore folio.

Thymus Brunfel.fol.lat.pag.162.tom.3.Rhap.78.ſine icone.& 4.pag.266.Fuchſ.icon.pag.477.

Serpyllum hortenſe Dodon.icon.pag.263.

Variat foliorum colore, quòd alteri ſint virentia & ſuaueodorata:alteri candida & graueolentia.

---

*II.*

Thymus vulgaris latiore folio.

Thymum durius Dodo. fol.pag.275.pempt. 2.lib.4. cap.7.quo ad iconem.

Thymum durius Plinij Lob.icon.pag.425.

---

*III.*

Thymus capitatus qui Dioſcoridis eſt.

Thymum Creticum Dodo. fol. Gall. pag. 161.lib.2. cap.51.

Thymum Lob.obſ.pag.231.& icon.pag.424.

---

*IV.*

Thymum latifolium Lob.icon.pag.424.

---

## *EPITHYMVM ET CVSCVTA.*

Ἐπίθυμον Dioſcoridi lib. 4. cap. 179. flos eſt è thymo duriore, Satureiæ ſimili; Et Plinio lib.26.cap.8. Verùm non ſolùm Thymo, ſed & Thymbrę, Dictamno & alijs Cuſcutę modo circumnaſcitur, imò & Epipolium Monſpelij collegimus.

Cuſcuta recentioribus Græcis κασσύθα ad Orobanchen Theoph.5.de cauſ.plant.22.referri poteſt. Androſace namque Dioſc. lib. 3. cap. 150. non eſt, nec etiam Cadyta Theoph.2.de cauſ.3.& Plin.lib.16.cap.44. Nõnullis podagra Lini, quòd Linum amplectatur: λινοδέσμιον Geſnero.

*I.*

Cuſcuta maior.

Andro-

Androſaces vulgo Cuſcuta Trago pa. 810. li. 2. ca. 91.

Caſſytha Plinij Cuſcuta officinarum Lob. icon. pag. 427. & obſ. pag. 233.

Aliud album eſt, aliud ruffum. Hæc paſſim herbis adnaſcitur potiſſimùm vrticæ maiori, lupulo, lino, rubo, vepribus: Sic & Cytiſo, trifolio corniculato.

---

*II.*

Epithymum ſeu Cuſcuta minor.

Epithymum Matth. fol. lat. pag. 786. lib. 4. cap. 172. & icon. 4. pag. 899.

Epithymum Græcorum & Arabum Lobel. obſ. pag. 231. & icon. pag. 427.

---

## *SERPYLLUM.*

Ἕρπυλλος Dioſc. lib. 3. cap. 46. ἀπὸ τοῦ ἕρπειν à ſerpendo dictum. Si enim aliqua eius particula terram attingat, inibi radices demittit. Sic & Plinio lib. 20. c. 22.

Genera duo Dioſcoridi ſunt, primum hortenſe odore Sampſuchi: alterum ſylueſtre Zygis dictum, quòd nõ ſerpat, ſed in altitudinem excreſcat. Theophraſtus. 6. hiſt. 7. duo agnouiſſe videtur, cùm dicat Serpylli ſylueſtre quoque genus eſſe. Plinius & ſatiui & ſylueſtris meminit, verùm non ſatiuum, ſed ſylueſtre ſerpere inquit; quod non intelligendum de Serpyllo, eò quòd arboribus ſe circumdare ſcribit, lib. 16. cap. 44.

*I.*

Serpyllum Thymi folio.

Serpyllum Narbonenſe folijs & facie perpuſilli anguſtifolij Thymi noſtratis, Lobel. obſ. pag. 230. & icon. pag. 423.

---

*II.*

Serpyllum vulgare maius. (pag. 158.

Serpyllũ maiꝰ flore purpureo & cãdido Camer. hort.

Serpyllũ albũ Tabern. icõ. pa. 361. qui & alterã habet figurã Serpylli albi 2. nomine. Variat

Variat albo & purpureo flore.

---

*III.*

Serpyllum vulgare minus.

Serpyllum Brunfel.fol. pag. 26. tom. 2. Rhap. 5. & 4. pag. 78.

Serpyllum & ſaxifranga Dodonæi Lobelo obſ. pag. 230. & icon. pag. 423.

Aliud eſt folijs rotūdis, aliud acuminatis & anguſtioribus; flos ſubpurpureus, roſeus, cādidus; hinc apud Tabern. in icō. pa. 362. figuræ duæ. Mutat etiā odorem pro diuerſitate locorum & cæli, ita vt & inodorum reperiatur: aliquando etiam Thymum durius in Serpyllum degenerat. Theophraſtus 5. de cauſis 8. Ocimum in Serpyllum tranſire ſcrip ſit.

---

*IV.*

Serpyllum folijs citri odore.

Serpyllum Pannonicum primum Cluſij hiſtor. Pann. pag. 625. lib. 3. cap. 55.

Serpyllum citratum Tabern. icon. pag. 360.

---

*V.*

Serpyllum ſatiuum.

Serpyllum Matth. fol. lat. pag. 486. lib. 3. cap. 39. & icon. 4. pag. 436.

---

*VI.*

Serpyllum anguſtifolium glabrum.

Serpyllum Pannonicum ſecundum Cluſ. hiſt. Pann. pag. 628. lib. 3. cap. 55. ſine icone.

Hoc aliquando inodorum eſt, aliquando odorem foliorum nucis refert.

---

*VII.*

Serpyllum anguſtifolium hirſutum.

Serpyl-

Serpyllum Pannonicum tertium Cluſ.hiſt.Pann.pag. 627.lib.3.cap.55.

## *POLIVM.*

Πόλιον Dioſcoridi lib.3.cap. 124. ſic dictum propter canitiem quæ in folijs ſecundum Plinium, in capitulis ſecundum Dioſcoridem apparet; πολιὸς nanque canitiem & canum ſignificat.

Genera duo agnouit Dioſcorides, montanũ τεύθριον dictum, alterũ fruticoſius. Galenus 8. Simplicium maius & minus. Plinius lib.21.cap.7. habet campeſtre maius & ſylueſtre minus.

*I.*

Polium Baſileenſe vel lauendulæ folio.

Polium Matth.fol.lat.pag.558.lib.3.cap. 107. & icõ. 4.pag.525.quo ad iconem.

Polium lauandulæ folio fœmina recentiorum Lob. obſ.pag.258.& icon.pag.488.

*II.*

Polium luteo flore.

Polium tertium Cluſij hiſt. Hiſp. pag. 241. lib. 1. cap. (65.ſine ic.

Polium luteum Lob.obſ.pag.257.& icon.pag.487.

Flos modò luteus, modò pallidus, interiùs palleſcẽs & foris exalbidus: interdum ex luteo vireſcens.

*III.*

Polium maritimum erectum Monſpelienſe.

Polium primum Matth.fol.lat.pag.558.li.3.ca. 107. & icon.4.pag.525.quo ad deſcriptionem.

Polium primum Cluſij hiſt.Hiſp.pag.241. lib.1.cap. 65.ſine icone.

In hoc Epipolium Monſpelij legimus.

*IV.*

Polium maritimum ſupinum Venetum.

Polium primum Dodo.fol.Gall.pag. 164. li. 2.ca. 55.

Polium montanum purpureum Lob. obſ. pag. 257. & icon.pag.487.

Hoc polium montanum Dioſcoridis cenſetur : nec idem exiſtimandum cum priore, licet vtrumque in maritimis proueniat; illud namque erectum, & omnibus partibus craſſius; hoc autem repit tenuius & candidius, vtrumque loco natali ipſimet collegimus.

---

*V.*

Polium marinum ſupinum ſecundum.

Polium quintum Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 242. lib. 1. cap. 65. ſine icone.

---

*VI.*

Polium montanum.

Polium alterum ſeu paruum Dodo.fol.Gall. pa. 164. lib. 2. cap. 55. ſine icone.

Polium montanum Lob.obſ.pag. 257. & icō.pa.486.

---

*VII.*

Polium montanum repens.

Polium ſextum Cluſ.hiſt.Hiſp.pag. 242. lib. 1. cap. 65.

Polium montanum ſupinum minimum Lobel. obſ. pag. 258. & icon.pag.488.

---

Guacaton Monardi pag. 61. partis 2. lib. 1. cap. 5. ex quo & Lugdunenſis pag. 1906. lib. 18. cap. 134. Et Caſtor pag. 219. polio reſpōdere ſcribit, eo excepto quòd odore careat, quid eſt?

---

## *AGERATVM.*

Αγήρατον Dioſcoridi lib. 4. cap. 59. qui ſcribit nomen ei inditū διὰ τὸ ἐπιπολὺ τὸ ἄνθος ὁμοιοειδὲς φυλάττεσθαι. quoniam diutiſſimè flos in ſua coloris ſpécie conſeruetur: quaſi dicas Senectutis expers, quod ἀγήρατος dicitur, vel vt Plinius libr. 27. cap. 4. quoniam diutiſſimè non marceſcit.

I. Age-

*I.*

Ageratum folijs ſerratis.

Eupatorium Meſuæ Trago pag. 515. lib. 1. cap. 175.

Ageratũ ſeptentrionaliũ Lob. obſ. pa. 258. ic. pa. 489.

Balſamita minor Dod. fol. Gall. pag. 175. lib. 2. ca. 64.

Floribus eſt communiter luteis: habetur & candidis: quare duæ apud Lobel. figuræ.

---

*II.*

Ageratum folijs non ſerratis.

Ageratũ alterum Matth. fol. lat. pag. 665. lib. 4. ca. 54.

Ageratum minus Lob. obſ. pag. 259. & icon. pa. 489.

---

*III.*

Ageratum ſerratum alpinum.

Ageratum purpureum Lugd. pag. 1184. lib. 10. c. 55.

---

*PVLEGIVM.*

Γλήχων Dioſcoridi lib. 3. cap. 36. cui & βλήχων à βληχὴ Balatu, quoniam dum floret guſtatum à pecoribus βληχὴν ἀποπίμπλευται balatum concitat, quod & Plinius lib. 20. cap. 14. habet. Pulegium Latinis, quòd eiùs flos recens incenſus pulices interficiat.

Genera duo fecit Plinius fœminam & marem, quæ non differunt niſi quòd mas candidum, fœmina verò purpureum florem habeat.

*I.*

Pulegium latifolium.

Pulegium Brunfel. fol. pag. 227. Tom. 1. Rhapſ. 41. & icon. 4. pag. 166.

Pulegium regium vulgatum Lobel. obſer. pag. 266. & icon. pag. 500.

Floribus eſt cæruleis, ex roſeo albicantibus, rariſſimè (albis.

---

*II.*

Pulegium latifolium alterum.

Pulegium Caſtori pag. 381.

Pulegium maius Plinij Lob. icon. pag. 501.

---

*III.*

Pulegium anguſtifolium.

Pulegium ceruinum Monſpelij Geſn. hort. 274. & append. pag. 295.

Pulegium anguſtifolium ſiue ceruinum Monſpelienſium odoratius Aduerſ. pag. 214. & Lob. icon. pag. 501.

---

## *ORIGANVM.*

Ὀρίγανος Dioſcoridi lib. 3. cap. 32. Sic dicitur διὰ τὸ χαίρειν ὄρεσιν vt Euſtachius tradit, deriuãs ab ὄρος & γάνος; alij deducunt παρὰ τὸ ὀρᾶν καὶ γανοῦν, quia viſus claritati conducit.

Genera quatuor Dioſcorides proponit, & id quidem capitibus quatuor: ἡρακλεωτικόν: ὀνῆτιν quaſi pabulo gratum ſit aſinis ἀγριορίγανον: καὶ τραγορίγανον: quod aliqui hircinum interpretantur, at videtur ſic dictum quaſi capris gratum ſit, hocque in binas ſpecies diſtribuit. Theoph. 6. hiſtor. 2. duorum tantùm meminit, nigri ſterilis, & cãdidi fructuoſi; Plinius lib. 20. cap. 17. confuſiorem origani hiſtoriam tradit.

*I.*

Origanum ſylueſtre.

Origanum Brunfel. fol. pag. 159. tom. 3. Rhap. 76. & 4. pag. 259.

Agrioriganum ſiue Onitis maior, Lob. obſ. pag. 263. & icon. pag. 492.

Variat folijs longioribus rotundioribus: floribus ex candido rubicantibus, phœniceis, candidis. hinc duæ figuræ apud Tabernęmontanum icon. pag. 344. & 346.

Sunt qui Tragoriganum Dioſcoridis eſſe velint: Cunila bubula eſt Plinio lib. 20. cap. 16.

---

*II.*

Origanum Heracleoticum.

Origanum peregrinum primum vel ſextum Trago pag. 35. lib. 1. cap. 10. ſine icone.

Origanum Heracleoticum Lob. obſeru. pag. 262. & icon. pag. 492.

Videtur eſſe Cunila Gallicana Plinio lib. 20. cap. 16. Eſt floſculis ex albo purpuraſcētibus & etiã candidis.

---

*III.*

Origanum Creticum.

Origanum Heracleoticum ex Creta Cordo in Dioſc. pag. 52. lib. 3. cap. 32.

Sunt qui ſylueſtre genus eſſe velint, aut Onitim apud Dioſcoridem: at videtur à præcedenti parùm differre.

---

*IV.*

Origanum onitis.

Origanum onitis aliud à Matthioli Camer. hort. pag. (112.

---

*V.*

Origanum onitis alterum.

Origanum onitis Matth. fol. lat. pag. 473. lib. 3. cap. 29. & icon. 4. pag. 416.

An Genuina Græcorum Hyſſopus Lobel. obſer. pag. 264. & icon. pag. 494.

---

*VI.*

Origanum onitis tertium.

Origanum Monſpelienſe pulchrum Camer. in Epit. Matth. pag. 468.

---

*VII.*

Zatarendi Alpino pag. 40. cap. 29. quid eſt?

Huc retulimus, quia multi ſiccatum vt origanum pro obſonio comedunt.

---

*IIX.*

Tragoriganum latifolium.

Marum Matth.fol.lat.pag.489.lib.3.cap. 42. & icon. 4.pag.441.

Tragoriganū alterū Cluſ.obſer.pag.263. & icon.pag. (493.

---

*IX.*

Tragoriganum anguſtifolium primum.

Tragoriganum primum Cluſ.hiſt. Hiſp. pag. 239.lib. 1.cap.64. ſine icone.

---

*X.*

Tragoriganum anguſtifolium ſecundum.

Tragoriganum ſecundum Cluſij hiſt. Hiſp. pag. 240. lib. 1.cap.64.

Tragoriganum flore albo Cluſij Lobelo obſeru.pag. 264.& icon. pag.494.

---

*XI.*

Tragoriganum anguſtifolium tertium.

Tragoriganum nothum Dalechampij Lugdun. pag. 889.lib.8. cap.6.

Rondeletius Libanotidis ſpeciem fecit.

---

## *MAIORANA.*

Dioſcorides lib. 3. cap. 49. Μάρον Marum vocauit à qua voce Maioranā deduci volunt. Plinius lib. 12. cap. 24. Maron proponit, Aegyptium prius quàm Lydium, maioribus folijs ac varijs.

*I.*

Maiorana vulgaris.

Maiorana ſatiua Trago pag. 33.lib. 1. cap.9.

Amaracus vulgatior ſiue Maiorana noſtras Lobel. obſeru.pag.265.& icon.pag.498.

---

*II.*

Maiorana ſylueſtris perennis.

Maio-

Maioranæ ſylueſtris Trago pag. 34. l. 1. cap. 9.

Amaracus ſylueſt. Sampſuchum ſylu. videtur origano cognata, Geſn. de hort. pag. 246.

Amaracus ſylueſtris perennis Cam. hort. pag. 13.

Hæc præcedenti maior eſt: & huic ſimilis maioribus tamen & mollioribus folijs in agris Bononienſibus monente Camerario in horto pag. 13.

---

*III.*

Maiorana nobilis.

Amaracus tenuifolia Matth. fol. lat. pag. 487. lib. 3. cap. 40. & icon. 4. pag. 439.

Amaracus tenuior Lob. obſ. pag. 265. & ic. pag. 498.

In hac Epimaiorana prouenit, vt peculiari figura expreſſit Tabernæmontanus, icon. pag. 340.

---

*IV.*

Maiorana Syriaca.

Marum Syriacum Lob. obſ. pag. 265. & icō. pag. 499.

---

*V.*

Maiorana maſtichen redolens, quæ forte σάμψυχον.

Sampſuchum Dioſc. lib. 3. cap. 47. & Theophr. 1. hiſt. 15. & 6. hiſt. 1. & 7.

Clinopodium quibuſdam Marum Dodon. fol. Gall. pag. 166. lib. 2. cap. 57.

Marum: an Helenium odorum Theophraſti Lobel. obſeru. pag. 265. & icon. pag. 499.

Ludit folijs modò lõgioribus, modò rotũdioribus, modò anguloſis hæderaceis, quemadmodum Lutetiæ in horto Robini hortulani Regij obſeruauimus.

---

*VI.*

Maiorana repens verticillata.

Marum ſupinum Lob. obſer. pag. 266. ſine icone.

Marum repens Lobel. icon. pag. 500.

---

DICTAM-

## *DICTAMNVS.*

ΔΙκτάμνου Dioſcorides lib. 3. cap. 37. meminit quod aliquibus γλήχων ἀγρία, Pulegium ſylueſtre dicitur. Videtur δικτάμνου vox, ἀπὸ τοῦ τίκτειν, eò quòd vt Dioſcorides ὀξυτόκον ἐστὶ; Nam non modò potum, ſed appoſitum quoq; defunctos partus eijcit. δίκταμον Theophr. 9. hiſt. 16.

Proponunt autem dictamnum Cretenſe, quòd Cretæ inſulæ proprium ſit: Dein ſubiungunt ψευδοδίκταμνον, quòd veri Dictamni ſpeciem mentiatur: Mox addit & alterum genus Dictamni quod è Creta deferatur floribus origani, quod Theophraſtus loco citato veluti æquiuocè ſic appellatũ ſcribit, nec enim ſpeciem nec vim habere eandem. Sic & Plinius lib. 25. cap. 8. has tres differentias propoſuit. Officinę etiam Dictamnum album habent, ſed huius non eſt generis.

*I.*

Dictamnus Creticus.

Dictamnus Brunfel. fol. pag. 158. tom. 3. Rhapſ. 74. ſine icone, & in 4. pag. 258. vbi officinarum Dictamnum album pingit.

Dictamnum Lobel. obſer. pag. 267. & icon. pag. 502.

---

*II.*

Pſeudodictamnus verticillatus inodorus.

Pſeudodictamnum Dodon. fol. Gall. pag. 188. lib. 2. cap. 75.

Pſeudodictamnum floribus verticillatis Lob. obſeru. pag. 267. & icon. pag. 502.

---

*III.*

Pſeudodictamnus alter odoratus.

Dictamni tertium genus, ſiue Dictamnum non Creticum Dodo. fol. Gall. pag. 188. lib. 2. cap. 75. ſine icone.

Pſeudodictamum Dodo. icon. pag. 295.

---

*OCI-*

## *OCIMVM.*

Ὤκιμον Dioſcoridi lib. 2. cap. 171. Theoph. 7. hiſt. 3. à celeritate prouenicndi Theophraſto, Varroni & Plinio lib. 19. & cap. 7. Recẽtioribus Grçcis βασιλικὸν, id eſt Regale, vnde Aëtio ὤκιμον βασιλικὸν dicitur. Recentiores plura agnouerunt genera quæ videntur potiſſimũ magnitudine & odore, qui in aliquibus caryophyllos, in alijs citrum redolet, differre: quamuis & in colore foliorum viridi, nigricãte, & florum candido vel purpuraſcente differentia ſit.

*I.*

Ocimum latifolium maculatum vel criſpum.

Ocimum latifolium Cæſalp. pag. 469. lib. 11. cap. 59.

Baſilicum Indicum vel potius Hiſpanicum Camer. hort. pag. 108.

Figuram nondum expreſſam vidimus.

---

*II.*

Ocimum garyophyllatum maximum.

Ocymus in viridarijs Alexandriæ Alpino pag. 52. b.

Ad altitudinem trium quatuórve cubitorum exurgit folijs noſtratis longioribus colore rubro ſuffuſis eximiè odoratis.

---

*III.*

Ocimum garyophyllatum maius.

Baſilica maior Trago pag. 31. lib. 1. cap. 8.

Ocimum maximum caryophyllatũ ac citratum Lob. obſeru. pag. 268. & icon. pag. 503.

Geſnerus citratum à garyophyllato diſtinguit.

Hoc, vt & reliquæ ſpecies, leuiter hirſutum eſt, quod in iconibus aliquibus omittitur, in aliquibus hirſutiùs pingitur: variat colore foliorum & florum, eſt enim albi, eſt & nigri coloris.

---

*IV.*

Ocimum vulgatius.

Baſilic.Brunfel.fol.pag.206.tom.1.Rhap.35.& in 4. pag.164.Ocimum.

Ocimum ſiue baſilicum medium vulgatius Lob. obſeru.pag.268.& icon.pag.503.

---

*V.*

Ocimum minimum.

Ocimum garyophyllatum Matth. fol.lat. pag. 377. lib.2.cap.135. Et Ocimum minus ſiue tertium icon.4. pag.284.

Ocimum minimum garyophyllatum Lobel. obſeru. pag.269.& icon.pag.504.

---

## *CLINOPODIVM.*

Κλινοπόδιον propoſuit Dioſcorides lib.3.cap.109. ſic dictum quòd flores habeat ὡς κλίνης ποσὶν ὅμοια, vt Plinius lib.24.cap.15. quòd orbiculato florũ ambitu ſpeciem pedum lecti præbeat, qui & alijs Ocymoides dici monet, quod ſanè Clinopodio quarto pulchrè conuenit; at primum quod proponimus videtur Dioſcor.lib.3.cap.50. ἄκινον ἢ ἄκονον appellaſſe.

*I.*

Ocimum ſylueſtre ſeu Clinopodium primum.

Baſilica tertia Trago pag.29.lib.1.cap.8.ſine icone.

Calamenti montani nomine deſcripſit in Latina editione Tragi Kyberus, additâ figurâ omni hirſutie carente pag.37.lib.1.cap.10.

Clinopodium vulgare Lob.obſer.pag.270.& ic.pag. (506.

Ratione ſoli variat folijs modò latioribus modò anguſtioribus: ſic tota planta modò erecta, modò repẽs, aliquando hirſutiſſima, aliquando penè læuis.

---

*II.*

Clinopodium alterum.

Aci-

Acinos Anglicum Cluſ.hiſt.Pann.pag.625.lib.3.cap. 54.ſine icone.

*III.*

Clinopodium tertium latifolium.

Clinopodium Auſtriacum Cluſij hiſt.Pann.pag.625. lib.3.cap.54.

Flore variat, qui purpureus intenſus ſeu violaceus, nonnunquam albus. In figura crenulæ omittuntur.

*IV.*

Clinopodium origano ſimile.

Origanum quartũ & minus Trago pag.36.li.1.c.10.

Clinopodium vulgare Matth. fol.lat. pag. 542.lib.3. cap.93.& icon.4.pag.502.Clinopodium.

Acinos & Betonica Pauli quorundam Lobel. obſer. pag.267.& icon.pag.504.

Hoc duplex, elatius maiore folio & alterũ humilius minore folio: flore eſt communiter purpuraſcente, reperitur & albo: folijs Teucrij modo inciſis, obtulit in monte Krentzachio M. Io. Cargillus Scotus Medicinæ candidatus.

*V.*

Acinus Columnæ.

Acinos, vrtichella olitoribus, quod vrticæ hirſutiem quodammodo referat, folijs Ocimi Mercurialis modo ſerratis odoratiſſimis, &c. Columnæ pag.23.

Huius plantam ſiccam D.Imperatus Neapoli nobis vnà cum alijs tranſmiſit.

*ERINVS.*

Erinus à Dioſcoride lib.4. cap.29. deſcribitur folijs Ocimi, ſed minoribus, &c. quid ſit ipſius vt & Matthioli ac Lugdunẽſis herbarij Erinus fatemur nos ignorare, in hanc tamen claſſem propter foliorum formam referre oportet.

*I.*

Erinus Matth.fol.lat.pag.639.lib.4.cap.27.& icon.4. pag 663.in editione Italica figuram omittit.

Baſilicum aquaticum Caſtori pag. 65. qui licet ipſe verba Matthioli habeat, proponit tamen figuram cuius folia inciſuris carent.

---

*II.*

Erinus Dalechampij Lugd. pag. 1086. lib. 9. cap. 71.

---

*III.*

Erinus Columnæ pag. 31. parte ſecunda; De hac inter Alſines.

---

# SECTIO QVINTA.

*MENTHA: MENTHASTRVM: CATAria ſiue Nepeta: Calamintha: Meliſſa: Molucca: Marrubium: Lamium: Vrtica: Sideritis: Betonica: Serratula: Scrophularia: Stachys.*

*MENTHA.*

MENTHA veteribus Græcis, autore Plinio lib. 19. cap. 8. μίνθη dicebatur, at odoris ſuauitas nomen apud Græcos mutauit & ἡδύοσμος ab ἡδὺς ſuauis & ὀσμὸς odor vocatur, qua voce vſus Dioſcor. lib. 3. cap. 41. Mentæ meminit Theophr. 6. hiſt. 7. Mentaſtri verò 7. hiſt. 7.

Genera duo fecit Dioſcorides ſatiuam & ſylueſtrem, quam Menthaſtrum Latinis dici interpretes ſecuti Plinium volunt. Subijcit Calaminthæ aliquot genera, de quibus poſtea. Galenus 6. ſimpli. duplicem habet Mentham odoratam, quæ Dioſcoridis ſatiua eſt, & alteram quam dicit non odoratam, quam Calaminthen vocitent. Recentiores plures differentias Menthæ & Menthaſtri agnoſcunt.

I. Men-

*I.*

Mentha hortenſis verticillata ocimi odore.

Mentha hortenſis quarta Fuch. fol. lat.pag. 291. cap. 110.& icon.8.pag.166.

Romana anguſtifolia ſiue cardiaca mētha Lob. obſ. pag.271.& icon.pag.508.

---

*II.*

Mentha criſpa verticillata.

Mentha Fuch.fol.lat.pag.288.cap.110.& icon.8.pag. 163.Mentha ſatiua prima.

Cruciata mentha Lob. icon. pag. 507. quo ad titulum qui tranſpoſitus.

Mentha vulgata ſerpens rotundiore folio pulegij flore coronato Lobel.obſ.pag.271.

---

*III.*

Mentha rotundifolia criſpa ſpicata prima.

Mentha ſatiua ſeu Criſpa Trago pag.19.lib.1.cap.5.

Mentha rotūdifolia altera flore ſpicato,ſiue cruciata mentha Lob.obſ.pag.271.

Menthæ vulgatæ nomen ipſi plātæ impoſitum quod ſequentis figuræ eſt,apud Lobel.in iconib.pag.506.

---

*IV.*

Mentha rotundifolia criſpa ſpicata ſecunda.

Siſymbrium hortenſe Matth. fol. lat. pag. 353. lib. 2. cap.121.& icon.4.pag.241.

Siſymbria mentha agreſtis Lob. obſ.pa.272.& icon. pag.508.

---

*V.*

Mentha anguſtifolia ſpicata.

Mentha ſecunda Brunfel.in 4.pag.200.ſine icone.

Mentha ſatiua tertia Fuchſ. icon.8. pag. 156. Eidem hortenſis tertia fol.lat.pag.290.cap.110.

Mentha Romana officinarum ſiue præſtantior anguſtifolia Lob.obſ.pag.271.& icon.pag.507.

Hanc anguſtiſſimo longiſſimoq; folio in horto Mõtembelgardiaco vidimus.

---

*VI.*

Mentha græca Corymbifera.

Aliſma Trago pag.163.lib.1.cap.53.

Coſtus hortorum Lobel. obſeru. pag. 174. & icon. pag. 322.

Sunt qui Melilotum Dioſcoridis, Plinij & Auicennæ eſſe velint; alij Lepidium Dioſcoridis cenſent.

Huius ſylueſtrem ſpeciem in ſylua Martiana prouenire teſtatur Camerarius hort.pag.49.

---

*VII.*

Mentha ſylueſtris rotundiore folio.

Menthaſtrum Cordo in Dioſc.pag.526.lib.3.cap.42.

---

*IIX.*

Mentha ſylueſtris longiore folio.

Mentaſtrum vel Mentha agreſtis altera Trago pag. 20.lib.1.cap.5.

Mentaſtrum Lob.obſ.pag.273.& icon.pag.509.

Variat folijs longioribus & nigrioribus, minusque incanis.

---

*IX.*

Mentha ſylueſtris ſpicata folijs parte media candidis.

Menthaſtrum niueum Anglicum Lob.obſ. pag.273. & icon.pag.510.

---

*X.*

Mentha tuberoſa radice.

Menthaſtrum ſecundum Cluſij hiſt.Pann.pag.585.& 587.lib.3.cap.43.

Variat radix magnitudine.

---

*XI.* Men-

*XI.*

Mentha rotũdifolia paluſtris. Videtur *σισύμβριον* Dioſcoridis lib.2.cap.155.

Mentha rubra Brunfel.in 4.pag. 200. ſine icone. Eidem Mentha fol.pag.80.Tom.2.Rhap.21.

Siſymbrium ſylueſtre Matth. fol.lat. pag. 353. lib. 2. cap.121.& icon.4.pag.242.

Aquatica ſiue Siſymbria mentha rubro folio & flore nigræ menthæ Lobel.obſer. pag.272.& icon. pag. 509.

Variat folijs aliquando maioribus aliquando minoribus; aliquando etiam tota rubet: habetur magis minusq́ue hirſuta.

---

*XII.*

Mentha paluſtris oblongiore folio.

Mentaſtrifolia aquatica hirſuta Lob.obſ.pag.273.

Calamintha tertia Dioſcoridis, Eidem icon.pag.510.

---

*XIII.*

Mentha montana verticillata.

Menthaſtrum primum & montanum Cluſ. hiſt. Pann. pag.585.& 586.lib.3.cap.43.

---

*XIV.*

Mentha cataria, quod eâ feles delectentur.

Nepeta vulgaris meliſſę ſpecies Trago pag.15. lib. 1. cap.4.

Calaminthæ genus Fuchſ. icon. 8. pag. 244. & Calaminthæ primum genus fol.lat. pag.434.cap.164.

Cataria ſiue mentha catti Lob.icon. pa.511. & Mentha cattaria obſ.pag.276.

Sunt qui Calamintham tertiam Dioſc. lib. 3. cap. 43. eſſe velint: alij nepetam veterum: alij meliſſæ ſpeciẽ: alij inter Calaminthám & meliſſam mediam volunt.

---

*XV.*

Mentha cataria minor.

Cattaria

Cattaria minor Hiſpanico ſemine nata Cluſ. hiſtor. Pann.pag.588.lib.3.cap.45.ſine icone.

---

*XVI.*

Mentha cataria latifolia.

Mentha cataria peregrina latifolia Lobel. obſer. pag. 276. & Peregrina cataria latifolia. Eidem icon.pag.511.

---

*XVII.*

Mentha cataria anguſtifolia.

Mentha cataria peregrina anguſtifolia Lob. obſ.pag. 276. & Peregrina cataria anguſtifolia. Eidem icon. pag.512.

---

## *CALAMINTHA.*

Καλαμίνθη quaſi bona & vtilis mentha, nidore enim ſuo ſerpentes fugare teſtatur Ariſtophanes, & quidem vt habet Dioſc. accenſa aut ſubſtrata.

Genera tria fecit Dioſcorides lib. 3. cap.43. primam folijs Ocimi montibus familiarem: alteram pulegio ſimilem, ſed maiorem quàm nepetam Latini vocitēt: tertiam menthæ ſylueſtri cognatam.

*I.*

Calamintha Ocimi ſylueſtris folijs non crenatis.

Calamintha ſecunda incana Lobel. obſ. pag. 275. & icon.pag.514.

---

*II.*

Calamintha minor.

Calamintha Cretica Camer.hort.pag.33.

An Calaminthæ ſecundæ incanæ alia ſpecies Lobel. obſ.pag.275. ſine icone.

---

*III.*

Calamintha pulegij odore, fortè Dioſcoridis ſecunda.

Cala-

Calamintha montana Matth. fol. lat. pag. 482. lib. 3. cap. 36. & icon. 4. pag. 430.

Calamintha altera odore graui pulegij folijs maculoſis Lob. obſ. pag. 275. & icon. pag. 513.

---

*IV.*

Calamintha vulgaris offic.

Calamintha Matth. fol. lat. pag. 481. lib. 3. cap. 36. & icon. pag. 429.

Calamintha mõtana vulgaris Lob. obſ. pa. 274. & ic. (pag. 513.

Flore rubro etiam reperitur: communiter enim ex cæruleo purpuraſcit.

---

*V.*

Calamintha magno flore: an prima Dioſcoridis?

Calamintha montana pręſtantior Lob. obſ. pag. 274. & icon. pag. 512.

---

*VI.*

Calamintha aruenſis verticillata hirſuta.

Mentaſtrum Brunfel. in 4. pag. 200. ſine icone.

Nepeta agreſtis vel quarta Trago pag. 16. lib. 1. cap. 4.

Calamintha aquatica Belgarum Lob. obſ. pag. 270. & icon. pag. 505.

Sunt qui πολύκνημον, id eſt multis geniculis donatam apud Dioſc. lib. 3. cap. 108. eſſe velint.

---

*VII.*

Polycnemum Dalechampij Lugd. pag. 932. li. 8. c. 28.

Hæc nobis ignota, huc tamen propter nominis maximè ſimilitudinem retulimus.

---

## *MELISSA.*

Μελισσόφυλλον & μελίτταινα, id eſt Apiaſtrũ quòd eâ delectentur αἱ μέλιτται apes, Dioſcoridi li. 3. c. 118. Plinio lib. 21. cap. 20. Melittis & Meliſſophyllum Latinis Meliſſa ab apibus quæ etiam μελίσσαι dicuntur.

*I.*

Meliſſa hortenſis.

Meliſſa Brunfel.fol.pag.61.Tom.3.Rhap.19.

Meliſſophyllum eidem in 4.pag.202.

Apiaſtrum ſiue Meliſſophyllon Lob.obſ. pag. 277.& Apiaſtrum,citrago eidem icon.pag.514.

Hæc etiam in montibus aliquando reperitur, & videtur Meliſſophylli ſylu. genus Matthioli Geſn. hort. pag. 267.b.dici.

---

*II.*

Meliſſa peregrina,Turcica dicta.

Meliſſa vel cedronella, id eſt Citrago Turcica Geſn. hort.pag.267.b.

Meliſſa Moldauica, eò quòd ex Moldauia primùm ſit allata Matth.fol.lat.pag. 550.lib.3.cap. 101. & icon.4. pag.515.

Melyſſophyllum Turcicum Aduerſ. pag.220.& Lob. icon.pag.515.

Variat magnitudine & paruitate,& duabus diſtinctis figuris Lugdunenſis pag. 960. lib. 8. cap. 37. maiorem Meliſſæ Moldauicæ Matthioli: & minorem meliſſæ turcicæ alterius Dalech. nomine expreſſit; Colore item floris qui cæruleus,purpur o cæruleus & albus.

---

*III.*

Meliſſa Moldauica odorata, à Mollucis Orientis Inſulis.

Meliſſa Conſtantinopolitana Matth.fol.lat.pag. 550. lib.3.cap.101.&icon.4.pag.514.

Cardiaca medica Lob.obſ. pag.278. & Molucca Syriaca minus aſpera icon.pag.516.

Alteram læuem,alteram aculeatam dicit Matthiolus: aculeis carentem nullam vidimus.

---

*IV.* Me-

*IV.*

Meliſſa Moluccana fœtida.

Molucca aſpera Aduerſ.pag.221..

Melica ſiue Moluca aſperior Syriaca Lob. ic.pa.517.

Alyſſo Galeni congenerem aliqui volunt.

---

## *MARRVBIVM.*

Πράσιον Dioſcorides lib. 3. cap.119. vocauit, quod Marrubium album vocāt: at quod nigrum nominant ipſi βαλλωτὴ ἢ μέλαν πράσιον lib. 3. cap. 117. dicitur. Theophraſtus 6.hiſt.1.& 2. Marrubij duo proponit genera, aliud folio herbido inciſuris profundioribus quo vnguentarij vtantur, alterum rotundius ſquallens inciſuras habens obſcuriores, vbi videtur ipſum Praſium innuere. Plinius lib.20. ca.22. ex Caſtore duo tradit genera, nigrum & quod magis probat candidum.

*I.*

Marrubiū Cardiaca dictum, fortè primum Theophr.

Marrubium mas Brunfel.fol.pag. 158. Tom.1.Rhap. 25.&4.pag.108. (li.1.c.87.

Cardiaca & Sideritis prima Dodo.fol.Gall.pag. 100.

Cardiaca Lob.obſ.pag.278.& icon.pag.516.

Quidam Alyſſon Galeni & Aëtij eſſe volunt.

---

*II.*

Marrubium paluſtre.

Marrubium aquaticū & quartū Trago pag.9.li.1.c.2.

Sideritis prima Heraclea Matth.fol.lat.pag.642.lib. 4.cap.31.& Sideritis in icon.4.pag.669.

Marrubium aquaticum vulgi Lob. obſ.pag. 283.& icon.pag.524.

Accedit ad Dioſcoridis lib.4.ca. 60. περιστερεῶνα, id eſt Verbenacā: nomen ex eo duxiſſe videtur quòd αἱ περιστεραὶ columbæ circa hanc perquàm libenter verſari ſoleant. Apud Plinium libr. 25. capit. 9. Verbena mas:

Non deſunt qui Sideritidem velint: alij Rhoſtoram Gallicam Plinij, lib. 24. cap. 19. faciunt. Videtur tamen Plinius Vlmariam quam Barbam capræ floribus compactis ſuperius vocauimus intelligere.

*III.*

Marrubium album vulgare, Praſion Dioſcoridis.

Marrubium fœmina Brunfel. fol. pag. 159. Tom. 1. Rhap. 25. & 4. pag. 108.

Marrubium album Lob. obſ. pag. 278. & icō. pa. 517.

*IV.*

Marrubium album latifolium peregrinum.

Marrubium cādidum alterum Hiſpanicum Lob. obſ. pag. 278. & icon. pag. 518.

*V.*

Marrubium album anguſtifolium peregrinum.

Marrubium Creticum anguſtiore folio, odore gratiore Aduerſ. pag. 222. & Lob. icon. pag. 519.

*VI.*

Marrubium nigrum fœtidum. Ballotte Dioſc.

Marrubium maius vel primum Trago pag. 8. lib. 1. cap. 2. figura non placet.

Balotte ſiue Marrubium nigrum Lobel. obſeru. pag. 279. & icon. pag. 518.

Habetur alterum folijs maioribus, alterū minoribus.

*VII.*

Marrubium nigrum rotundifolium peregrinum.

Ocymaſtrū Valentinū Cluſ. hiſt. Hiſp. pa. 392. l. 2. c. 53.

Marrubium Hiſpanicum odore Stœchados Lob. obſ. pag. 279. & icon. pag. 519.

*IIX.*

Marrubium nigrum longifolium peregrinum.

Herba venti Monſpelienſium Geſn. hort. pag. 261. b.

Herba

Herba venti Lobel.obſer.pag.286. & icon. pag.532.

Sunt qui Sideritidem, qui Verbaſcum ſylu. qui Othonnam faciant.

---

*LAMIVM ſeu VRTICA mortua.*

LAmium quod vocauit Plinius lib. 21. cap. 15. Dioſcoridi lib.4. cap.95. Γαλίοψις & γαλεόβδολον dicitur frutex in totum vrticæ ſimilis. Plinio lib. 27. cap.9. Galeopſis aut Galeobdolon vrtica dicitur iners & mortua quod folijs non ſit mordentibus.

*I.*

Lamium purpureum folio ſubrotundo.

Vrtica labeo mas Brunfel. fol.pag.153. tom.1. Rhap. 24: & in 4. pag.128.

Galiopſis ſiue Vrtica non mordax Lob.obſ.pag.280.

Vrtica non mordax vulgaris fœtens purpurea Lob. icon.pag.520.

Hoc flore communiſſimè purpureo & vt plurimum reptile eſt, datur tamen & albo & luteo.

---

*II.*

Lamium folio oblongo: hoc non ſolùm à priore differt ratione formę foliorum, ſed etiam odore, illa nanque fœtet, hæc verò non: Eſt etiam nō ſolùm flore purpureo, ſed etiam albo quod dicitur

Vrtica labeo fœmina Brunfel. fol. pag. 152. tom. 1. Rhapſ.24.& in 4. pag.128. Lamium ſiue Archangelica (ab eximijs viribus) flore albo Lobel. obſer. pag. 280.& icon.pag.520.

Datur & luteo flore, quod Lamij lutei nomine Lobelius icon.pag.521. pinxit.

---

*III.*

Lamium maculatum.

Milzatella vulgo dicta (id eſt Lienaria, quia lienoſis egregiè opituletur) Lamium Plinij, Leucas Dioſcoridis

fortè Cæſalp. pag. 449. lib. 11. cap. 31.

Vrtica fatua λευκόπικτος Thal. in ſua Harcyn. pag. 132.

Hoc aliquando notas aſperſas habet, aliquando per mediū foliū linea alba fertur, ſic alia hirſutiori alia non.

---

*IV.*

Lamium folio hederæ terreſtris.

Lamium tertium & Lamium peregrinum Cluſ. hiſt. Pann. pag. 597. lib. 3. cap. 46.

---

*V.*

Lamium minus folio caulem ambiente.

Morſus Gallinę folio hederulę alter Lob. ic. pag. 463.

Ballotte criſpa Lugdun. pag. 1253. lib. 11. cap. 21.

---

*VI.*

Lamium maximum ſyluaticum primum.

Heraclea & Vrtica vndecima Trago pag. 5. lib. 1. c. 1.

Huius ſimile aliud Lamium incanum folijs non ita amplis inferiùs incanis & lanuginoſis.

---

*VII.*

Lamium maximum ſyluaticum ſecundum.

Galiopſis maxima Pannonica Cluſ. hiſt. Pan. pag. 591. lib. 3. cap. 45.

Cum priori multum ſimilitudinis habet, diuerſa tamen eſt.

---

*IIX.*

Lamium montanum meliſſæ folio.

Meliſſa Trago quoad iconem pag. 12. lib. 1. cap. 3.

Meliſſophyllum verum Fuchſ. fol. lat. pag. 498. cap. 189. & icon. 8. pag. 283.

Meliſſe Fuchſij Lobel. icon. pag. 515. & Meliſſophyllon Fuchſij eidem obſer. pag. 277.

Hoc Lamium Plinij aliqui eſſe volunt.

Floribus communiter eſt pallidè purpuraſcentibus, reperitur & albis, eſt & anguſtiore folio.

*IX.* La-

*IX.*

Lamium vrticæ folio.

Lamium Pannonicum ſecundum, Cluſ. hiſt. Pann. pag. 595. lib. 3. cap. 46.

## *VRTICA.*

VRtica ab vrendo dicta, quod pruritum & puſtulas igni ſimilis excitet. Dioſcoridi lib. 4. cap. 94. ἀκαλήφη. & Theophr. 7. hiſt. 7. quam ſic dictam volunt παρὰ τὸ μὴ ἔχειν καλὴν ἀφὴν, quòd iniucundo ſit tactu, & pruriginem cieat, Athenæo. Dicitur & κνίδη à κνίζειν, quòd pungat & ſuo morſu ſenſum laceſſat.

Genera duo fecit Dioſcorides; Plinius lib. 21. ca. 15. vrticæ plures dicit differẽtias, ſylueſtrem fœminam mitiorem, & in ſylueſtri quæ dicitur Cania acrior: quæ verò odorem fundit, Herculanea vocatur: quæ innoxia morſu carens lamium vocatur.

Diſtinguimus in pungentes, & non pungentes; Pungentes in maiorem & minorem: Non pungentes in fœtidas & non fœtidas, & has in maculatas & non maculatas: verùm non pungentes variant floris colore purpureo, albo, luteo.

*I.*

Vrtica vrens maxima quæ ſecunda Dioſcoridis.

Vrtica maior Brunfel. fol. pag. 151. tom. 1. Rhapſ. 24. & in 4. pag. 129.

Vrtica ſylueſtris aſperior Lob. obſ. pag. 281. & icon. (pag. 521.

Aliquando caulis & radix parùm rubent, idcirco Tabern. in iconibus duas propoſuit figuras, alteram vrticã maiorem pag. 534. alteram rubram pag. 535. nominat.

*II.*

Vrtica vrens altera.

Vrtica vulgaris vrens altera Trago pag. 2. lib. 1. cap. 1.

Vrtica oligophyllos (à foliorum paucitate) Lugdun. pag. 1244. lib. 11. cap. 15.

*III.* Vrti-

*III.*

Vrtica vrens minor, Cania fortè Plinij.

Vrtica minor Brunfel. fol. pag. 154. tom. 1. Rhap. 24. & in 4. pag. 129.

Vrtica minor acrior Lobel. obſeru. pag. 282. & icon. pag. 522.

---

*IV.*

Vrtica pilulas rotundas ferens: prima Dioſcoridis.

Vrtica Romana vel quarta Trago pag. 3. lib. 1. cap. 1.

Vrtica Romana Lob. obſeru. pag. 281: & ic. pag. 521.

---

*V.*

Vrtica fatua aculeata folijs ſerratis.

Cannabis ſylueſtris (propter formam ſeminis) Trago pag. 351. lib. 1. cap. 115. ſine icone.

Cannabis ſylueſtris ſpuria altera, Lamium quorundam Lobel. icon. pag. 527.

Floribus eſt purpureis: eſt & candidis.

---

*VI.*

Vrtica fatua aculeata folijs non ſerratis.

An hæc Sideritis altera Matth. fol. lat. pag. 642. lib. 4. cap. 31. & icon. 4. pag. 670. ſit potiùs quàm ſideritis noſtra ſexta?

Cannabis ſpuria facie vrticæ Lobel. icon. pag. 527.

---

## *SIDERITIS.*

Σιδηρῖτις ἀπὸ σιδήρου ferro, ob vim vulnera glutinãtem, apud Dioſcoridem lib. 4. cap. 33. triplex eſt. Prima aliquibus Heraclea vocata folijs marrubij: altera folio filicis: tertia folijs Coriandro ſimilibus. Plinius lib. 25. cap. 5. ſub Achillea recenſuit, ſex conſtituens, Prima eſt Dioſcoridis Achillea: Secunda eſt Myriophyllum Dioſcoridis: tertia Sideritis eſt, Heraclea prima Dioſcor. Quarta & Quinta Sideritis heraclea Crateuæ, & tertia Dioſcoridis, Sexta eſt Sideritis ſecunda Dioſcoridis.

*I.* Sideri-

*I.*

Sideritis Alyſſon.

Alyſſon Galeni Cluſio hiſt. Hiſp. pag. 387. lib. 2. c. 51.

Alyſſon Galeni, Cluſij, & Herbariorum Lobel. obſer. pag. 283. & icon. pag. 524.

Galenus 2. de Antidotis ἄλυσσον deſcribit: at rationẽ nominis & facultates 6. ſimpl. refert, ſic nuncupatam quòd mirificè iuuet demorſos à cane rabido: Et Plinius lib. 24. cap. 11. hãc rationem nominis aſſignat, ſed longè ab hac diuerſa eſt.

---

*II.*

Sideritis vulgaris hirſuta.

Sideritis prima Fuchſ. fol. lat. pag. 769. cap. 294: & icon. pag. 446.

Sideritis ſiue ferruminatrix & Sideritis herculea Dioſcor. Aduerſ. pag. 224. & Lobel. icon. pag. 523.

---

*III.*

Sideritis hirſuta altera.

Sideritis Heraclea Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 390. lib. 2. c. 52.

Tetrahit Herbariorum Lob. obſer. pag. 282: & icon. pag. 523.

Differt à priore quòd illa altior: hæc caules habeat procumbentes, magiſq; hirſutie candicet.

---

*IV.*

Sideritis hirſuta pannonica.

Sideritis pannonica tertia Cluſ. hiſt. Pann. pag. 601. lib. 3. cap. 48.

---

*V.*

Sideritis hirſuta Monſpeliaca.

Sideritis Monſpeliaca Scordioides floribus luteis Aduerſ. pag. 225. & Lobel. icon. pag. 525.

---

*VI.*

Sideritis aruenſis glabra flore pallido.

An Sideritis altera Matth.fol.lat. pag.642. lib. 4. cap. 31: &icon.4. pag. 670.

Alyſſum maius Tabern.fol. pag.243.lib.2.ſect.5.c.5. &icon.pag.541.

*VII.*

Sideritis aruenſis anguſtifolia rubra.

Pſeudoclinopodium Matth.fol.lat.pag. 542. lib.3. cap.93.& Clinopodium alterum in iconib. 4. pag.503.

Ladanum ſegetum Plinij, Tetrahit anguſtifoliũ alijs Lugdun.pag.443.lib.4.cap.37. Plinius lib.26.cap.8. inquit: Ladano ſiſtitur aluus, vtroque quod in ſegetibus naſcitur, contuſo & cribrato. Dum duplex dicit, interpretantur album & rubrum.

*IIX.*

Sideritis aruenſis oblongo luteo flore.

Cannabis ſylueſtris ſpuria tertia Lob.icon. pag. 528.

Alyſſum aruenſe album Taber. pag.243. lib.2. ſect.5. cap.5.&icon.pag.542.

Reperitur albo luteoq; flore.

*IX.*

Sideritis montana.

Sideritis montana Aduerſ. pag. 225. & Lob. ic.pag. (525.

*X.*

Sideritis querno folio.

Sideritis querno folio Dalech. Lugd. pag. 1121. lib. 10.cap. 11.

Nondum vidimus.

## *EVPHRASIA.*

EVphraſiam, ſunt qui velint olim εὐφροσύνην dictam, eò quòd oculos, eorum caliginem diſcutiẽdo, delectet: Hinc nonnullis Ophthalmica & Ocularia. Apud veteres nil de hac inuenitur, cùm ea à ducentis tantùm annis

annis vel paulò plus innotuerit: Videtur hæc vox à bugloſſo mutuata: quemadmodum enim Bugloſſa in vinum coniecta, animi lætitiam facit, ſic & illa oculos iuuat, quare vtriq; tribuitur εὐφροσύνη appellatio. Hæc autem vox vni tantùm debetur: quas autem ſubiunximus, ſimilitudinis cauſa fecimus.

*I.*

Euphraſia officinarum.
Eufragia alba Brunfel. in 4. pag. 21.
Euphraſia ſiue Euphroſine, Ocularis Lob. icon. pag. 496. & obſer. pag. 261. Euphraſia.

Variat, quòd altera ſit maior & ramoſior: altera omnia minora habet; variat & floris colore, cõmuniter ex luteo albicat, aliquãdo elegãter ex cęruleo purpuraſcit.

---

*II.*

Euphraſia pratenſis rubra.
Eufraſia altera Dodo. fol. Gall. pag. 31. lib. 1. c. 27. ſine (icone.
Sideritis pratenſis rubra Lugd. pag. 1121. li. 10. c. 11.
Euphraſia ſecunda Dodonæi Lobel. obſer. pag. 261. & icon. pag. 496.

---

*III.*

Euphraſia pratenſis lutea.
Ericoides luteum Thalyo Harcyn. pag. 39.
Sideritis pratẽſis lutea Lugd. pag. 1121. lib. 10. c. 11.

---

## *MELAMPYRVM.*

Μελάμπυρον, id eſt, Triticum nigrum Galeni lib. 1. aliment. vlt. cenſetur quod ex tritici mutatione generatur, ſic & Theophraſti 8. hiſt. 5. & 8. Stelephuros Plinij lib. 21. cap. 17. quibuſdam: Alijs eiuſdem Alopecuros lib. 21. cap. 17. ſed malè. Aëram Plinij lib. 18. cap. 17. eſſe credimus, quamuis hoc nomen etiam Lolio tribuatur. Sed hæc de noſtro primo & ſecundo Melampyro intelligere oportet.

*I.*

Melampyrum purpuraſcente coma.

Trifolium maius Brunfelſo fol.pag.47.tom.1.Rhap. 14.& tom.2.pag.59.Rhap.16. Braunfleiſchblum/id eſt, Trifolium purpureum,& in 4.pag.174.

Melampyrum, Triticum vaccinum Tragi, Cordi, & Dodonæi. Lobel.obſer.pag.23.& icon.pag.37.

Variat floris colore, flos enim infernè candidus, ſupernè luteus: ſic ex albo viridiq; mixtis: item floribus luteis,in ſummo albicantibus: ſic infernè puniceus, ſupernè luteus folijs minoribus: & tandem flos infernè ſuperneq; puniceus,medio cãdicans, folijsq; laciniatis.

---

*II.*

Melampyrum cærulea coma.

Parietaria Lipſenſium Trago pag.193.lib.1.cap.63. ſine icone.

Parietaria ſylueſtris prima Cluſ.hiſt.Pann.pag.604. lib.3.cap.49.

Variat colore comæ, modò coloris violacei, modò purpurei,nũc dilutioris, nũc ſaturatioris, modò cãdidi.

---

*III.*

Melampyrum luteum latifolium.

Melampyrum alterum neotericorũ Aduerſ.pag.11.

Cratæogonum Lobel.obſer.pag.22. & icon.pag.37.

Dioſcorides lib.3.cap.139.Κραταιόγονον deſcribit folijs Melampyro ſimilibus,&c. & ſanè nulli magis quã huic notæ à Dioſc.Crateogono tributæ conueniunt. Plinius lib.27.cap.8. Cratæogonon proponit duplex,alterum ad imitationẽ Dioſcoridis,alterum fortè Perſicaria erit.

---

*IV.*

Melampyrum luteum anguſtifolium.

Ramis eſt pluribus matrem ſuperantibus, folijs oblongis illius duplo triplóve anguſtioribus, ex quorum

geni-

geniculis ſeu alis foliola alia longè minora, quina ſenáve plerunq; prodeunt. Spicam habet oblōgam hiſpidam ex pinnatis folijs compoſitam: in foliaceis ſiliquis ſemen oblongum & nigrum, in reliquis cum priore cōuenit: in monte noſtro Muteto & alibi in ſyluis montoſis prouenit. Linopyrum fortè dici poſſet. Multum huic conuenit Melampyrum ſextum Thalyi in ſua Harcyn. pag. 79. & Criſta prima Cæſalp. pag. 340. lib. 8. cap. 35.

*V.*

Melampyrum luteum minimum.

Perpuſillum melampyrum luteum Aduerſ. pag. 11. & Lob. icon. pag. 37.

Hoc Monſpelio à Iohan. Henrico Cherlero accepimus.

## *BETONICA.*

Κέστρον à varietate & copia remediorum, & ψυχότροφον quoniā frigidis locis inueniat̃, Latinis βετονική Dioſcoridi lib. 4. cap. 1. Vettonica, quæ dicitur in Gallia in Italia Serratula, à Græcis Ceſtron aut Pſychotrophon Plinio lib. 25. cap. 8.

Betonica purpurea.

Betonica Brunfel. fol. pag. 88. Tom. 1. Rhap. 12. & in 4. pag. 14. Lobel. obſ. pag. 286. & icon. pag. 532.

Hæc duûm eſt generum, altera breuiore ſpica, altera longiore & molliore ſerius flauente altiusq; excreſcit, licet eodem loco vtraque proueniat.

Floribus candidis etiam reperitur: hinc duæ figuræ apud Tabern. icon. pag. 543.

## *SERRATVLA.*

Serratula à folijs minutim ſerratis.

Tinctorius flos ſecundus Trago pag. 154. lib. 1. cap. 49. ſine icone.

Serratula Lobel. obſeru. pag. 288. & icon. pag. 534.

Huius in folijs notantur differentiæ quatuor: prima folijs ad radicem integris, reliquis profundè inciſis, hāc Serratulam tinctoriam ſecundam vocat & pingit Tabern.icon.pag. 157. altera folijs omnibus ſerratis inciſura carentibus hæc ſerratula tinctoria prima eſt, Taber. icon. pag. 156. tertia folia habet vtrinque ſimiliter diuiſa, vt aliquantulum ſerratula tertia Tabern. pag. 157. exprimit: quarta primum folium habet integrum ad radicem, reliqua omnia diſſecta.

## *SCROPHVLARIA.*

SCrophularia dicitur à radice nodoſa, & ab effectu, quòd ad Grumas vulgo Scrofulas dictas prodeſſe credatur.

*I.*

Scrophularia nodoſa fœtida.

Scrophularia maior Brunfel. fol. pag. 213. Tom. 1. Rhap. 57.

Ocimaſtrum minus Trago pag. 184. lib. 1. cap. 60.

Scrophularia maior Lobel. obſeru. pag. 289. & icon. pag. 533.

Sunt qui Galiopſin: alij qui Clymenum velint.

*II.*

Scrophularia paluſtris non fœtida.

Scrophularia fœmina Camer. apud Matth. in 4. pag. 867.

In noſtris paluſtribus prouenit, ſed non fœtet.

*III.*

Scrophularia aquatica folio Betonicæ.

Ocymaſtrum maius Trago pag. 184. lib. 1. cap. 60.

Betonica aquatica Septentrionalium Lob. obſ. pag. 288. & icon. pag. 533.

*IV.*

Scrophularia flore rubro.

Scro-

Scrophularia peregrina Camer.hort.icon.nu.43.

Hanc Doctor Doldius ex horto D. Camerarij tranſmiſit.

*V.*

Scrophularia flore luteo.

Hanc nondum pictam nec deſcriptam ſcimus, quam cum priore accepimus: hæc caule eſt quadrangulari ſubrubente leuiter hirſuto vacuo: folijs virentibus, tactu molliſſimis latis ſubrotundis per margines crenatis longiſſimis pediculis donatis, quorum quædam duplo quàm in vulgari latiora: ad quēlibet geniculum ab imo ferè ad ſummum pediculi oblongi, nudi, ex foliorum pediculis prodeunt, qui copioſum florem quaſi conglobatum colore luteum, forma vt in vulgari ſuſtinent, quibus ſuccedunt capitula ſubrotunda quàm in vulgari maiora, acuminata, cuius acumini filamentum inſtar Capreoli inſidet, quibus ſemen nigrum ſatis magnum includitur: Radix fibroſa Scrofulis carens vt & ſuperior.

*VI.*

Scrophularia Indica. Huius ſolùm capitula aliquot iuncta, ſed quadruplo quàm in alijs maiora, apud fratrem Ioh. Bauhinum vidimus.

## *STACHYS.*

Στάχυν Marrubio ſimilem dixit Dioſcorides lib. 3. cap. 120. Stachys, id eſt, ſpica.

*I.*

Stachys maior Germanica.

Marrubiū agreſte vel tertium Trago pag. 9. lib. 1. ca. 2.

Stachys Dioſcoridis Lobel. obſeru. pag. 285. & icon. pag. 530.

Floribus purpuraſcentibus eſt, & albis.

*II.* Sta-

*II.*

Stachys minor Italica.

Stachys Matth.fol.lat.pag.552.lib.3.ca.103.& icon. 4.pag.516.

Stachys ſpuria Flandrorum Lob.obſ.pag.286.

Stachys lychnitis Eidem icon.pag.531.

Sunt qui ad Saluias ſylueſtres referant.

---

*III.*

Stachys Luſitanica.

Stachys Luſitanica quorūdam Lobel. obſ. pag.286. & icon.pag.531.

Nondum vidimus.

---

*IV.*

Stachys Cretica.

Caule eſt quadrato,ſtriato,villoſo: folijs binis ſibi inuicem oppoſitis, craſſis, rugoſis, ſubrotundis, ambitu ſerratis,infernè ex lanugine albicantibus,ſupernè ex nigro virentibus leuiter hirſutis:floribus in verticillis Stachydis forma pallidis:quibus ſuccedunt vtriculi ſemina continentes.odoris eſt non ingrati. Hæc in Creta collecta à Cl. Honorio Beli Vincentino, Cretenſi multis annis medico,(quam Creticas plantas deſcribere intelleximus)& Scorodonia Cretica ab ipſo nominata.

---

*V.*

Stachys paluſtris fœtida.

Clymenum minus Lugdunen. pagin. 1357.libr.11. cap.82.

Tertiola, quia tertianas ſanet, Cæſalp. pag. 451.lib. 11.cap.34.

---

# SECTIO SEXTA.

*SALVIA: HORMINVM: VERBASCVM: Blattaria: Aethiopis: Verbaſculum ſeu Primula veris. Sanicula alpina ſeu Auricula Vrſi: Pinguicula: Digitalis.*

*SALVIA.*

SALVIA quod ad multa præſertim ad fœcunditatem ſalutaris ſit, Hanc namque ſæpe vſurpantes ſteriles, grauidæ redduntur, quare Agrippa ſacram herbam vocauit, vt autor eſt Aëtius. Dioſcoridi lib. 3. cap. 40. Ἐλελίσφακον (quaſi in tabem redacta, cùm herba ipſa ſemper retorrida & exſucca videatur) & Ἐλαφόβοσκον & σφάγνον dicitur. Plin. lib. 26. cap. 6. Saluię meminit, ſed an de hac loquatur, an verò de Sphacelo Theophraſti vel hormino vulgari, vel Aethiopide vel Stachy ambigitur.

Vnius meminit Dioſcorides, quæ maior vulgaris eſt: At Theophraſtus 6. hiſt. 1. Saluiæ inquit, plura ſunt genera, duo tamen agnouiſſe videtur, dum ſubiungit: Sed Sphacelus & Saluia inter ſe diſtant, quaſi alterum vrbanum, alterũ genus ſylueſtre dixerit. Recentioribus plures ſunt differentiæ, de quibus ordine.

*I.*

Saluia maior.

Saluia latifolia Brunfel. in 4. pag. 280. ſine icone; Figura enim adpoſita, eſt Eupatorij cannabini.

Saluia maior Lobel. obſer. pag. 299. & Saluia maior ſcabrior Dioſcoridis Lobel. icon. pag. 554.

Floribus eſt cæruleis, reperitur & candidis: huius etiã ſpecies folijs non nullis vel totis vel ex parte albidis.

Aliqui Sphacelum Theophraſti cẽſent: aliqui Lentis ſylueſtris alterũ gen⁹, folijs cotonei mali, ſed minorib⁹.

---

*II.*

Saluia nigra.

Saluia maior cuius foliorum pediculi ac nerui, & recens enata folia rubent Dodon.fol.lat.pag.289.pempt. 2.lib.4.cap.21. ſine icone.

*III.*

Saluia odore abſinthij flore rubente.

Cum vulgari minore conuenit excepto odore & floris colore, quod ſolùm in horto noſtri Pharmacopæi Ioh.Haitzmanni vidimus.

*IV.*

Saluia minor.

Saluia nobilis Brunfel.in 4. pag. 280. ſine icone: Et Saluia eidem fol.pag.92.tom.2.Rhap.23.

Saluia minor Lobel.icon. pag.555: Et Saluia minor primata obſer. pag.299.

Hanc aliqui Sphacelum Theophraſti & Lentis ſylueſtris ſpeciem folio minore Plinij volunt.

Variat. Aliquando enim pinnata, aliquãdo non, quẽadmodum vnâ figurâ expreſſit Tabern. icon. pag. 371. nonnunquam folijs Lauendulæ concoloribus, ſed latioribus & grauioris odoris habetur: rariùs luteolis folijs variat: Eſt & flore albo.

*V.*

Saluia baccifera.

Saluia fructum inſtar gallæ ferens Matth.fol. Ital.pag. 749.lib.3.cap.35.ſine icone.

Saluia baccifera Cretenſis Aduerſ. pag. 239. & Lob. icon. pag.554.

Hanc frater Ioh.Bauhinus communicauit.

*VI.*

Saluia tenuiore folio.

Saluia Hiſpanica odoratiſſima Camer.hort.pag.151.

Saluia Indica Tabern.fol.pag.88.lib.2.ſect.2.cap.22. & icon.pag.371.

*VII.Sal-*

*VII.*

Saluia ſylueſtris.

Saluia ſylueſtris & Nepeta altera Trago pag.15.lib.1. cap.4. (497.

Scordion alterũ Plinij Lob.obſer.pag.262. & ic.pag.

Variat folijs, aliquando enim Meliſſæ inſtar, amplis reperitur.

Quibuſdam Sphacelus Theophraſti: alijs Scordium maius ſeu alterum Plinij lib.25.cap.6.

---

*IIX.*

Saluiam alpinam proponit Tabern.fol.pag.88.lib.2. ſect.2.cap.22. & icon. pag.372. & id ex Lonicero pag. 152.lib.2.cap.114.qui **Alpenkraut** vocat, & fortè Sphacelum Theophraſti: ſuſpicamur Hormini ſpeciem eſſe.

---

## *HORMINVM.*

ΟΡμινον Dioſcoridi lib.3.cap.145.dictũ ἀπὸ τοῦ ὁρμᾶν, id eſt, impetu agi, & cieri in Venerem quòd πρὸς τὴν συνουσίαν παρορμᾷ, id eſt, quòd ad Venerem vt loquitur Dioſcorides, ſtimulet, Theophraſtus Hormini (Gaza Geminalem vertit) inter fruges meminit, 8.hiſt.1. & 7. ex eo Plinius lib.18.cap.7.

Genera duo Dioſcoridi ſatiuum & ſylueſtre: In ſylueſtri rotundum ac fuſcum inquit ſemen inueniri: in altero nigrum & oblongum. Plinius lib.22.cap.25. Horminum duorum generum, alteri ſemen nigrius & oblongum: alteri candidius & rotundius.

*I.*

Horminum ſatiuum.

Horminum domeſticũ Matth. fol. lat. pag.581.lib.3. cap.128. & icon.4. pag.566.

Horminum Lobel.obſeru.pag.300.& icon.pag.555.

---

*II.*

Horminum Syriacum.

Biſermas Camer.hort.pag.28.

Planta eſt Sclareę forma caulibus cubitum exceden-tibus, anguloſis, leuiſſimè hirſutis, in alas diuiſis folijs inferioribus palmum longis, latis, ſubaſperis, ſinuoſis ſuperioribus anguſtis oblongis leuioribus: flores forma florum Sclareæ colore albo. Semen in vaſculis concluditur, paruum & compreſſum rubris coſtis donatū, cinereum, nigris lineolis ſiue ordine conſperſum, quod ſub lingua vt Ocymi ſemen lenteſcit, inodorum eſt: At planta cùm flores producit odora eſt, & gratior quàm Colus Iouis. Huius ſemen Biſarmar nomine D.Bernhardus Paludanus dum Patauium ex Syria redijſſet cōmunicauit: Ipſam verò plantam Doctor Doldius Norinbergâ miſit. Sunt qui Aman vocitent.

*III.*

Horminum Sclarea dictum.

Gallitricum ſatiuum Trago pag.49.lib.1.cap.15.

Scarlea Lobel.obſeru.pag.300.& icon.pag.556.

Quibuſdam Scopa Regia Plinij inter Sideritides lib. 25.cap.5. Et Tuſſilago altera quę quibuſdam Saluia Plinij lib.26.cap.6.cum qua in multis conuenit. Baccharis Dioſcoridis lib.3.cap.51: alijs Scordium alterum Plinij lib.25. cap.6. alijs Phorbion Galeni: quidam dubitant an ſit Alectrolophos Plinij lib.27.cap.5. in cuius deſcriptione ſeminis forma & vſus cū Sclanę ſemine cōuenit.

*IV.*

Horminum luteum glutinoſum.

Cruala tertia Dod.hiſt.flor.& fol.lat.pag.291.pempt. 2.lib.4. cap.23.

Colus Iouis Lob.obſeru.pag.301. & icon.pag.557.

Stachys Plinij quibuſdam: alij ad Galeopſin referūt.

*V.*

Horminum ſylueſtre latifolium.

Hormi-

Horminum ſylueſtre primum Cluſij hiſtor.Pann.pag. 577.lib.3.cap.42.

*VI.*

Horminum ſylueſtre alterum caule purpuraſcente.

Saluia agreſtis Brunfel.in 4.pag.45. Eupatorium Eidem fol.pag.30.Tom.2.Rhap.7.

Saluia ſylueſtris vera, vel tertia Trago pag. 53. lib.1. cap.16.

Horminum ſylueſtre Lobel. obſeru.pag.300.& icon. pag.556.

Quibuſdam Sideritis genus; alijs Verbenaca recta: alijs Alectorolophos Plinij.

Huius plures ſpecies reperiuntur, nonnihil florum colore & foliorum formâ differentes: vt flore cæruleo, violaceo, rubicundo: nonnunquam albo, folijsque incanis. Sic Camerarius ferè abſque vllo flore per æſtatem, ſed hyeme cæruleo lupuli odore, obſeruauit.

*VII.*

Horminum ſylueſtre tertium caule vireſcenti.

Horminum ſylueſtre quartum dilutiore flore Cluſ. hiſt.Pann.pag.580.lib.3.cap.42.ſine icone.

Caulis ſuprema pars non vt in priore purpuraſcit, ſed vireſcit folia non tantùm ſerrata vt in priori, ſed inferiora nonnihil laciniata.

*IIX.*

Horminum ſylueſtre quartum lauendulæ flore.

Hormini ſecundi ſpecies tertia Cluſ. hiſt. Pann. pag. 581.lib.3.cap.42.ſine icone.

Sclarea Hiſpanica Tabern.fol.pag. 91.lib. 2. Sect. 2. cap.23.& icon. pag.374.

Baccharis quibuſdam.

*IX.*

Horminum ſylueſtre quintum Saluifolium.

Horminum ſylueſtre Matth. fol. lat. pag. 581. lib. 3. cap. 128. & icon. 4. pag. 567.

Verbaſcum ſaluifolium Lob. icon. parte 2. pag. 264.

Flos ex cæruleo purpuraſcens, & quaſi violaceus, interdum dilutior.

---

*X.*

Horminum ſylueſtre ſaluifolium alterum maculis diſtinctum.

Horminum ſylueſtre quintũ verſicolore folio Cluſ. hiſt. Pann. pag. 584. lib. 3. cap. 42. ſine icone.

---

*XI.*

Horminum anguſtifolium.

Horminum tenuifolium anguſtis folijs Erythrodani ſylueſtris longioribus, Thal. in Harcy. pag. 58.

Nondum vidimus.

---

## *VERBASCVM.*

VErbaſcum φλόμος eſt apud Dioſcoridem lib. 4. cap. 104. à φλέγω vro quaſi φλόγος flamma, quia hac herba pro Elychnijs vtuntur.

Differentias duas ſummas Dioſc. habet, nigrum & album, in quo mas & fœmina intelligitur. Subijcit Sylueſtre folijs ſaluiæ: mox phlomides duas humiles rotundis folijs: tum Lychnitin vel Thryallida folijs ternis aut quaternis aptis ad lucernarum lumina, vnde nomen. Sic & Plinius lib. 25. cap. 10. diſtinxit Verbaſcum in duo prima genera: album, in quo mas intelligitur: alterum nigrum in quo fœmina: tertium genus non niſi in ſyluis inuenitur: folijs braſſicæ latioribus, piloſis, &c. Naſcuntur & in campeſtribus: Sylueſtri folia Eleliſphaci: Sunt & Phlomides duæ hirſutæ, rotundis folijs humiles: Tertia lychnitis, alijs thryallis, folijs ternis aut cum plurimum quaternis, &c.

*I.* Ver-

*I.*

Verbaſcum latis ſaluiæ folijs.

Verbaſcum quartum ſiue ſylueſtre Matth. fol. lat. pa. 716.lib.4.cap.99. & icon. pag.794.

Verbaſcum ſaluifolium fruticoſum luteo flore Lob. obſ.pag.302.Et Verbaſcum quartum Matthioli Lobel. icon.pag.560.

---

*II.*

Verbaſcum anguſti ſaluiæ folijs.

Verbaſcum ſylueſtre Dodo. fol. Gall. pag. 91.lib. 1. cap.79.

Verbaſcum ſylueſtre folijs ſaluię tenuifolię Lob.obſ. pag.301.& icon.pag.558.

Hæc Lychnitis quibuſdam: Angarathi aliquibus dicitur: An Verbaſcum ſylueſtre folijs ſaluiæ Dioſcoridis?

---

*III.*

Verbaſcum exoticum acuto ſaluiæ folio.

Phlomos lychnitis altera Syriaca Lob. obſ. pag.301. & icon.pag.559.

---

*IV.*

Verbaſcum exoticum ſubrotundo ſaluiæ folio.

Verbaſcum ſylueſtre ſaluifolium exoticum Lob.obſ. pag.302.Et icon.pag.559.

Necdum vidimus.

---

*V.*

Verbaſcum nigrum flore ex luteo purpuraſcente.

Verbaſcum nigrum Trago pag.218.lib.1.cap.72.

Verbaſcum nigrum ſaluifolium purpureo flore,Lob. obſ.pag.302.ſine icone.Et Verbaſcum nigrum Dioſcoridis Lob.icon.pag.562.

Blattaria Plinij lib.25.cap.9.quibuſdam.

---

*VI.* Ver-

*VI.*

Verbaſcum mas latifolium luteo flore.

Verbaſcum primum Matthiol.fol.lat. pag.716. lib.4. cap.99.& icon 4.pag.791.

Verbaſcum mas & candela Regia Lob. obſ.pag. 303.

Verbaſcum aut phlomos vulgaris mas Dioſc. Thapſus barbatus officinarum Lob.icon.pag.561.

Alij apud Dioſcoridem marem, alij fœminam eſſe cenſent.

---

*VII.*

Verbaſcum lychnito flore albo paruo.

Verbaſcum primum Brunfel. fol. pag. 58. Tom. 3. Rhap.17.ſine icone.Et 4.pag.296.

Verbaſcum fœmina Lob. obſ. pag. 303. & phlomos mas alter Lobel.icon.pag.562.

Quibuſdam Verbaſcum album fœmina: alijs Verbaſcum mas alterum: alijs Lychnite apud Dioſcoridē.

---

*IIX.*

Verbaſcum mas anguſtioribus folijs floribus pallidis.

Verbaſcum ſecundum Matth. fol.lat.pag. 716. lib.4. cap.99.& Verbaſcum mas in icon.4.pag.792.

---

*IX.*

Verbaſcum fœmina flore luteo magno.

Verbaſcum Candela regia Trago pag. 217. libr. 1. cap.72.

Verbaſcum maximum album fœmina flore ſubpallido.Lobel.icon.pag.561.

Alij ad nigrum, alij ad album: alij ad marem, alij ad fœminam reducunt.

---

*X.*

Verbaſcum fœmina flore albo magno.

Ver-

Verbaſcum ſylueſtre Trago pag. 217. lib. 1. cap. 72. ſine icone.

Maximus odoratus meridionalium Thapſus barbatus fœmina flore albo. Lobel. icon. pag. 560.

Alij ad marem, alij ad fœminam referunt.

---

*XI.*

Verbaſcum folio papaueris corniculati.

Verbaſcum aliud Matth. fol. lat. pag. 717. lib. 4. cap. 99. & icon. 4. pag. 796.

---

*XII.*

Verbaſcum folijs ſubrotundis flore blattaria.

Verbaſci quandā ſpeciem in horto noſtri Pharmacopæi Ioh. Haintzmāni lectam obtulit primò M. Lucas Iuſtus Med. ſtudioſus, caule cubitali & altiori, viridi rotūdo ſtriato, leuiter villoſo, nec ramoſo folijs inferioribus oblongis, reliquis omnibus ſubrotūdis paruis caulem amplexantibus, infernè incanis, supernè nigricantibus, quorum neutrum alteri opponitur: ad horum ferè ſingulorum exortum duo folia parua adijciūtur vnde breuiſſimi pediculi (modò vnicus, modò duo, modò tres, rariùs quatuor) quibus ſingulis flos vnicus luteus, paruus, ex quinque folijs conſtans, in cuius medio ſtamina aliquot purpurea, quaſi ex calyculo, vt in Blattaria, prodiens inſidet, cui ſuccedit vaſculum rotundum ſemen minutum continens.

---

*XIII.*

Verbaſculum minimum Lugd. pag. 1304. li. 11. c. 42.

---

*BLATTARIA.*

BLattariam ſcribit Plinius lib. 25. ca. 9. Romæ vocari, quòd abiecta blattas in ſe contrahat: Hoc Dioſcorides lib. 4. cap. 104. Verbaſco cui flos ſit aureus, tribuit; & eſſe herbam Verbaſco ſimilem vt ſæpe fallat pro ea capta.

*I.*

Blattaria lutea folio laciniato.

Blattaria Trago,pag.925.lib.2.cap.146.

Verbaſcum leptophyllum Cord. hiſt.pag. 153.lib.2. cap.116.

Blattaria Lobel.obſer.pag.304. & Blattaria Plinij. Eidem icon.pag.564.

Duplex eſt,altera quatuor cubitorum altitudine,tria, quatuor, quinque & plura vaſcula coniuncta habens: altera humilior ſingula vaſcula proferens folijs multo viridioribus.

---

*II.*

Blattaria alba.

Blattaria flore albo perperàm Verbaſcum fœmina vulgo Lobel.icon.pag.563.

Habetur paruo & etiam magno flore,huius etiam figura apud Lobel. icon.pag.563. titulo Blattariæ varietas altera.

---

*III.*

Blattaria viridis.

Blattaria flore viridi Lobel.icon.pag.565.

Hæc etiã eſt flore ex viridi purpuraſcente,hinc & altera figura apud Lob.icon. pag.566. Blattariæ flore ex viridi purpuraſcente titulo.

---

*IV.*

Blattaria purpurea.

Blattaria flore purpureo Geſn. hort. pag. 285.b. in Verbaſco:Et Lobel.icon.pag.565.

Non ſolùm colore floris à ſuperioribus differt, qui modò dilutè rubet,obſoleto colore purpuraſcit, quandoque nigræ violæ colore eleganti nitet : ſed etiam folijs nigrioribus & minus ſerratis.

---

*V.*

Blattaria maximo flore.

Blattra-

Blattaria magno flore Lob.icon.pag. 564.

## *AETHIOPIS.*

Αἰθιοπὶς Dioſcoridi lib. 4. cap. 105. quam folia ſcribit habere Verbaſco ſimilia perq; hirſuta, &c. fortè à loco natali nomen habet, quia Plinius lib. 27. cap. 4. eximiā ex Aethiopia venire ſcribit: cui etiam Aethiopis dicitur, & lib. 26. cap. 4. Meminit & lib. 24. cap. 17. Aethiopidis in Meroë naſcentis, ob id & Meroides appellari, eamque folijs dicit lactucæ, quo ſanè loci videtur aliam intelligere, à Dioſcoride, ſiquidem folia Verbaſco ſimilia per quàm hirſuta Dioſc. ſcribat, quam ipſe Plinius lib. 27. cap. 4. ad imitationem Dioſcoridis expreſſit.

*I.*

Aethiopis folijs ſinuoſis.

Aethiopis Matth. fol. lat. pag. 719. lib. 4. cap. 100. & icon. 4. pag. 800.

Aethiopis Lobel. obſ. pag. 304. & Aethiopis phlomitis Eidem icon. pag. 566. vbi tamen integra pinguntur folia.

Cum Dioſcoridis Aethiopide conueniret, ſi ſeminum vaſcula bina tantùm ſemina caperent: adhæc radicem viſcidam à Dioſcoride ei attributam non habet, neque etiam in exſiccatâ cornu durities ſentitur. Hæc ratio eſt cur ſit cogitandum an potius ſit Verbaſci ſpecies Thryallis ſcilicet vel Lychnitis.

*II.*

Aethiopis folijs in profundas lacinias diuiſis.

Hanc in horto noſtro habuimus, quæ non adeo hirſuta vt prior, folijs craſſioribus & latioribus in lacinias duorum trium & plurium digitorum tranſuerſorum diuiſis, huic multum conuenit figura Aethiopidis apud Dodo. fol. Gall. pag. 94. lib. 1. cap. 82.

## *VERBASCVLVM SEV PRIMVLA VERIS.*

PRimulę Veris, quòd primo Vere floreant cēſentur apud Dioſcoridem lib. 4. cap. 104. φλομίδες. Phlomides duæ hirſutæ, quas rotundis folijs & humiles eſſe ſcribit: & Plinius lib. 25. cap. 10. Phlomides appellat. Sūt tamen qui cenſent Plinium lib. 25. cap. 4. & lib. 26. cap. 11. Dodecatheron vocaſſe, quam folia dicit habere ſeptē lactucis ſimillima à lutea radice exeuntia. Fabius Columna vult eſſe ſecundum genus Aliſmatis apud Pliniū lib. 25. cap. 10. Huius plurimę differentiæ: habetur enim flore ſimplici & pleno, luteo & pallido, obſcurè virenti, albo rariſſimè odoro & inodoro: item cum caule, & exiguo caule, & quaſi nullo, vnde ἄκαυλος dicitur: eſt & vbi ſingulis pediculis ſinguli flores inſident: eſt & flore gemino altero alteri innato: & denique ſylueſtris multiflora magno flore.

*I.*

Verbaſculum pratenſe odoratum fortè Aliſma alterum Plinij.

Herba paralyſis Brunfel. fol. pag. 96. Tom. 1. Rhap. 15. (& in 4. pag. 17.

Primula pratenſis Lob. obſ. pag. 305. & icon pa. 567.

*II.*

Verbaſculum pratenſe inodorum.

Herba paralyſis alba Brunfel. fol. pag. 97. Tom. 1. Rhap. 15. & icon. 4. pag. 18.

Primula veris altera Matth. fol. lat. pag. 718. lib. 4. cap. 99. & icon. 4. pag. 298.

Primula pratenſis inodora luteopallida Lob. obſ. pa. 305. & icon. pag. 568. Verùm figura Matth. Fuchſij & aliorum magis placet, quàm Lobelij vel Dodonæi editione Latinâ.

*III.*

Verbaſculum ſyluarum maius ſingulari flore.

Verbaſculum minus Dod. fol. Gall. pag. 94. li. 1. c. 81.

Sylua-

Syluarum primula Lob.obſ. pag. 305. & ic.pag. 568.

Flore eſt pallido, reperitur etiam niueo.

---

*IV.*

Verbaſculum ſyluarum minus ſingulari flore.

Syluarum primula floribus obſcurè virentibus fimbriatis Lobel.obſer.pag. 306. & icon.pag. 569.

Hæc ſimplici habetur flore, quandoque folia multiplicat.

---

*V.*

Verbaſculum hortenſe multiplex.

Arthriticæ genus daſypodium ſeu denſifolium Geſn. hort. pag. 248. b.

Primula hortenſis Anglica omnium maxima & ſerotina floribus plenis Lob.obſer.pag. 305: & ic.pag. 567.

---

*VI.*

Verbaſculum ſylueſtre magno plenoq; flore.

Syluarum primula Veris flore pleno ſpecioſo Lobel. icon.parte 2.pag. 265.

---

*VII.*

Verbaſculum proliferum.

Primula Veris flore gemino altero alteri innato, Lobel.icon.parte 2.pag. 264.

---

*IIX.*

Verbaſculum cæruleum vmbellatum.

Verbaſculus alpinus ſiue cæruleus Lugd. pag. 1126. lib. 10. cap. 15.

---

*IX.*

Verbaſculum alpinum anguſtifolium maius.

Paralytica alpina ſanicula anguſtifolia maior.

Variat colore floris. Eſt enim albo, rubro, Item rubore & candore confuſo.

---

X.

Verbaſculum alpinum anguſtifolium minus.

Maiele Cordo obſ.ſylu.pag.221.b.

Sanicula alpina minor ſiue media Lobel.obſer.pag. 307.&icon.pag.571.

Flore eſt ſaturatè rubro,eleganter purpureo, aut carneo,nonnunquam omninò candido.

---

*SANICVLA ALPINA VEL Auricula Vrſi.*

SAnicula à ſanandis vulneribus,Auricula vrſi à foliorum forma,Fabius Columna in ſua Plātarum hiſtoria pag.17.cenſet eſſe Aliſma Dioſcoridis lib.3.ca.169. Et apud Plinium lib.25.cap. 10.

Huius plures differentiæ potiſſimùm florum colore, qui luteus,aurei coloris,pallidus,candidus, rubeus,cæruleus,diuerſi coloris, fuſcus, ſtriatus, cinereus, atricoloris; ſic & in folijs diſcrimen, vt & in magnitudine.

I.

Sanicula alpina lutea.

Sanicula ſiue auricula vrſi Matth.fol.lat. pag.621.lib. 4.cap.9: Et Auricula vrſi ſiue Sanicula altera Matth. icon.4.pag.633.

Paralytica alpina ſanicula ſiue Auricula vrſi lutea Lobel.obſer.pag.306.&icon.pag.569.

Variat folijs modò incanis,modò caneſcentibus, interdum omninò viridibus & læuibus: modò denſioribus,modò tenuioribus, maioribus & minoribus.Floribus item nunc luteis,nunc pallidis, nunc aureis, ijſque modò maioribus,modò minoribus: modò denis,vicenis,tricenis,& pluribus,hinc plures figuræ apud Tabernæmontanum in iconibus pag. 323.& 324.

---

II.

Sanicula alpina purpurea.

Auri-

Auricula vrſi flore purpureo Aduerſ.pag.244: Et Lobel.icon.pag. 570.

Hæc flore eſt purpuraſcente, rubeſcente ſanguinis modo, & atro colore.

---

*III.*

Sanicula alpina rubra.

Auricula vrſi ſecunda Cluſ. hiſt.Pann.pag. 346.lib.2. cap. 46.

---

*IV.*

Sanicula alpina flore rubro albis maculis aſperſis.

Auricula vrſi tertia Cluſij hiſt. Pann. pag. 347. lib. 2. cap.46.ſine icone.

Auricula vrſi floribus guttatis Tabern.icon.pag.324.

---

*V.*

Sanicula alpina folio non ſerrato.

Auricula vrſi quarta Cluſ. hiſt. Pann. pag. 349. lib.2. cap. 46.

---

*VI.*

Sanicula alpina anguſtifolia flore dilutè rubente.

Auricula vrſi quinta Cluſ. hiſt. Pann. pag. 348. lib.2. cap.46. ſine icone.

Auricula vrſi Tabern.icon. pag.325.

---

*VII.*

Sanicula alpina villoſa cærulea.

Auricula vrſi Myconi Lugd.pag. 837.lib.7. cap.25.

---

*IIX.*

Sanicula alpina minima.

Sanicula alpina minima Lobel.obſeru. pag. 308: & icon. pag. 571.

Huius duæ ſpecies, alterius flos eſt colore dilutiùs rubente ſiue carneo: alterius niueus, & folijs paulò candidioribus.

---

*IX.* Sani-

*IX.*

Sanicula montana rotundifolia maior.

Sanicula alpina alia Geſn.hort. pag. 278.b.

Garyophyllata ſiue Geum alpinum recentiorum folio hederaceo Aduerſ.pag.267. & Lob. icon. pag.613.

Huius floribus ſanguineę guttæ ſunt aſperſæ.

---

*X.*

Sanicula montana rotundifolia ſerrata.

Sanicula montana minor Cluſ. hiſt. Pann. pag. 441. lib.3.cap.5. ſine icone.

Floribus ſanguineæ guttæ non ſunt aſperſæ.

---

*XI.*

Sanicula montana longifolia ſerrata.

Hæc priore multo minor eſt, folijs oblongis, anguſtis, ſerratis aliquot ſimul iunctis, hirſutis: cauliculo vnico, breui, nudo, cuius ſummitate floſculi ſuperioribus longè minores, ex quatuor foliolis albis punctatis conſtantes: radice exigua capillata nigricante. In montibus Helueticis prouenit.

---

*XII.*

Pinguicula (quia pinguis) Geſn. in monte Fracto pag. 64: & Cluſ.hiſt.Pann.pag.361.lib.3.cap.49.

Dodecatheon Plinij quibuſdam; alijs Criâs Apulei.

Variat flore qui albus, purpureus & cæruleus.

---

## *DIGITALIS.*

DIgitalis dicta à florum ſimilitudine qui digitale referunt: Sunt qui ad Verbaſcum, alij ad Aliſmatis alterum genus apud Plinium referunt.

*I.*

Digitalis purpurea.

Campanula ſylueſtris ſeu digitalis flore purpureo Trago pag.888.lib.2.cap.125.

Digi-

Digitalis purpurea Lobel. obſeru. pag. 308: & icon. pag. 572.

*II.*

Digitalis lutea magno flore.

Campanula ſylueſtris ſeu Digitalis flore luteo, Trago pag. 888. lib. 2. cap. 125.

Digitalis lutea Fuch. fol. lat. pag. 899. cap. 342: & icon. 8. pag. 516.

Sunt qui Calathianam violam apud Plinium lib. 21. cap. 6. cenſeant.

Hæc non ſolùm floris colore, à ſuperiori variat, ſed & folijs, quæ in illa Verbaſco ſimilia, in hac verò ex viridi nigricantia nec lanuginoſa. Habetur & flore albo cuius iconem propoſuit Lob. icon. pag. 572.

*III.*

Digitalis lutea flore paruo.

Digitalis maior luteis vel pallidis floribus Geſn. hort. pag. 256. b.

Digitalis lutea parua Lobel. icon. pag. 573.

Duas Lobelus pingit. Hanc enim noſtram minore ramo expreſſit, quæ ad bicubitalem altitudinem apud nos excreſcit, folioq́; eſt longiore & latiore pallidioreq́; quàm ſit ſuperioris. Quam verò pingit oblongis anguſtisq́; folijs, necdum vidimus.

Hæc cenſetur Damaſonium Dioſcoridis, & primum Plinij: fiſtula paſtoris Auicennæ.

*IV.*

Digitalis anguſtifolia flore ferrugineo.

Digitalis giluo flore Lob. obſer. pag. 308. ſine icone.

Digitalis ferruginea Lobel. icon. pag. 573.

In horto Illuſtriſſ. Ducis VVirtenbergici Stucgardiæ & Montembelgardi legimus.

# LIBER SEPTIMVS.

## SECTIO PRIMA.

### *LYSIMACHIA: VERONICA: TEVCRIVM: Scordium: Chamædrys: Chamæpitys: Alſine: Anagallis: Auricula muris: Elatine.*

### *LYSIMACHIA.*

Λυσιμάχιον ϗ λύτρον apud Dioſcoridē lib. 4. cap. 3. flore rufo aut aureo habetur, ſic dicta cenſetur à Rege Lyſimacho Agathoclis filio eius inuentore, vt habet Plinius lib. 25. cap. 7. qui dicit tantā eius vim eſſe, vt iumentis diſcordantibus iugo impoſita aſperitatem cohibeat; vnde videtur innuere dictam παρὰ τὸ τὰς μάχας λύειν. Salicaria etiam nominatur à foliorum cum ſalicis folijs ſimilitudine.

Genera duo innuere videtur Dioſcorides, dum ſcribit flore eſſe rufo aut aureo. At Plinius loc. cit. floris tantùm purpurei meminit, in veteri verò codice legitur flore aureo.

*I.*

Lyſimachia lutea maior: Lyſimachia Dioſcoridis.

Lyſimachia ſiue Salicaria flore luteo Trago pag. 183. lib. 1. cap. 59. (342.

Lyſimachia lutea Lob. obſer. pag. 185: & icon. pag.

Folijs nunc ternis nunc quaternis, & etiam binis.

---

*II.*

Lyſimachia lutea minor.

Lyſimachia altera flauo flore Cluſ. hiſt. Pan. pag. 475. lib. 3. cap. 13.

Hæc quaternis eſt folijs, eſt & ternis.

---

*III.*

Lyſimachia bifolia floribus globoſis luteis.

Lyſima-

Lyſimachia lutea altera aut Lyſimachia ſalicaria Onagra quorundam Lob. icon. pag. 263. partis ſecundæ.

---

*IV.*

Lyſimachia rubra non ſiliquoſa.

Lyſimachia 2. & Lyſimachia minor rubro flore Cluſ. hiſt. Pann. pag. 477. lib. 3. cap. 13.

---

*V.*

Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta magno flore.

Lyſimachia purpurea primum genus Fuchſ. icon. 8. pag. 279: & Lyſimachia purpurea Eidem fol. lat. pag. 491. cap. 186.

---

*VI.*

Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta paruo flore.

Lyſimachia ſiliquoſa 2. Tabern. icon. pag. 855.

Lyſimachia quinta Taber. fol. pag. 525. lib. 2. ſect. 11. cap. 110.

---

*VII.*

Lyſimachia ſiliquoſa glabra maior. (343.

Lyſimachia ſiliquoſa Lob. obſer. pag. 185: & ic. pag.

Hæc flore eſt paruo qui pallidiùs rubet; eſt & albo flore. Quibuſdam Delphinium Dioſcoridis.

---

*IIX.*

Lyſimachia ſiliquoſa glabra minor.

Lyſimachię medium genus Thalyo in Harcy. pag. 70.

Lyſimachia minor Tabern. icon. pag. 854.

Lyſimachia minor tertia Tabern. fol. pag. 524. lib. 2. ſect. 11. cap. 110.

Variat folijs latioribus, ſtrictioribus: alij floſculi ſunt rubicundiores, alij ex rubicundo pallidiores: alij prorſus candidi.

---

*IX.*

Lyſimachia ſiliquoſa minor anguſtifolia.

Lyſimachia ſiliquoſa minor Tabern. icon. pag. 856.

Lyſimachia ſeptima Tabern. fol. pag. 525. lib. 2. ſect. 11. cap. 110.

---

*X.*

Lyſimachia Chamænerion dicta latifolia.

Antoniana ſiue S. Antonij herba maxima Geſn. de hortis pag. 247.

Chamænerion Geſn. ad Cordum pag. 215. b.

Onagra Lugd. pag. 865. lib. 7. cap. 37.

Onagra Dioſcor. lib. 4. cap. 118. & Oenothera Plinij lib. 26. cap. 11. & 14. quibuſdam.

Hæc flore eſt cęruleo: Eſt & albo ſed rariùs inuenitur.

---

*XI.*

Lyſimachia Chamænerion dicta anguſtifolia.

Epilobium (id eſt, ἴον ἐπὶ λοβοῦ, viola ſuper ſiliquam) ſextum Geſn. ad Cord. pag. 215. b.

Chamænerion Geſn. ſiue Delphinium baccinũ Dioſcoridis Lobel. obſeru. pag. 186. & icon. pag. 343.

---

*XII.*

Lyſimachia Chamænerion dicta alpina.

Hæc in tantam vt prior altitudinem non aſcendit, cui palmaris, vel ſeſquipalmaris ſit ramis inflexis folijs breuioribus, anguſtioribus & paucioribus; per reliqua priori ſimilis; In alpibus Helueticis prouenit.

---

*XIII.*

Lyſimachia ſpicata purpurea: fortè Plinij.

Solidaginis Saracenicæ alia ſpecies Trago pag. 487. lib. 1. cap. 164. ſine icone.

Lyſimachia purpurea, fortè Pliniana Lobel. obſeru. pag. 185: & icon. pag. 342.

---

*XIV.*

Lyſimachia ſpicata cærulea.

Lyſi-

Lyſimachium cęruleum Dodo.fol.Gall.pag.58.lib.1. cap.50.

Lyſimachia cærulea hortenſis,&Veronica recta quorundam Lob.obſ.pag.186.& icon.pag.344.

*XV.*

Lyſimachia cærulea galericulata, vel Gratiola cærulea.

Lyſimachia galericulata cæruleopurpurea Lob. obſ. pag.186. Lyſimachia galericulata Lob.icon.pag.344.

## *VERONICA.*

*I.*

VEronica ſpicata latifolia.

Veronica prima, & Veronica maior latifolia Cluſ.hiſt.Pann.pag.618.lib.3.cap.53.

Variat folijs, quæ in altera ſunt atrouirentia & ſplendentia: in altera nec ſplendent nec adeo atra ſunt: ſpica etiam,in alia oblongior.

*II.*

Veronica ſpicata anguſtifolia.

Veronica recta herbariorum Lob.obſ. pag. 251. ſine icone:& icon.pag.473.

Ad Myoſotidem Dioſcoridis ſunt qui velint referendam.

Variat ſpica floſculorum cæruleorum, & ſpica dilutiore,folijs latioribus paulò,& anguſtioribus.

*III.*

Veronica ſpicata minor.

Veronica recta minima Lobel. obſeru. pag. 250. & icon.pag.422.

*IV.*

Veronica mas erecta.

Veronica mas Matth. fol.lat.pag.468. lib. 3. cap. 25. Et Veronica Eidem icon.4.pag.410.

Veronica recta mas Matthioli Lob. obſ. pag. 250. & icon.pag.471.

Hæc duplex maior & minor; Illa latiore folio & longiore ſpica: hæc anguſtiore folio & breuiore ſpica.

---

*V.*

Veronica mas ſupina.

Teucrium Trago pag.207.lib.1.cap.68.

Veronica maior ſeptentrionalium Lobel.obſer.pag. 250.Et Veronica vera & maior Eidem icon.pag.471.

Hanc aliqui Teucrium Dioſcoridis eſſe volunt;alij ad Myoſotidem eiuſdem referunt; quibuſdam Betonica Aeginetæ lib.7.

Variat floribus qui communiter ſubcærulei, rariùs prorſus candidi.

---

*VI.*

Veronica pratenſis Serpillifolia.

Erifragia Brunfel.fol.pag.169.Tom.1.Rhap.27.

Eufragia nobilis Eidem in 4.pag.21.

Veronica minor ſerpillifolia Lobel. obſer. pa.250.& icon.pag.472.

Hæc Myoſotidis ſpecies apud Dioſcoridē quibuſdā: alijs Betonica Aeginetæ: Alyſſum Dioſc. Colūnę pa.27.

Hanc aliqui glabram, aliqui hirſutam, & rectè pingūt; variat folijs aliquando integris, aliquando crenatis: flore qui cæruleus, frequentiùs pallidus & dilutus.

---

*VII.*

Veronica fruteſcens.

Veronica tertia Cluſ. hiſt. Pann.pag.621.lib.3.ca.53.

---

Teucrio ſimilis Scutellaria dicta, ramulum palmarē quadratum leuiter canum folijs Teucrij vulgaris formâ, per ambitum inciſis ac ſerratis, ſed ſubrotundis binis,

ex

ex oppoſito ſitis, ex leui villoſitate mollibus: in cauliculi faſtigio quaſi in ſpica floſculi Teucrij formâ ſubpurpurei, lanuginoſi, ab vna caulis parte diſpoſiti, quorum cuilibet duo foliola lanuginoſa non ſerrata adponũtur, Scutellariæ nomine à Doctore Doldio accepimus, quo nomine eam Cortuſus donauit. Betonicam ſylueſtrem Pauli Quadramus Ducis Ferarienſis Simpliciſta vocat. Media ſanè videtur inter Veronicam & Teucrium. Hæc dum ſcriberemus nos ſalutatum venit ex Italia Excellentiſſimus Doctor Euerardus Vorſtius Belga in patriã poſt decimum quartum peregrinationis annum rediẽs, qui cùm fortè eam præ manibus videret, expoſuit, hãc Scutellariam vulgò in Calabria, vbi copioſiſſimè potiſſimùm in mõtoſis prouenit, dici à formâ ſeminis Scutellam referentis: Plãtam cubitalem altitudinem excedere, folijs inferioribus latis, & in acumen deſinẽtibus: Cuius nullus eſſet vſus; Is ad Horminum aliquod ſylueſtre referendum putabat.

---

## *TEVCRIVM.*

Τεύκριον Dioſcoridi lib. 3. cap. 111. (eò quòd Teucer eius inuentor exiſtimetur, vt habet Plinius li. 25. ca. 5.) cui & χαμαίδρυς ex aliorum ſententia Plinio Teucriũ loc. cit. & lib. 26. cap. 8.

*I.*

Teucrium.

Teucrium alterum Matth. fol. lat. pag. 544. lib. 3. cap. 95. & Teucrium Eidem icon. 4. pag. 505.

---

*II.*

Teucrium Scorodoniæ folio.

Teucrium verum Camer. hort. pag. 167.

---

*III.*

Teucrium peregrinum ſinuoſo folio.

Teucriũ Bœticum Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 229. li. 1. c. 58.

An Pæderota Pauſaniæ?

Variat

Variat floris colore candido, & purpuraſcente ex cæruleo.

IV.

Teucrij Bœtici meminit Camer. hort. pag. 167. quòd diuerſum ſit à Cluſij, cuius imago ſit apud Lobel. ſimpliciter Teucrij nomine inſcriptum, ſicque diuerſum facit Teucrium vulgare à Teucrio Lobelij: Meminit & Belgici Teucrij ſolo nomine.

## SCORDIVM.

Σκόρδιον Dioſcoridi lib. 3. cap. 125. quòd aliquãtum allium redoleat: At Gall. 8. ſimplic. med. propter acrimoniam Scorodo, id eſt allio adſimilem nomẽ ſortitum putat: quibuſdã Crateua autore ab inuentore μιθριδάτιον dicitur. Plinio lib. 25. c. 6. Scordotis ſiue Scordion.

Vnius meminêre veteres, at Plinius loc. cit. duplex habet cuius alterum diuerſum ab hoc eſt, de quo ſuprà in Saluia.

I.

Scordium.

Scordium Trago pag. 885. lib. 2. cap. 123.

Scordium Lob. obſ. pag. 261. & Scordium ſiue Trixago paluſtris Lob. icon. pag. 497.

Variat magnitudine, vnde maius, medium, & minus à Tabernæmontano icon. pag. 761. & 762. pingitur.

II.

Scordium lanuginoſum.

Scordium Creticum lanuginoſum Camer. hort. pag. 156.

## CHAMAEDRYS.

Dioſcoridi lib. 3. ca. 112. dicitur χαμαίδρυς, quaſi humilis quercus, quòd folia quercus habeat, & huius reſpectu, quaſi humi repat; cui & χαμαίδρωψ: & quibuſdam

buſdam τδύκριον, propter ſimilitudinem quã cum Teucrio habet. Triſſaginẽ vertit Gaza apud Theophraſtum 9.hiſt.10.Plinio lib.24.cap.15. Chamædrys,quæ Latinè Triſſago: alijs Serrata (à qua ſerram inuentam dixêre) à ſerratis folijs.

Vnius tantùm Dioſcorides cum veteribus meminit, at recentiores plures agnouêre differentias.

*I.*

Chamædrys arborea.

Chamædris arborea Alpino pag.53.b.ſine icone.

Hæc folijs duplo ac triplo quàm in Italica maioribus.

---

*II.*

Chamædrys maior repens.

Chamædrys vera & prima Trago pa. 204.li.1.ca.67.

Chamædrys Lob.obſ.pag.260.

Chamædrys, Quercula minor; Triſſago ſiue Trixago Lobel.icon.pag.491.

Reperitur folio maiore & floribus albis ac rubellis in eâdem plantâ.

---

*III.*

Chamædrys minor repens.

Chamæpytis Brunfel.fol. pag. 36. Tom.3. Rhapſ.10. & 4.pag.114.

Chamædrys vera mas Fuch. fol.lat.pag.869.ca.333. & icon.8.pag.501.

Chamædrys maior Lob.icon.pag.491.

Reperitur & niueo flore.

---

*IV.*

Chamædrys ſpinoſa.

Ex horto Clariſs.Bembi Patauini accepimus, plãtam palmarem & ſeſquipalmarem totam hirſutam, cuius cauliculi quadrati,lanuginoſi, multis geniculis do-

nati, Virgulis lignoſis hinc inde ſparſis, folijs exiguis ſubrotundis aliquibus leuiter ſerratis, ſingulis ferè geniculis iuxta folia flores apponuntur, Chamædryos floribus ſimiles, colore ex flauo ruffeſcentes, quorum calyculi lanuginoſi, quibus aculei bini aliquando plures modò breuiores modò longiores iunguntur, ita vt aliquando ex geniculis vnicum paruum virgultum prodeat, cuius ſummitati ſpina inſidet. Succedit ſemen rotundum calyculis incluſum.

*V.*

Chamædrys alpina Ciſti flore.

Herba cerui quibuſdam Geſner. mõte fracto pag. 63.

Ceruaria Geſn. hort. pag. 252. b.

Chamædrys montana durior Aduerſ. pag. 209. Lob. obſ. pag. 260. & icon. pag. 495.

Omnium optimè figura expreſſit Cluſ. hiſt. Pann. pa. 610. lib. 3. cap. 51. Chamædryos 3. nomine.

*VI.*

Chamædrys ſaxatilis quia in Baldi ſaxoſis prouenit.

Teucrium 3. Cluſ. hiſtor. Pann. pag. 616. lib. 3. cap. 52. ſine icone.

*VII.*

Chamædrys ſpuria maior prima.

Veronica maxima Lugdun. pagin. 1165. libr. 10. cap. 41.

*IIX.*

Chamædrys ſpuria maior ſecunda.

Teucrium primum Cluſ. hiſtor. Pann. pag. 613 lib. 3. cap. 52.

*IX.*

Chamædrys ſpuria maior tertia.

Chamæ-

Chamædrys altera Trago pag. 205. libr. 1. cap. 67. ſine icone.

Chamædrys vulgaris mas Fuch. fol. lat. pag. 871. cap. 333. & icon. 8. pag. 503.

Veronica ſupina facie Teucrij pratenſis Lobel. icon. pag. 473.

---

*X.*

Chamædrys ſpuria minor latifolia prima.

Chamædrys Brunfel. fol. pag. 125. Tom. 1. Rhap. 19. & 4. pag. 27.

Chamædrys vulgaris fœmina Fuchſ. fol. lat. pag. 871. cap. 333. & icon. 4. pag. 503.

Teucriũ pratenſe Lob. obſ. pag. 259. & icon. pag. 490.

Hanc vt & ſuperiorem aliqui ad Myoſotidem Dioſcoridis referendam cenſent.

---

*XI.*

Chamædrys ſpuria minor latifolia ſecunda.

Teucrium ſecundum Cluſij hiſt. Pann. pag. 615. lib. 3. cap. 52.

Variat floris colore, qui aut cærulei ſaturati coloris aut dilutioris & quaſi cinerei: ſic & ex carneo cãdicãtis.

*XII.*

Chamædrys ſpuria minor anguſtifolia.

Hæc prędictæ valdè ſimilis, ſed ramoſior, altior, folijs duplo triplóve anguſtioribus. In noſtris agris ſicciori-bus incultis vt circa balneum Brüglingen copioſè obſeruare eſt.

---

## *CHAMAEPITYS.*

Χαμαιπίτυς Dioſcoridi lib. 3. cap. 175. quaſi humilis picea, folia namque piceam olent. Plinio. lib. 24. cap. 6. Chamæpitys, Latinè Abiga vocatur propter abortus, ab alijs thus terræ.

Genera tria propoſuit Dioſcorides, primũ folijs ſemperuiui minoris flore luteo vel candido: alterum cubitalibus ramis, in anchoræ ſpeciem incuruatis flore candido: tertium mas eſt folijs exilibus, albis, piloſis, luteis floſculis. Idem ferè habet Plinius loco citato.

*I.*

Chamæpitys folijs non inciſis.

Aiuga ſiue Chamępitys altera Matth. fol. lat. pag. 608. lib. 3. cap. 157. & icon. 4. pag. 612.

Chamæpitys prima Dioſcoridis odoratior Lob. obſ. pag. 208. & icon. pag. 382.

Alij folijs hirſutis, alij glabris pingunt: nondum vidimus: non deſunt qui exiſtimant Echium Scorpioides hac exprimi, alij Chamæpitydem vermiculatam: an fortè Anthylloides Thalyi.

*II.*

Chamæpitys Monſpelliaca folijs ſerratis.

Chamæpitys ſpecies Monſpelio Geſn. hort. pa. 253.

Anthyllis Chamępityides minor; Iua Moſchata Mõſpelienſis Aduerſ. pag. 164. Lob. obſ. pa. 208. & ic. pa. 384.

Hæc fortè Chamæpitys erit prima Dioſcoridis.

*III.*

Chamæpitys folijs in tres partes fiſſis.

Chamæpitys tertia Trago pag. 80. lib. 1. cap. 25.

Aiuga ſiue Chamæpitys mas Dioſcoridis Lobel. obſ. pag. 207. & icon. pag. 382.

Hæc quibuſdam cenſetur prima; alijs tertia apud Dioſcoridem.

Variat etiam magnitudine, habetur enim communiter ſemipalmaris, folijs latioribus, eſt & ramis duûm palmorum folijs anguſtioribus.

*IV.*

Chamæpitys cærulea Auſtriaca.

Chamæ-

Chamæpitys Auſtriaca Cluſ. hiſt. Pann. pag. 632. lib. 3. cap. 57.

Doctor Doldius Norimbergâ miſit.

*V.*

Chamæpitys ſpuria Hiſpanica.

Aiuga adulterina Cluſ. hiſt. Hiſpa. pag. 483. lib. 2. c. 93.

Chamæpitys adulterina ſeu Pſeudochamæpitys Lobel. obſer. pag. 209. & icon. pag. 385.

Huius duæ icones apud Dodo. fol. lat. pag. 47. pempt. 1. lib. 2. cap. 28: vt & apud Lugdunenſem; altera hirſuta & recta, altera glabra pingitur.

## *ALSINE.*

Ἀλσίνη Dioſcoridi lib. 4. cap. 87. Sic dicta quòd lucos quos ἄλση nominant, & vmbroſa loca amet, & μυὸς ὦς, id eſt, auricula muris, quòd muſculorum auribus folia ſimilia habeat, monente Dioſcoride. Sic Plinio lib. 27. cap. 4. Alſine quam quidam Myoſoten appellant, naſcitur in lucis, vnde & alſine dicta eſt.

Vnius Dioſcorides & Plinius meminêre; Recentioribus plures ſunt differentiæ.

*I.*

Alſine veronicæ folijs.

Alſine folijs veronicæ Tabern. fol. pag. 384. lib. 2. ſect. 11. cap. 1: & icon. pag. 712.

Differt à ſequenti præſertim in eo, quòd illius floſculi ſinguli oblongis pediculis inſideant, huius verò caulibus adhæreant.

*II.*

Alſine Chamædryfolia.

Morſus gallinæ tertia Trago pag. 385. lib. 1. cap. 126. ſine icone.

Alſine folijs Triſſaginis Lobel. icon. pag. 464.

Alij Elatinen faciunt: alij Anthirrinū Dioſc. eſſe volunt.

*III.*

Alſine folijs profundè inciſis.

Herba eſt duos palmos alta, quæ ex radice parua, alba, fibroſa, ramos emittit plures rotũdos aſperos quæ in alios plures ex ſingulis ferè foliorum alis brachiãtur; hos folia oblonga leuiter hirſuta per ambitum raris diuiſuris inciſa ambiunt: plures floſculos obtinet paruos rubentes ex calyculo prodeuntes inſtar campanulæ alicuius, quibus thecę compreſſę ſuccedunt, ſemen minutum continentes. Hæc Monſpelij vbiq; circa mœnia vrbis Maio & Iunio florens reperitur, vbi Morſus gallinæ nominatur.

Hæc Elatine polyſchides dicitur Lugdun. pag. 1239. lib. 11. cap. 13. verùm quia figura imperfecta & deſcriptio manca, libuit proponere: D. Fabius Columna parte 2. pag. 31. eam expreſſiſſe videtur, nomine Erini ſiue Rapunculi minimi, cuius etiam ramum nobis miſit: verùm non recordamur vtrum noſtra lacte turgeat, quod in ſua Columna notauit.

---

*IV.*

Alſine tridactylites cærulea.

Hendelkraut cæruleis floſculis Trago pag. 401. lib. 1. cap. 133. ſine icone.

Elatine triphyllos Lugd. pag. 1214. lib. 11. cap. 13.

Alſine parua recta folio alſines hederaceæ, ſed rutæ modo diuiſo Lob. icon. pag. 464.

Duplex eſt altera maioribus & craſſioribus folijs, altera minoribus.

---

*V.*

Alſine tridactylites albicans.

Hendelkraut floſculis cãdidis Trago pag. 401. lib. 1. cap. 133. ſine icone. (ic. pag. 469.

Paranychia altera, rutaceo folio Lob. obſ. pag. 249: &

Hæc variat ratione loci; quæ enim in tectis prouenit,

nit, maior & ramoſior eſt, quàm Alſines petrææ rubræ nomine pinxit Taber. icon. pag. 709. altera verò in arenoſis & ſiccis prouenicns minor multo eſt, quàm Paranychiæ tertiæ nomine expreſſit Tabern. icon. pag. 805. Flore aliquando eſt niueo, cõmuniter pallidè purpuraſcente. Quibuſdã vmbilici ſpecies: alijs παρωνυχία Dioſc. lib. 4. c. 54. quæ ἐκ τοῦ παρωνυχίδας θεραπεύειν, quòd abſceſſibus ad vnguium radices natis medeatur: non deſunt qui ſaxifragę albæ congenerem velint.

*VI.*

Alſine tridactylites alpina.

Folijs eſt paucis plurimis cõpactis, latiuſculis craſſiuſculis, ſed longè quàm in priori minoribus minusq; craſſis ſupernè in tres rariùs plures crenas diuiſis, ex quorum medio pediculi trium quatuórve digitorum tranſuerſorum longitudine, tenues penè nudi, quibus terni quaterníve floſculi ſinguli ſingulis pedicellis inſidentes, pallidi, quinq; foliolis conſtantes, ex quorũ medio multa ſtaminula prodeunt, ſuccedunt calyces parui in quibus ſemen: radicem paruam repentem obtinet. Multum conuenit cum Sedo alpino tertio Cluſij hiſt. Pann. pag. 488. lib. 3. cap. 16. præſertim quoad foliorum ſitum, non autem formã: at non eadem eſt, cùm vtramq; ex alpibus Heluetiæ habeamus.

*VII.*

Alſine hederulæ folio.

Alſines quartum genus Fuch. icon. 8. pag. 13.

Morſus Gallinæ folio hederulæ Lobel. obſeru. pag. 247: & icon. pag. 463.

Quibuſdam Elatine: alijs Centunculus, nonnullis Lappago Plinij lib. 26. cap. 10.

Variat foliorum magnitudine & paruitate, flore purpuraſcente, aut dilutè purpuraſcente, interdum lacteo.

*IIX.*

Alſine ſymphyti petræi capitulis.

Alſine

Alſine alia Cluſij hiſt.Hiſp.pag.415.lib.2.cap.64.ſine icone.

*IX.*

Alſine ſcandens baccifera.

Alſine repens Cluſ.hiſt.Hiſp.pag.414.lib.2. cap.63.

An cacubalum Plinij, Cyclaminos altera Lucæ Ghini Lobel.obſer.pag.136.

Alſine repens C.Cluſij, an cacubalum Plinij Lobel. icon. pag.265.

Quibuſdam κυκλάμινος ἑτέρα Dioſcoridis lib. 2. cap. 195. alijs Cucubalum Plinij lib.27. cap.8: alijs Clymenon herba Plinij lib.25. cap.7.

*X.*

Alſine altiſſima.

Morſus gallinæ maius Brunfel.in 4. pag. 145.

Alſine maior Dodo.fol.Gall.pag.40.lib.1. cap.34.

Alſine maxima Lobel.icon.pag.460.

Alijs Alſine genuina Dioſcoridis: alijs Centunculus Plinij.

*XI.*

Alſine maior.

Alſine marina Dodo. fol. Gall. pag.39. lib.1. cap.34. ſine icone,

Alſine ſiue Hippia maior Lobel.icon.pag.459.

Hæc ludit ratione loci vt expreſſit Taber. duabus figuris nomine Alſine pa.706.& Alſine paluſtris pa.713.

*XII.*

Alſine media.

Morſus gallinæ primum genus Trago pag.385.lib.1. cap.126.

Alſine minor recentiorum ſiue Hippia minor Lobel. obſeru.pag.245: & icon. pag. 460.

XIII. Alſi-

*XIII.*

Alſine parietariæ folijs.

Alſines facie planta noua Columnæ part.2.pag.28.

*XIV.*

Alſine aquatica.

Alſine fontanæ Tabern. fol. pag.384.Tom.2.ſect.11. cap.2: & icon. pag.712.

*XV.*

Alſine aquatica altera.

Alſine fluuiatilis Tabern.fol.pa.385.Tom.2. ſect.11. cap.2: & icon.pag.713.

Hoc nomine Io.Hen. Cherlerus Geneuâ miſit.

*XVI.*

Alſine oblongo anguſtifolio.

Alſine maxima Lugd.pag.1233. lib.11. cap.11.

*XVII.*

Alſine minor multicaulis folio oblongo.

Morſus gallinæ ſpecies quarta Trago pag. 385.lib.1. cap.126.ſine icone.

Alſine minima Lob.obſer.pag.246: & icon.pag.461.

Hæc ſi in petroſis proueniat multo minor erit; quare Alſinem petream minimam Tabern. icon. pag.710. proponit, & Alſinem minorem pag.708.

*XIIX.*

Alſine minor capitulis lini cauliculis variè implexis.

Alſines minima Thalyo in ſua Harcyn. pag.11.

Variat hæc, altera ſuffrutici ſimilis, rigidis cauliculis, altera cauliculis eſt tenerioribus: tertia medio modo ſe habet, cauliculis non adeò implexis: & huius vt & prioris plures differentiæ notantur, foliorum longitudine, tenuitate, hirſutie, differentibus.

*XIX.*

Alſine minor folijs rotundis.

Alſine minor alia Thalyo pag. 11.

Variat, q alteri ſint latiora, rotũdiora, alteri ſubrotũdiuſcula & mucronata, alteri medio modo ſe habẽtia.

---

*XX.*

Alſine pratenſis glabra.

Alſine verna Lugd. pag. 1234. lib. 11. cap. 11.

Hæc quibuſdam Beluidere dicitur.

---

*XXI.*

Alſine alpina glabra.

Hæc ex radice oblonga lignoſa, plures cauliculos palmares, rotundos geniculatos emittit qui in ſummo in alios ramulos diuiduntur: folia ad quodlibet geniculum bina longiora & latiora quàm in pratẽſi & pallidiora: in cauliculorum ſummitatibus floſculi albi ex calycibus prodeuntes, maiores quã in prædicta, quibus ſuccedũt capitula minuta ſemine referta. Prouenit in Heluetiorum alpibus, vt in monte Spligel.

---

*XXII.*

Alſine alpina iunceo folio.

Herba eſt ferè palmaris, quæ ex radice caulem vnũ emittit, qui mox à radice in duos ramos brachiatur, ſinguli in ternos, quaternos, duorum tranſuerſorum digitorum longos brachiãtur, inter quos vnus ſemipalmaris exſurgit in ſummitate florem vnum, aliquãdo binos, ternos, ſuſtinens album foliolis quinq; conſtãtem ſatis ratione plantæ magnum qui ex calyculo prodit. Folia quæ minores ramulos inueſtiunt inordinata ſunt plura iuncta tenuiſſima, longa, rigida.

Hæc in montibus Helueticis & Sabaudicis prouenit.

---

*XXIII.*

Alſine ſemine globoſo.

Alſine nodoſa Lugd. pag. 1234. lib. 11. cap. 11.

*XXIV.*

Alſine tenuifolia muſcoſa.

Alſine muſcoſa Lugd. pag. 1235. lib. 11. cap. 11.

## *ANAGALLIS.*

Ἀναγαλλὶς Dioſcoridi lib. 2. cap. 209. Plinio lib. 25. cap. 13. Anagallida, aliqui Corchorum vocant.

Genera duo agnouit Dioſc. & Plin. loc. cit. flore tantum diſtantia: quæ cæruleo eſt flore fœmina, quæ phœniceo, mas Eidem dicitur. Recentioribus eſt alia aruenſis, alia aquatica: aruenſis phœnicea, cærulea, lutea: Aquaticæ etiam aliquot differentiæ occurrunt.

*I.*

Anagallis phœniceo flore.

Anagallis mas Brunfel. fol. pag. 238. Tom. 1. Rhapſ. 43. & 4. pag. 144.

Anagallis phœnicea mas Lobel. obſeru. pag. 247: & icon. pag. 465.

Hæc Dioſcoridis mas eſt; aliquibus corallina Aeginetæ: alijs Corcorus Plinij: alijs Molochia Serapionis.

*II.*

Anagallis cæruleo flore.

Anagallis fœmina Brunf. fol. pag. 238. Tom. 1. Rhap. 43: & 4. pag. 144.

Anagallis cærulea fœmina Lobel. obſeru. pag. 248: & icon. pag. 465.

Rariùs flore albo reperitur.

*III.*

Anagallis luteo flore nemorenſis.

Numularia ſyluatica vel mas Geſn. hort. pag. 268. b.

Anagallis lutea Lobel. obſeru. pag. 248: & icon. pag. 466.

*IV.*

Anagallis aquatica maior folio ſubrotundo.

Anagallis aquatica folio maximo Thalyo Harcyn. pag. 14.

Berula ſeu Anagallis aquatica Tabern.fol.pag. 390. Tom.2.ſect.11.cap.5. & icon.pag.719.

---

*V.*

Anagallis aquatica maior folio oblongo.

Berula maior Tabern. fol. pag. 389. Tom. 2. ſect. 11. cap.5.& icon.pag.719.

---

*VI.*

Anagallis aquatica minor folijs ſubrotundis.

Sion Brunfelſ. fol. pag.169. Tom.3. Rhapſ. 84. & 4. pag.269.

Anagallis aquatica Lobel. obſeru. pag. 248: & icon. pag.466.

Alijs Sion Dioſcoridis lib.2.cap.154. ſed non eſt, deſunt enim folia oluſatri & eorum odor: Alijs Samolus Plinij lib.25.cap.11. Alijs Cepæa Dioſc. lib.3.cap.168. ſed vbi ſunt folia portulacæ ſimilia? Alij ad Auriculam muris pertinere cenſent.

---

*VII.*

Anagallis aquatica minor folijs oblongis.

Sion nõ odoratum alterũ Trago pag.187.lib.1.c.61.

Anagallis aquatica minor 2. Tabern. fol. pag. 389. lib.2.ſect.11.cap.5.

---

*IIX.*

Anagallis aquatica folio rotundo non crenato.

Anagallis aquatica altera Lob.obſer. pag.249.

Anagallis aquatica tertia Eidem icon. pag.467.

Modò Alyſmatis, modò Cochleariæ ſpeciem Guilandinus nobis nominabat, cũ ad thermas Aponenſes collectã oſtenderemus. Samolus Plinij quibuſdã videtur.

tur, licet nō deſint, q velint Samolum, Pulſatillam eſſe.

*IX.*

Anagallis aquatica anguſtifolia.

Planta eſt cubitalibus caulibus, ſtriatis, lęuibus, geniculatis non ramoſis, ad quorum ſingula genicula folia ſemper bina ſine pediculis appoſita, anguſtiſſima duos aut tres tranſuerſos digitos longa acuminata: ex foliorum penè omnium ſinu prodeunt pediculi ſemipalmares & etiam breuiores ſurſum ſpectantes, & capreolorum modo ſe intorquentes, quibus vtrinque pedicelli alij inordinati adpoſiti floſculos paruos anagallidis aquaticæ ſuſtinentes, quibus ſuccedunt thecæ geminæ ſemen continentes, ex quarum medio filamentum prodit. In aquoſis Heluetiæ prouenit, & à Valerio Polano allata. Hanc quia aliquid ſimilitudinis habet cū Anagallide aquatica quarta Lob. icon. pag. 467. putabam primò eandem, ſed non eſt, vt facilè patebit ei qui hanc noſtram deſcriptionem cum figura contulerit; hanc tamen Lobelij necdum nouimus.

## *AVRICVLA MVRIS.*

Μυὸς ὦς ſiue μυὸς ὠτὶς Muris auricula, quam Myoſotida vocant Dioſcoridi lib. 2. cap. 214. Myoſota ſiue Myoſotis Plin. lib. 27. cap. 12.

*I.*

Auricula muris magno flore ſiue Alſine hiſpida.

Auricula muris quibuſdam Dodo. fol. Gall. pag. 41. lib. 1. cap. 35.

Alſine ſpuria tertia Dodo. fol. lat. pag. 31. pempt. 1. lib. 2. cap. 10. ſine icone.

*II.*

Alſine hiſpida altera viſcoſa (quia cauliculi viſcido muco ſcatent.)

Auricula muris tertia Dodo. fol. Gall. pag. 41. lib. 1. cap. 35. ſine icone.

Alſine ſpuria quarta Dodo. fol. lat. pag. 31. pempt. 1. lib. 2. cap. 10. ſine icone.

---

*III.*

Alſine hiſpida minor.

Alſine hiſpida minuta Thalyo in Harcyn. pag. 12.

---

*IV.*

Auricula muris Matth. fol. lat. pag. 431. lib. 2. cap. 179. & icon. 4. pag. 371. Dodo. fol. Gall. pag. 41. lib. 1. ca. 35. Lacunæ pag. 258. lib. 2. cap. 174.

Vna & eadem numero eſt figura. Sed quid ſit ignoramus, niſi fortè eam intelligant, quam Alſinē Myoſotin appellat Lobelus icon. pag. 461. quam Echium Scorpioides aruēſe vocamus: ſed minùs rectè expreſsū.

---

## *ELATINE.*

Ἐλατίνη Dioſcoridi lib. 4. cap. 40. Elatine Plinio lib. 27. cap. 9.

*I.*

Elatine folio ſubrotundo.

Veronica fœmina Matth. fol. lat. pag. 468. lib. 3. cap. 25. & icon. 4. pag. 411. Fuch. fol. lat. pag. 167. cap. 59. & icon. 8. pag. 94.

Elatine Dioſcoridis Aduerſ. pag. 197. Lobel. icon. pag. 470.

---

*II.*

Elatine folio acuminato.

Elatine Matth. fol. lat. pag. 647. lib. 4. cap. 36. & icon. 4. pag. 678.

Elatine altera Lobel. icon. pag. 470.

Variat ratione loci, in agris hirſutior, in hortis glabrior & lætiùs virens.

---

# SECTIO SECVNDA.

*HELIOTROPION: ECHIVM: ONOSMA: Anchuſa: Lycopſis: Bugloſſum: Borrago: Cynogloſſa: Cerinthe: Lithoſpermum: Symphytum: Pulmonaria, Conſolida media, Brunella: Bellis.*

## *HELIOTROPION.*

HΛΙΟΤΡΟ΄ΠΙΟΝ Dioſcoridi li.4.c.193. quod τὰ φύλλα τῇ τοῦ ἡλίου κλίσει συμπεριτρέπεται quòd folia cum Sole circumagat: cui & Σκορπίουρος, quod ramuli cum floribus Scorpionũ caudæ modo inflectantur. Solaris herba (vt Gaza vertit) Theophr. 7. hiſt. 3. & 9. Plinius lib. 22. cap. 21. Heliotropium quòd cum Sole ſe circumagat, etiam nubilo die, tantus ſideris amor eſt, noctu velut deſiderio contrahitur cæruleus flos.

Genera duo Dioſcoridi maius flore cãdido, aut ſubfuluo: paruum ſemine verrucarũ (hinc verrucaria) modo penſili. Plinio l.c. etiam genera duo, tricoccum (paruum) & helioſcopium (magnum intelligit.)

*I.*

Heliotropium maius Dioſcoridis.

Heliotropium maius Matth. fol. lat. pag. 799. lib. 4. cap. 185. & icon. 4. pag. 916.

Heliotropium maius & herba cancri barbaris Lobel. obſ. pag. 132. & icon. pag. 260.

---

*II.*

Heliotropium repens.

Heliotropiũ ſupinũ Cluſ. hiſt. Hiſp. pa. 394. li. 2. ca. 54.

---

*III.*

Heliotropium minus tricoccum.

Heliotropium minus quod & tricoccum cognominant Geſn. hort. pag. 261.

Helio-

Heliotropium paruum Dioſcoridis Lobel. obſ. pag. 133.&icon.pag.261.

*IV.*

Heliotropium minus alterum.

Heliotropium minus Aduerſ. pag. 101. & Lob. icon. pag. 261.

*V.*

Heliotropium alterum Matth. fol.lat. pag. 799. lib.4 cap.185.&icon.4.pag.918.quid eſt?

## *ECHIVM SCORPIOIDES.*

ECHium vocamus ſequentes propter foliorum formam: Scorpioides eò quòd ramulos floribus onuſtos caudis Scorpionum inſtar contorqueant; & cùm aliqui ad Heliotropium referant, mediam locauimus inter Heliotropium & Echium.

*I.*

Echium Scorpioides aruenſe.

Auricula muris minor 3. Trago pag. 278. lib. 1. cap. 93. ſine icone: Euphraſia 4. & Piloſella ſylu. Eidem pag. 328. lib. 1. cap. 108. ſine icone.

Myoſotis hirſuta reptans Lob. obſ. pag. 245.

Alſine myoſotis, ſiue auricula muris Lobel. icon. pag. 461.

Alijs Heliotropij minoris: alijs Heliotropij maioris: alijs Echij paluſtris: alijs Scorpioidis ſpecies: alijs denique Elatine Dioſcoridis.

Variat magnitudine, aliquãdo enim quadruplo maior eſt, quo ad omnes ſui partes quàm eſt vulgata cumque hiſpidior eſt.

*II.*

Echium Scorpioides paluſtre.

Cyno-

Cynogloſſa minor Brunſel. fol. pag. 176. Tom. 1. Rhapſ. 28. & 4. pag. 83.

Euphraſia cærulea vel 3. Trago pag. 327. lib. 1. cap. 108. ſine icone.

Myoſotis Scorpioides partim repens, partim erecta Lobel. icon. pag. 462.

Hoc communiter glabrum, aliquando leuiter hirſutum: flore eſt cæruleo, aliquando niueo.

---

## *ECHIVM.*

Ἔχιον ἢ ἀλκιβιάδιον Dioſcoridi lib. 4. cap. 27. cuius radices nigricant. Echium dictum volunt quòd contra viperarum ictus ſit vtile, alij quòd floreſcat capitulis viperę ſimilib⁹: ſed Dioſcoridi quòd ſemina κεφαλῇ ἔχεως ὅμοια capiti viperino ſimilia habeat. Plinius lib. 25. cap. 9. Echij meminit duplicis folijs pulegij; alterum tamen dicit ſpinoſum cui & capitula viperæ ſunt ſimilia: quæ de Climatide quidam interpretantur, cum cap. 15. lib. 24. Clematis Echites dicatur, quòd vtilis ſit Viperarum & Scorpionum morſibus: Verùm Dioſcoridis Echion, Plinius lib. 22. ca. 20. Pſeudoanchuſæ nomine expreſſit.

*I.*

Echium vulgare.

Echium Matth. fol. lat. pag. 638. lib. 4. cap. 25. & icon. 4. pag. 661.

Echium floribus purpurantibus rubellis Lobel. obſ. pag. 312.

Echium ſiue Bugloſſum ſylueſtre Lob. icon. pa. 579. Anchuſæ ſpeciem ſunt qui faciant.

Variat colore floris qui ex purpura rubet, communiter cæruleus eſt: habetur & albo hocque maius & aſperius eſt, cuius figuram exhibet Camer. in Matth. Epit. pag. 738.

Huius caulis aliquando duorum triumúe tranſuer-

ſorum digitorum latus inuenitur, quemadmodum in Beta, & alijs pluribus obſeruare eſt.

---

*II.*

Echium rubrum Creticum.

Priori minus eſt, ſed ramoſius, paucioribus floribus, eleganter rubent, tota planta Lycopſin alteram Anglicam Lobel. icon. pag. 579. plurimùm refert. In horto Illuſtriſſimi Ducis VVirtembergici Montembelgardi prouenit.

---

*III.*

Echium ſylueſtre primum lanuginoſum.

Echium primum, & Echium pullo flore, Cluſ. hiſtor. Pann. pag. 679. lib. 4. cap. 11.

---

*IV.*

Echium ſylueſtre ſecundum hirſutum maculatum.

Echium 2. & Echium rubro flore Cluſ. hiſt. Pann. pag. 682. lib. 4. cap. 11.

Color floris nunc intenſior, nunc dilutior.

---

*V.*

Echium alpinum luteum.

Echium montanum Dalechampij Lugd. pag. 1106. lib. 10. cap. 5.

Caudæ vulpinæ nomine miſſa fuit ex Geneuenſium montibus, cum Trachelio θυρσοειδεῖ Cluſ. hiſt. Pann. pag. 688. lib. 4. cap. 13. conuenit.

---

## *ONOSMA.*

ONοσμα Dioſcoridi lib. 3. cap. 147. quod folijs dicit Anchuſę ſimilibus ſine caule ſemine & flore. Idem habet Plinius lib. 27. cap. 12. ſub Onoſmate.

Onoſma Matth. fol. lat. pag. 583. li. 3. ca. 130. & icon. 4. pa. 571. Lacunæ pa. 357. li. 3. ca. 141. Caſtori pa. 319. Lonicero pa. 275. parte 2. ca. 342. Lugd. pa. 1107. li. 10. cap. 6.

cap. 6. Tabern. icon. pag. 850. Hi cum vnam ac eandem figuram habeat. Eſſe autem Lycopſi cognatam, & in Anchuſis habendam figura oſtendit. Hactenus plantam non vidimus.

---

## *ANCHVSA.*

ANχέσα Dioſcoridi lib. 4. cap. 23. dicta παρὰ τὸ ἄγχειν videtur, quòd habeat vim ſuffocatoriam & ſtrangulatoriam. Alijs ſic dicta à florido radicis colore, ſiquidem ἀγχέζειν Græcis erat fuco illinire: diſtinguuntur enim Anchuſæ ab Echio, Lycopſide & Bugloſſa ſolo radicis ſanguineo colore quo manus inficiuntur; monente etiam Dioſcoride.

Genera tria Dioſcoridi: 1. quæ ὀνόκλεια folijs lactucæ hirſutis: 2. quæ ἀλκιβιάδιον ἢ ὀνοχειλὲς quę priore minor: 3. ſecundæ non diſſimilis ſemine puniceo. Plinius lib. 22. cap. 20. Anchuſam habet, quæ prima eſt apud Dioſcoridem: At lib. 27. cap. 5. Alcibion proponit, quod ſecundum genus eſt Anchuſę apud Dioſc. Sed de hac plenius agit ſub Onochites nomine lib. 22. cap. 21.

*I.*

Anchuſa folijs floribus Echij.

Anchuſa Aduerſ. pag. 247. ſine icone.

---

*II.*

Anchuſa maior luteis floribus.

An Anchuſa 3. Matth. fol. lat. pag. 637. lib. 4. cap. 230. & icon. 4. pag. 660.

Anchuſa Geſn. hort. pag. 246. b.

Anchuſa lutea Aduerſ. pa. 349. & Lob. icon. pa. 578.

Variat floris colore, qui modò luteus, modò albus, modò ex albo palleſcens.

Lugduno accepimus, & in montibus Euganeis legimus.

---

*III.*

Anchuſa altera puniceis floribus.

An Anchuſa 2. Matth. fol. lat. pag. 636. lib. 4. cap. 23. & icon. 4. pag. 659. (pag. 578.
Anchuſa parua Aduerſ. pagin. 248. & Lobel. icon.

*IV.*

Anchuſa minor Patauina.
Anchuſam minorem Galeni: & Anchuſam 4. Dioſcoridis Guilandinus nominare ſolebat.
Hanc videtur Camer. in Epit. Matth. exprimere pag. 736. Anchuſæ tertiæ nomine.

*V.*

Anchuſa anguſtifolia ſeu pſeudoanchuſa.
Anchuſa lignoſior anguſtifolia Aduerſ. pag. 248. & Lobel icon. pag. 578.

## *LYCOPSIS.*

Αὐκωψις quæ & quibuſdam Α'γχουσα, quia radice etiã rubrâ eſt Dioſcoridi lib. 4. ca. 26. Lycopſis Plinio lib. 27. cap. 11. Sunt qui velint Bugloſſam noſtram eſſe ipſam Lycopſiden veterum. Sic dicta fortè ab hiſpida caulis foliorum & florum impexa hirſutie pedem lupinum imitata.

*I.*

Lycopſis.
Cynogloſſum Dioſcoridis Matth. fol. lat. pag. 738. lib. 4. ca. 124. & icon. 4. pag. 829. Cynogloſſum ſeu Lingua canina. (579.
Lycopſis altera Anglica Lob. obſ. pa. 312. & icon. pa.
Aliquando caule caret, vt Matth. pingit, aliquando verò caulem habet quemadmodum vtrumque Lobel. ſua figura expreſſit.
Variat Monſpeliaca quæ flore eſt dilutè purpureo ab Anglica, cuius flos ſaturatius eſt purpureus.

*II.*

Lycopſis Aegyptiaca.

Lyco-

Lycopſis Dioſcoridis Cynogloſſi genus Rauvvolffio in ſuo Hodæpor.num. 120.& ex eo Lugd. in app. pa.28.

## *BVGLOSSA ET BORRAGO.*

Βούγλωσσον Dioſcoridi lib.4.cap.128.quòd bubulas imitetur linguas. Dicitur & εὐφρόσυνον,eò quòd in vinum coniecta animi voluptates augeat,vt habet Dioſcorides, & ex eo Plinius lib.25. cap.8.cui Bugloſſos, boum linguæ ſimilis dicitur; Borrago verò quæ officinis,ad imitationem Marcelli dicitur,vera cenſetur veterum Bugloſſa, quæ tamen ab officinarum Bugloſſa diuerſa, & hanc aliqui veterum Lycopſin eſſe volunt, & rectiùs quàm ij qui Cirſium dicunt: alij Bugloſſum etiã veterum ſtatuunt. Nos vtrumq; pro Bugloſſa agnoſcimus,ipſam Borraginem officinarum Bugloſſam latifoliam, & Bugloſſam officinarum Bugloſſam anguſtifoliam nominantes.

*I.*

Bugloſſa latifolia Borrago dicta.

Borrago Brunfel.fol. pag. 113. Tom. 1. Rhap.17. & 4. pag.26.

Bugloſſum latifolium ſiue Borrago Lobel. obſeru. pag.309. & icon. pag.575.

Hæc quibuſdam Bugloſſa veterum: alijs Lycopſis.

Variat colore floris, qui communiter cæruleus, aliquando candidus; ſic ex palleſcente roſeus.

*II.*

Bugloſſa latifolia ſemper virens.

Bugloſſum ſemperuirens Aduerſ.pag.247. & Lobel. icon.pag.575.

Quidam cenſent Lycopſin eſſe Dioſcoridis & Plinij.

*III.*

Bugloſſum luteum.

An Hieracium maius Creticum ſatiuum Geſn. hort. pag.261.b.

Bugloſſum echioides luteum hieracio cognatum Lobel.icon. pag. 577.

Fortè ὀνοκίχλη Theophraſti, ab aſinis cognominata, & cichoraceis adnumerata.

---

*IV.*

Bugloſſum anguſtifolium maius.

Bugloſſa Italica Trago pag. 232. lib. 1. cap. 77.

Bugloſſum anguſtifolium Lobel. obſeru. pag. 310: & icon. pag. 576.

Alijs Bugloſſa veterum; alijs Lycopſis; alijs Cirſium: alijs Echium: alijs Anchuſa.

Variat colore floris; qui cæruleus, albus, rubeus, & interdum variegatus. Folijs etiam in magnitudine & paruitate ludit; Hinc tres figuræ nomine Bugloſſæ vulgaris, Italicæ maris & Italicæ fœminæ nomine apud Tabern. icon. pag. 418. 419. & 420.

---

*V.*

Bugloſſa folijs ſinuoſis flore albo. Hac ſolum folijs latioribus & inſtar Cichorij (ſed nō ita profundè ſinnoſis, & flore albo, qui cum ramulo inſtar Scorpioidis incuruatur, à priori differt.

---

*VI.*

Bugloſſum anguſtifolium minus.

Cirſium Germanicum Fuchſ. fol. lat. pag. 342. c. 128.

Echium lanuginoſum primum Eidem icon. pag. 152.

Echij facie Bugloſſum minimum flore rubente Lob. obſeru. pag. 310: & icon. pag. 576.

Quibuſdam Anchuſæ genus eſt.

---

*VII.*

Bugloſſum ſylueſtre maius nigrum.

Bugloſſum alterum flore nigro Matth. fol. lat. pag. 738. lib. 4. cap. 123. & icon. pag. 828. vbi ſylueſtre appellatur.

Habe-

Habetur nigro & albo flore.

*IIX.*

Bugloſſum ſylueſtre minus.

Bugloſſum ſylueſtre Brunfel. fol. pag. 111. Tom. 1. Rhap. 17: & 4. pag. 25. & Dodo. fol. lat. pag. 617. pemp. 5. lib. 1. cap. 10. Echium Fuch. fol. lat. pag. 261. ca. 111.

Echium Germanicũ ſpinoſum Fuch. icon. pag. 151.

Quibuſdam Anchuſę genus: alijs Lycopſis ſylu.

Flore eſt communiter cæruleo, rariùs albo.

*IX.*

Bugloſſum ſylueſtre minus alterum.

Bugloſſa ſylueſtris Trago pag. 234. lib. 1. cap. 77.

Lycopſis Lonicero pag. 176. lib. 2. cap. 154: & Lugd. pag. 1104. lib. 10. cap. 4.

Flos ex cæruleo purpuraſcit, nonnullis candidus eſt.

*X.*

Bugloſſo prædicto ſimile, ſi non idem.

Cynogloſſon Trago pag. 230. lib. 1. cap. 76.

Lycopſis Fuch. icon. pag. 264.

*CYNOGLOSSVM.*

Κυνόγλωσσον Dioſcoridi lib. 4. cap. 129. id eſt Lingua canina à foliorum forma, quæ latifoliæ plantagini ſimilia ſcribit Dioſcorides. Plinio lib. 25. cap. 8. Cynogloſſos caninas imitans linguas topiarijs operibus gratiſſima. Eſt alia ſimilis ei, quæ ferat lappas minutas, hanc officinarum Cynogloſſum aliqui credunt: at neutra Dioſcoridis eſt.

*I.*

Cynogloſſum maximum hortenſe.

Cynogloſſum maximum Lobel. obſeruat. pag. 313. ſine icone.

Hoc

Hoc duplo eſt maius folijs floribus & ſeminibus ipſo vulgato.

*II.*

Cynogloſſum maius ſylueſtre.

Cynogloſſa maior Brunſ.fol.pag.175.Tom.1.Rhap. 28: & 4.pag.82.

Cynogloſſum vulgare Matth. fol.lat. pag.739.lib.4. cap.124: & icon 4.pag.830. Lobel.obſeru. pag.313: & icon.pag.580. duas proponũt figuras vt & Dodonęus abſque flore & cum flore,hocque floridum Matthiolus appellat.

Reperitur aliquando & flore albo: ſæpe ſine caule, quod tamen à caulifero diuerſum non eſt.

*III.*

Cynogloſſum Harcynicum.

Cynogloſſum ſyluaticum Harcynicum Thalyo Harcyn.fol.31.

*IV.*

Cynogloſſum ſemperuiuens.

Cynogloſſum folio viridi Iohanni Bauhino.

Folio magno eſt viridi non incano & albicante vt vulgaris,odore etiam illo graui deſtituitur, floſculis eſt paruis rubentibus, quibus ſuccedunt lappulæ vulgari ſimiles in quibus ſemẽ ex quo deciduo ſe renouat. Hoc ante aliquot annos in monte prope Maſmünſter reperi & in hortum Illuſt. Principis tranſtuli: poſtmodum inter Rappelſchvvilam & S. Mariam in vmbroſo monte reperi. vnde Lutetiam & Stutgardiam in Illuſt. Ducis hortum tranſmiſi. Aprili & Maio floret. Hactenus Ioh. Bauhinus.Hoc Montembelgardi collegimus.

Meminit Cæſalpinus cuiuſdam in montibus latiore folio,breuiore caule, ſpecioſo flore, quid velit non aſſequimur.

*V.* Cyno-

*V.*

Cynogloſſum medium.

Cynogloſſa minor Cordo in Dioſc. pag. 71.b. lib. 4. cap. 129.

Cynogloſſum puſillum Narbonenſe Aduerſar. pag. 250: & icon. pag. 581.

Monſpelij obſeruauimus vnde etiã Doctor Paſchalis ad nos vnà cum multis alijs miſit.

---

*VI.*

Cynogloſſum minus.

Elatine Dioſcoridis: Helxines altera Galeni & Aeginetæ Trago pag. 196. lib. 1. cap. 64.

Lappula ruſticorum Lugd. pag. 1240. lib. 11. cap. 13.

---

*VII.*

Cynogloſſa topiaria ſeu repens.

Alyſſon Germanicum echioides Lobel. obſeru. pag. 466. & icon. pag. 803.

Quibuſdam Aparine Plinij lib. 27. cap. 5. alijs eiuſdẽ lib. 22. cap. 17. Parthenium, cui potius Cynogloſſos topiarijs operibus gratiſſima eiuſdem.

---

*IIX.*

Cynogloſſum montanum maius ſeu Cerinthe.

Cerinthe Geſn. hort. pag. 252.b. & Cynopraſſus mõtana quibuſdam pag. 256.

Cerinthe maior Lob. obſer. pag. 215. & ic. pag. 369.

Quibuſdam Maru ſeu Almaru, tertium Auicennæ. Telephium Dioſcoridis quibuſdam.

Variat flore luteo, purpuroluteo, & purpureo: hoc maius nondum nobis viſum.

---

*IX.*

Cynogloſſum montanum minus.

Cerinthe Plinij Aduerſ. pag. 172. & Lobel. icon. pag. 397. Plinius lib. 21. cap. 12.

---

## *LITHOSPERMVM.*

Λιθόσπερμον recenſuit Dioſcorides lib. 3. cap. 158. quod à ſeminis duritie nomē acceperit, folijs oleę mollioribus, ſemine erui magnitudine: Et Plinius lib. 27. cap. 11. Lithoſpermon & Dioſpyron. Lapillos dicit magnitudine ciceris, & quæ pediculis adhæreant, cauernulas habere, & intus ſemen.

*I.*

Lithoſpermum minus repens.

Lithoſpermum maius Dodo. fol. Gall. pag. 204. lib. 2. cap. 90: & Lobel. obſeru. pag. 245: & icon. pag. 458.

Flos partim rubens, partim cæruleus.

Ad Echium vel ad Anchuſas referri poteſt. Hoc Lithoſpermum Dioſcoridis & Plinij eſſe aliqui volunt.

*II.*

Lithoſpermum minus erectum.

Lithoſpermum Anchuſæ facię Lob. obſer. pag. 245: & icon. pag. 458.

Multum cum præcedenti conuenit, diſcrepat tamen in eo, quod non vt prius repat cauliculis, ſed erigatur.

*III.*

Lithoſpermum aruenſe radice rubra.

Lithoſpermon ſylueſtre Trago pag. 534. lib. 1. cap. 183. ſine icone: & Dodon. fol. Gall. pag. 204. lib. 2. cap. 90. ſine icone.

Anchuſa degener facie mihi ſolis ſemine Bugloſſi aut Iuæ rotundiore, radice rubra, Lobel. icon. pag. 459.

Anchuſæ ſpeciem multi faciunt.

*IV.*

Lithoſpermum maius erectum.

Milium Solis ſatiuum Trago pag. 534. lib. 1. cap. 183.

Lithoſpermum minus Lobel. obſeru. pag. 244. & icon. pag. 456.

*V.*

Lithoſpermum arundinaceum: an Dioſcoridis & Plinij?

Lithoſpermum maius Trago pag. 916. lib. 2. ca. 140. ſine icone.

Lachryma Iobi ſeu Chriſti Aduerſ. pag. 16: & Lobel. icon. pag. 44.

Alij inter arundines recenſent; alij inter Lithoſperma, & rectè. Quibuſdam Coix Theophr. lib. 1. cap. 16. arundineis folijs inſignis.

---

*VI.*

Lithoſpermum minimum paſſerina dictum.

Paſſerina Trago pag. 535. lib. 1. cap. 183.

Lithoſpermum ſylueſtre minus Dodo. fol. Gall. pag. 204. lib. 2. cap. 90. ſine icone.

---

*VII.*

Paſſerina altera Monſpeliaca.

Paſſerina linariæ folio & Chryſocome altera Mutoni Lobel. obſeru. pag. 224: & icon. pag. 411.

Non ſemper vno caule exſurgit, ſed pluribus quorum alij ad radicem vix tres tranſuerſos digitos alti, non ſecus maiore caule florentes: Monſpelio Doctor Paſchalis etiam miſit.

---

## *SYMPHYTVM.*

Σύμφυτον Dioſcorides lib. 4. cap. 9. & 10. proponit, ſic dictum à conglutinandi facultate quâ pollet; hinc Latinis & vulgo Conſolida maior.

Genera duo propoſuit: alterum petræum paruum Origano ſimile, capitulis thymi odoratũ, &c. hoc Alum nominauit Plin. lib. 27. cap. 6. de quo non agimus: alterum ἄλλο cognominatum caule bicubitali folijs Buglosſo proximis hirſutis, floribus luteis, &c.

*I.*

Symphytum ſeu conſolida maior.

Conſolida maior mas & fœmina Brunfel.fol.pag.75 Tom.1.Rhap.9.& 4.pag.8.Trago pag.239.lib.1.ca.79.

Symphytum alum,ſeu alus Lobel.obſer.pag.315.& icon.pag.583.

Variat flore, qui communiter ex purpuro cæruleus & marem faciunt: aliquando ex pallido & luteo colore candicat,fœminamque dicunt: Hinc duæ icones apud Brunfelſum maris & fœminę nomine: & apud Tabernæmontanum icon.pag.559. Symphyti maioris flore albo,& flore purpureo nomine:reperitur & luteo flore.

---

*II.*

Symphytum maius tuberosâ radice.

Symphytum tuberoſum Lobel. obſeru.pag.315:& icon.pag.584.

Floribus eſt pallidis,vel ſubluteis.

---

*III.*

Conſolida maior amplexicaulis flore purpureo Thalyo,in ſua Harcynia pag.28. quid eſt?

---

*IV.*

Symphytum maculoſum ſeu Pulmonaria latifolia.

Pulmonaria & pulmonalis Dodon. fol. Gall.pag.95. lib.2.cap.83.

Pulmonaria maculoſa Lob.obſer.pag.317.& ic.pag. 586.

Pulmonaria Plinij quibuſdam Callæ alterum genus apud Plinium lib.27.cap.8.duo enim genera proponit, vnum Aro ſimile quod Ariſarum eſt: alterum quibuſdã Anchuſum dictũ folijs lactucæ plumoſis; radice rubra.

Reperitur folijs albis punctis notatis & non notatis: floribus eſt communiter ex cæruleo rubentibus: aliquando etiam albis: marem & fœminam pingit Tabernæmontanus icon.pag.557.& 558.

---

*V.* Sym-

*V.*

Symphytum ſeu Pulmonaria anguſtifolia.

Pulmonaria ſecunda cæruleo flore Cluſ. hiſtor. Pann. pag. 674. lib. 4. cap. 9.

Flos antequam aperiatur ex purpura rubet, explicatus eleganter cæruleus eſt.

*VI.*

Symphytum ſeu Pulmonaria anguſtifolia altera.

An Conſolida maior ſylu. Trago. pag. 239. lib. 1. cap. 79. ſine icone?

Symphytum ſylueſtre Cordo hiſtor. pag. 131. lib. 2. cap. 34.

Pulmonaria folijs Echij Lob. icon. pag. 586.

Huius flores primùm rubent, dein cærulei ſaturatioris coloris fiunt: alia huic ſimilis, floribus ſolùm pulchrè rubentibus diſcrepans.

*VII.*

Symphytum repens Borraginis facie.

Symphytum pumilum repens Boraginis facie ſeu Borrago minima Herbariorum Lobel. obſer. pag. 311. & icon. pag. 576.

## *CONSOLIDA MEDIA.*

*I.*

Conſolida media cærulea pratenſis.

Conſolida media Brunfelſ. fol. pag. 95. Tom. 1. Rhap. 14. & 4. pag. 153.

Prunella cærulea vel prior Trago pag. 309. lib. 1. cap. 103. ſine icone.

Bugula quibuſdam Prunella Lobel. obſ. pag. 252. & icon. pag. 474.

Quibuſdam Chamæciſſos quę ſpicata apud Plinium lib. 24. cap. 15. alijs Anonymos Plinij lib. 22. cap. 4. & lib. 27. cap. 5.

Flore communiter eſt cæruleo, aliquando albo, cinereo: Variat folijs vel ſolùm leuiter inciſis, vel ſinuatis, latioribus, anguſtioribus.

*II.*

Conſolida merlia cærulea alpina.

Hæc ad cubitalem accedit altitudinem, caule eſt quadrato, ſtriato leuiter hirſuto inani, qui paruis folijs geminis ex oppoſito ſitis veſtitur, hi oblongis donantur pediculis, qui anguſti ſunt, trium tranſuerſorum digitorum longi per ambitum inciſi, leuiter hirſuti ſurſum ſpectantes: in caulis ſummitate: flores tanquam in ſpica cærulei: radix fibroſa, in monte Italiæ Baldo prouenit.

*III.*

Conſolida media purpurea pratenſis.

Prunella purpurea vel 4. Trago pag. 310. lib. 1. c. 103.

Conſolida media purpurea Fuchſ. fol. lat. pag. 391. cap. 146. & icon. 8. pag. 221.

Hanc à prima diſtinguimus, non ſolùm propter florem, qui rubicundioris diluti coloris eſt, ſed propter folia quæ rotundiora, & non ſolùm non laciniata, ſed etiam parùm crenata, imò aliquando ſine crenis, & nõ erecta, ſed repens eſt. Similem luteis floribus à D. Ioh. Delabero Doctore Anglo habemus.

*BRVNELLA.*

BRunella dicitur ab effectu eò quòd faucium, & linguæ inflammationibus, ſeu potius malo caſtrenſi Germanis **die breun** dicto, quod mali videtur Eryſipelas cerebri ab Aegineta lib. 3. dictum, medeatur, vnde & nomen Latinum: alijs ex conſolidæ eſt ſpeciebus.

*I.*

Brunella maior folio non diſſecto.

Brunella Brunfel. fol. pag. 26. Tom. 3. Rhap. 3. & 4. pag. 153.

Pru-

Prunella vulgaris & 6. Trago pag. 310. lib. 1. cap. 103.

Brunella Symphytum petræum Lobel. obſeru. pag. 251. & Symphytum petræum. Eidem icon. pag. 474.

Quibuſdam Symphytum petræum: alijs polycnemon Dioſcoridis.

Flore communiter purpureo, vel cæruleo punicante: aliquando ex diluto cæruleo albicante, rariùs albo: caulem alij glabrum, alij hirſutum ac rectiùs pingunt. Folia etiam aliquando integra, aliquando leuiter crenata.

---

*II.*

Brunella minor folio rigido integro.

Ex Gallia Narbonenſi attulimus Brunellam palmarem, quæ ex radice parua fibroſa communiter vnicum caulem emittit, ſtriatum leuiter hirſutum, quem folia cingunt bina ſibi reſpondentia, oblonga, anguſta, rigida vndique hirſuta, nec quicquam crenata, quæ per medium coſta eleuata diuidit: in cauliculi ſummo capitulum ſpicatum floribus obſcurè purpuraſcentibus onuſtum. Figura apud Tabernæmontanum pag. 553. in icon. ſatis conueniret, ſi folia eſſent media parte anguſtiora, & etiam longiora.

---

*III.*

Brunella minor folio laciniato.

Symphytum petræum Lobel. obſer. pa. 251. & icon. pag. 475.

Flos vel purpureus, vel carnei coloris, vel cinereus vel niueus: ſic reperias aliquando vbi non ſolùm ſuperiora, ſed omnia folia eleganter ſint laciniata.

---

*IV.*

Brunella cærulea magno flore.

Pru-

Prunella cærulea altera vel Prunella 3. Trago pag. 309. lib. 1. cap. 103. ſine icone.

Prunella prima & maior Cluſ. hiſtor. Pann. pag. 606. lib. 3. cap. 50.

Aliquando ſaturatius purpuraſcit, nonnunquam dilutioris, & quaſi exalbidi coloris.

*V.*

Brunella minima alba.

Brunella candida altera vel 7. vel fœmina Trago pag. 311. lib. 1. cap. 103. ſine icone.

Hæc etiam circa Geneuam reperitur, flore purpuraſcente, vbi tota planta tres tranſuerſos digitos altitudine non excedit.

*VI.*

Brunella Italica.

Romæ in monte Teſtaceo & etiam in via Romana, reperitur plantula palmaris, caule rotundo ſtriato, leuiter hirſuto, folijs paucis profundè in aliquot lacinias diuiſis cincto, quorum inferiora minora & in ternas lacinias diuiſa; flores habet in ſummo, tanquam ex ſpica (quam foliola etiam laciniata cingunt) prodeuntes galericulatos ex purpura nigricãtes, rariùs enim infrà ſpicam flores profert: radix exilis nigricans. Euphraſię ſpeciem Vlyſſes Bononienſis Botanicus facit.

## *BELLIS.*

BEllides etiam conſolidas nominant, aliqui medias, alij minores, quare de his in præſens. Hæc non videtur à Græcis deſcripta: at apud Plinium lib. 26. cap. 5. habetur Bellis in pratis naſcens, flore albo, aliquatenus rubente: & lib. 21. cap. 8. Bellio luteus paſtillicantibus quinquagenis quinis barbulis coronatum pratenſes flores, &c. Non deſunt qui velint apud Theophr. 7. hiſt. 9. eſſe Anthemidis foliacei ſpeciem: Nigellam folioſam vertit Gaza.

I. Bellis

*I.*

Bellis ſylueſtris caule folioſo maior.

Parthenij quinta ſpecies, ſeu Oculus bouis vel vaccinus Brunfel. fol. pag. 254. Tom. 1. Rhap. 49. Et Buphthalmos Eidem in 4. pag. 111.

Bellis maior ſiue conſolida media vulnerariorũ Lob. obſ. pag. 263. & icon. pag. 478.

Hæc rariſſimè flore pleno reperitur.

*II.*

Bellis alpina maior.

Hæc ex radice ſerpente, lignoſa, nigricante, & ab vna parte fibras ſpargente caulem emittit vnicum cubitalẽ altitudinem excedentem rotundum ſtriatum, ad radicẽ villoſum, circa quem folia pediculis carentia quinque vel ſex digitorum tranſuerſorum longa, anguſta rigida, ex rotunditate acuminata, per circumferentiam crenata, nullo ordine diſpoſita, in caulis ſummo flos vnicus medio luteus, quem plurima folia alba cingunt, totusq́ue flos multo priori maior eſt: hæc in Baldo monte Veronenſi prouenit.

Altera ſpecies, ſed caule breuiore folijs duplo triplóve anguſtioribus, & breuioribus, leuiùs crenatis, nec rigidis, in exquiſitum acumen deſinentibus, flore quin etiam minore, in montibus Euganeis Patauinis prouenit.

*III.*

Bellis lutea folijs profundè inciſis maior.

Bellis maior lutea Trago pag. 143. lib. 1. cap. 45.

Chryſanthemum Segetum Lobel. obſeru. pag. 298. & icon. pag. 552.

Variat folio: altera enim magis virente & plus diuiſo: altera folio magis cæruleo & minùs diſſecto.

*IV.*

Bellis lutea folijs profundè inciſis minor.

Chryſanthemum minus Camer. in Epit. Matth. pag.794.

*V.*

Bellis lutea folijs ſubrotundis.

Chryſanthemum quoddam in aruis Cæſalp.pa.494. lib.12.cap.28.

Chryſanthemum Myconi Lugdun. pag. 873.lib.7. cap.44.

*VI.*

Bellis ſylueſtris media caule carens.

Bellis media Matth.fol.lat.pag.593.lib.3.cap.139.

Bellis maior Lobel. obſer. pag. 252. & bellis maior ſylueſtris Eidem icon.pag.476.

*VII.*

Bellis ſylueſtris minor.

Solidago, Conſolidæ ſpecies Brunfel. fol. pag. 29. Tom.2.Rhapſ.6. Et primula veris Eidem in 4. pag. 119.

Bellis minor ſylueſtris Fuch. fol.lat.pag. 147. cap.53. & icon.8.pag.80.Dodo icon.pag.209.

Variat plurimum flos colore: diſcum enim luteum in orbem cingunt foliola vel alba, vel ex candido rubra: alia ex albo & rubro mixta: alia intùs rubra, in ambitu alba:aliquando in viridem colorem degenerant.

*IIX.*

Bellis hortenſis flore pleno.

Primula veris Trago pag. 161.lib.1.cap.52.

Bellis hortenſis multiplici flore,Lob.obſ.pag.253.& icon.pag.476.

Variat colore floris qui multiplex albus,ruber,incarnatus,varius, id eſt, candidus & rubens, minore item & maiore flore:eſt & ſimplici flore,cuius nomine tres icones apud Tabernæmontanum pag.327.& 328.Et apud Lobel.in iconibus duæ,altera ſub Bellide hortenſi multiplici,

tiplici, altera ſub Bellide multiplici flore albo & variegato.

*IX.*

Bellis hortenſis prolifera.

Bellis hortenſis ſuaue rubens viridisque prolifera Lob.icon.pag.477.

Hanc dixit Tragus pag.162.lib.1.cap.52. albo colore, & talem fieri ſi non citiùs carpantur flores: Suaue rubentē Lutetiâ habemus. Viridem obſeruauit Lobelus.

*X.*

Bellis cærulea caule nudo.

Aphyllanthes tertia Lugdun. pag.868.lib.7.cap.36.

Etſi Lugdunenſis eandem dicat, cum Bellide cærulea Perię obuenit tamen differentia in eo, quòd hæc in cauliculis folia non obtineat, florem etiam maiorē habeat, quàm ſubſequēs, imò & folia duplo, triplóve longiora.

*XI.*

Bellis cærulea caule folioſo.

Aphyllanthes frondiflora & Botonaria Anguill. pag. 187.Opin.12.

Bellis cærulea Aduerſ.pag.200.Lob.icon.pag.478.

Variat magnitudine & foliorum latitudine, & cauliū altitudine, hinc tres apud Tabern.in Iconibus.pag.329. & 330.figurę, Bellidis cæruleæ, & Apulæ & Monſpeliacæ nomine.

*XII.*

Bellis cærulea fruteſcens.

Bellis montana quædam fruticoſa in Ilua Cæſalp. pag.494.lib.12.cap.26.

Scabioſa quinta; vel Scabioſa montana repens Cluſ. hiſt.Pann pag.540.lib.3.cap.30.

# SECTIO TERTIA.

## *PILOSELLA: GNAPHALIVM: LEONtopodium: Helichryſum: Stæchas citrina: Conyza: Aſter: Alyſma ſiue Damaſonium & virga aurea.*

### *PILOSELLA.*

PILOSELLA à copioſis quibus veſtitur pilis nomen ſortita eſt: ad nullam veterum referre poſſumus, licet non deſint qui ad Myoſotidem, aliqui ad Holoſtium referant, alij qui Intybi minimam ſpeciem faciant.

*I.*

Piloſella maior repens hirſuta.

Auricula muris Brunfel. fol. pag. 119. Tom. 3. Rhap. 45: & 4. pag. 271.

Piloſella & Holoſtium Lacunæ Lobel. obſeru. pag. 254: & icon. pag. 479.

---

*II.*

Piloſella maior repens glabra.

Huius folia & supernè & infernè leuia, glabra, & virentia ſunt, ſaltem ad latera leuiſſimi pili, caulis vnicus vt plurimum glaber palmaris & ſeſquipalmaris, qui binos ternósve flores luteos ſuſtinet: repunt tamē etiam aliquot cauliculi à radice ruffeſcente fibroſa. Tragus Auriculam muris minorem ſecundam nominauit pag. 278. lib. 1. cap. 93. ſine icone. Huc referri poteſt ea, quā Camer. in Epitom. Matth. pag. 709. nomine Piloſellæ maioris expreſſit, & Tabern. in fol. pag. 625. lib. 1. ſect. 5. cap. 31: & icon. pag. 196. nomine Piloſellæ maioris primæ: non tamen cum noſtra eadem eſt, vt ex deſcriptione cuilibet patebit.

---

*III.*

Piloſella maior erecta.

Hæc

Hæc caule eſt cubitali & ſeſquicubitali penè glabro, folijs ex radice nigricante lignoſa & fibroſa quinis ſenísve ſemipalmaribus & palmaribus leuioribus quàm in priore, hirſutioribus quàm in ſecunda, in caule vix vnum vel alterum videbis folium; in caulis faſtigio flores quinq;, ſex, & pauciores, lutei, Hieracij formâ, minores quàm in alijs duabus, in monte noſtro Muteto creſcit. Si quis ad Hieracia referre malit, nõ cum eo contenderimus. Tabernæmontanus videtur eam voluiſſe exprimere in fol. pag. 626. lib. 1. Sect. 5. cap. 31: & icon. pag. 197. nomine Piloſellæ maioris alterius.

*IV.*

Piloſella Syriaca.

Piloſella maxima Syriaca Lobel. obſeru. pag. 254: & icon. pag. 479.

Nondum vidimus.

## *GNAPHALIVM.*

Γναφάλιον Dioſcoridi lib. 3. cap. 132. ſic dictũ quòd folijs ἀντὶ γναφάλου pro Tomento vtantur. Sic & Plinio lib. 27. cap. 10. Gnaphalium, & alijs Chamæzelon. Verùm apud Plinium lib. 24. cap. 19. habetur Herba impia incana dicta, quæ aliqui tribuunt Gnaphalio vulgari, quam ob id impiam appellauit, quoniam liberi ſuper parentem excellant, dum alij ramuli aſſurgunt ſua capitella gerentes.

*I.*

Gnaphalium maritimum.

Gnaphalium Matth. fol. lat. pag. 569. lib. 3. cap. 115: & icon. 4. pag. 542.

Gnaphalium marinũ & Cotonaria vulgi, ſiue Bombax humilis Aduerſ. pag. 201. Et Lobel. icon. pag. 480.

*II.*

Gnaphalium latifolium peregrinum.



Antennaria margaritacea R. Br.

Gnaphalium Americanum Cluſ.hiſt. Pann. pag. 496. lib. 3. cap. 18. ſine icone.

Hoc in horto Montembelgardenſi legimus, necdum depictum vidimus.

---

*III.*

Gnaphalium vulgare.

Heliochryſos ſylueſtris Trago pag. 331. lib. 1. ca. 109.

Gnaphalium vulgare, Centunculus, Filago Lob. obſeru. pag, 255: & icon. pag. 480.

Hoc quibuſdam Gnaphalium Dioſcoridis, & Herba impia Plinij cenſetur.

---

*IV.*

Gnaphalium medium.

Filago minor Dod. fol. lat. pag. 66. pempt. 1. lib. 3. cap. 14: Et Lobel. icon. pag. 481.

---

*V.*

Gnaphalium minus.

Gnaphalium minimum Lob. icon. pag. 481.

---

*VI.*

Gnaphalium ſecundum cauliculos florens.

Filago Germanica altera ſecundum folia florida Aduerſ. pag. 201. & Lobel. icon. pag. 482.

---

*VII.*

Gnaphalium maximum virgatum.

Pſeudoleontopodium Matth. fol. lat. pag. 740. lib. 4. (c. 126.

Gnaphalium Anglicum vel Belgicum folio longiore Aduerſ. pag. 202. Et Lobel. icon. pag. 482.

Quibuſdam Heliochryſos: alijs Chryſocome.

---

*IIX.*

Gnaphalium montanum rotundiore flore.

Lagopus ſecundus Trago pag. 266. lib. 1. cap. 88. ſine icone: Et Lagopus tertius Eidem pag. 332. lib. 1. cap. 109. cum icone.

Piloſella minor Fuch. fol. lat. pag. 606. cap. 230: & icon. 8. pag. 347.

Gnaphalium montanum album Aduerſ. pag. 202. Et Lob. icon. pag. 482.

Variat floribus candidis, ſubpurpureis, roſeis, ex candido & rubeo mixtis.

*IX.*

Gnaphalium montanum longiore folio & flore.

Gnaphaliũ montanũ purpureũ Lob. icon. pag. 483.

Gnaphalium montanũ ſuaue rubẽs Lob. ic. pag. 483.

Variat vt prior floris colore.

*X.*

Gnaphalium alpinum magno flore.

Leontopodium verum Matth. fol. lat. pag. 740. lib. 4. cap. 126: & icon. 4. pag. 833.

Hæc differt à Lobelij radice maiore quaſi ſquammoſa, & folijs longioribus.

*XI.*

Gnaphalium alpinum minus.

Leontopodium paruum Lobel. obſeru. pag. 256. & icon. pag. 484.

*LEONTOPODIVM.*

Λεοντοπόδιον Dioſcorides lib. 4. cap. 131. proponit. Meminit & Plinius lib. 26. cap. 8. Leontopodij, ſed non id eſt quod Dioſcorides intelligit.

*I.*

Leontopodium.

Leontopodium ſiue Pes leoninus Lobel. obſer. pag. 255: & icon. pag. 484.

Etſi videatur Lobelius eãdem cũ Matthioli Leontopodio intelligere, vt ex Aduerſ. pag. 202. colligere eſt; Sunt tamen diuerſæ, vt non ſolùm figuram inſpicienti clarum fiet, cùm Lobelij radicem habeat tenuem, Matthioli

thioli verò craſſam & quaſi ex ſquammis compactam, vt rectiùs à Cluſio hiſt.Pann.pag.495.lib.3.cap.18.pingitur: foliorum item differentia conſpicua eſt. Vtramq; habemus, Matthioli quidem ex Alpibus Helueticis & Baldo: Lobelij verò ex Ducis Florentini horto.

*II.*

Leontopodium Creticum.

Ex radice nigricante lignoſa, exſurgunt folia viginti vel triginta, palmum longa anguſtiſſima, neruis aliquot per longitudinem diſcurrētibus, quæ hirſutie ſubaſpera ſunt, ad radicem aliquot cauliculi tranſuerſum digitum longi deorſum incuruati, dein villoſi obſeruantur; quibus ſingulis flos vnicus paruꝰ villoſus quaſi ex calyce prodiens. Plantam ſiccam accepimus à Laurentio Roſenauw artis Pharmaceuticæ ſtudioſo, nomine Leontopodi ex candia rari: relatum eſt Iac. Ant. Cortuſum patricium Patauinum Catanancen vocare. Hanc ex ſicca delineari curauimus vnà cum alijs.

## *HELICHRYSVM.*

Ἑλίχρυσον aut χρυσάνθεμον & ἀμάραντον Dioſcoridis li. 4. cap. 57. at Theophraſto lib. 9. cap. 21. ἐλειόχρυσος, id eſt, aureum colorem habēs, quare Gaza Aureliam vertit; alijs coma aurea. Plinio lib. 21. cap. 25. Heliodryſum quod alijs Chryſanthemon.

*I.*

Elichryſon folijs abrotani: quod Dioſcoridis.

Helichryſum Matth. fol. lat. pag. 662. lib. 4. pag. 52. & Helichryſon creticum Eidem icon. 4. pag. 708. quoad iconem non deſcriptionem.

Eliochryſon ſiue aureus flos Chryſanthemum Lob. icon. pag. 746.

*II.*

Elichryſum folijs oblongis copioſis.

Stœchadi

Stœchadi citrinæ ſimilis Dod.fol.lat.pag.268.pemp. 2.lib.3.cap.26.ſine icone.

Helichryſum Matth.in Epit.ſecundum Edit.Camer. in 4.pag.787.quoad figuram non deſcriptionem.

Hoc ex Apennino habemus.

*III.*

Elichryſon folijs oblongis paucis ſtœchadi citrinæ anguſtioribus.

Helichryſum Creticum Matth.fol.lat. pag.663.lib.4. cap.52.& Helichryſum eidem icon.4.pag.706.quoad iconem, non deſcriptionem.

Hoc in Italia prouenit inter Neapolim & Puteolos: ne quis cum prædicta eandem cenſeat, illa enim numeroſis anguſtiſſimis folijs: hæc paucioribus longioribus. & illa, latioribus eſt folijs.

*IV.*

Elichryſon ſeu Stœchas citrina anguſtifolia vel Gallica.

Stœchas citrina Matth.fol.lat. pag.663.lib.4. cap.52.

Chryſocome aureáve coma Lobel. obſeru. pag.256. Et coma aurea Eidem icon. pag.485.

*V.*

Elichryſon Orientale.

Comę aureę nomine oblata mihi à Doctore Zvvingero planta, quæ ex Oriente allata, caule quidem prędicto cōueniens, ſed lanuginoſior eſt, folijs craſſioribus, in caulis ſummitate quaſi in vmbella, octo & nouem cauliculi, vix tranſuerſum digitum longi incani, quibus ſingulis flos vnicus, rotundus, ſplendens flauus quaſi ex plurimis ſquammis compoſitus quintuplo ſextuplóve maior, quàm in prędicto. An Χρυσοκόμη Dioſcoridis lib.4. cap.55. ſic dicta à comantibus fulgore auri corymbis: & Chryſocome ſiue Chryſitis Plinio lib.21.cap.5?

*VI.*

Elichryſon ſeu Stœchas citrina latifolia vel Germanica.

Amaranthus & Heliochryſos 1. Trago pag. 330. lib. 1. cap. 109.

Amaranthus luteus primus Tabern. icon. pag. 387.

Non idem cum Stœchade Gallica cenſeri debet, hæc enim triplo quadruplóve latioribus, & etiam longioribus eſt folijs, nec vt illa excreſcit.

---

*VII.*

Elichryſon ſylueſtre latifolium capitulis cõglobatis.

Chryſocome & Heliochryſos ſylueſtris Lobel. icon. pag. 485.

---

*IIX.*

Elichryſon ſylueſtre anguſtifolium.

Stœchas citrina altera Aduerſar. pag. 203: & Lobel. icon. pag. 486.

Quibuſdam Chryſocome Dioſcoridis & Plinij.

---

*IX.*

Elichryſon ſylueſtre flore oblongo.

Stœchas citrina altera inodora Aduerſar. pag. 204: & Lobel. icon. pag. 486.

---

*X.*

Elichryſo ſylueſtri flore oblongo ſimilis.

Herba eſt lignoſa, caule, ſeſquipalmari, lanugine cãdida obſito, in ramulos quatuor penè palmares brachiato, folijs ſtœchadi citrinę alterius inodoræ Lobelij ſimilibus, aliquibus ſinuatis, latioribus tamen vnciam digiti longis, infernè incanis & tomentoſis, ſupernè virentibus. Ramuli in cauliculos tenues nudos circiter quatuor tranſuerſos digitos longos, quorum ſummitatibus ſingulis capitulum vnicum, quod alterius breuius & craſſius, ſquamoſum; flos in pappos breues vt in

in Elichryſo ſylueſtri anguſtifolio abit. Ex Italia allata, in montibus enim prope Terracinum prouenit.

*XI.*

Stœchas viridis à Bauhino miſſa Lugdun. pag. 780. lib. 6. cap. 43.

## *CONYZA.*

Κόνυζα Dioſcoridi lib. 3. cap. 136. ſic fortè dicta quod κώνωπας ſeu culices ſuo lentore capiat. Pulicariam vertit Gaza, apud Theophr. 6. hiſt. 1. & 2. Conyza Plinio lib. 21. cap. 10.

Genera tria Dioſcoridi, parua quæ odore præſtãtior, & maior graui odore, eſt & tertium genus medium inter illas iniucundioris odoris, &c. Theophraſtus l. c. plura dicit genera, & eius marem & fœminam, hanc minorem, illam maiorem. Plinio etiam duo genera mas ac fœmina, in folio differentia, &c.

*I.*

Conyza mas Theophraſti, maior Dioſcoridis.

Coniza maior vera Aduerſ. pag. 146: & Lobel. icon. pag. 346.

*II.*

Conyza fœmina Theophraſti, minor Dioſcoridis.

Conyza vera minor Geſner. app. hort. pag. 291. Aduerſ. pag. 146. & Lobel. icon. pag. 346.

*III.*

Conyzę affinis Aegyptiaca.

Baccharis Dioſcoridis Rauvvolff. in ſuo itin. num. 285. ex quo Lugdun. in append. pag. 33.

*IV.*

Conyza maior vulgaris.

Conyza maior Trago pag. 166. lib. 1. cap. 54. ſine icone: & Matth. fol. lat. pag. 573. lib. 3. cap. 119: Et Conyza Eidem icon. 4. pag. 549.

Baccharis Monſpelienſium Lobel. obſeru. pag. 308: & icon. pag. 574.

*V.*

Conyza media aſteris flore luteo, vel tertia Dioſcor.

Calaminthæ tertium genus Fuch. fol. lat. pag. 436. cap. 164: & icon. 8. pag. 246.

Conyza media Matth. fol. lat. pag. 573. lib. 3. cap. 119: & Lobel. obſer. pag. 187: & icon. pag. 345.

Cunilę tertium genus apud Plinium lib. 20. cap. 16. quæ Cunilago: plura habet genera Cunilæ, vt ſatiuam quæ Satureia eſt hortenſis: Cunilam montanam, quæ Satureia ſylueſtris: Cunilam gallicanam, quæ Origanũ heracleoticum: Cunilam bubulam, quæ Origanum ſylueſtre: & denique Cunilaginem quæ Conyza eſt.

*VI.*

Conyza Pannonica.

Conyza tertia Pannonica Cluſij hiſt. Pann. pag. 525. lib. 3. cap. 28. iconem habet in appendice.

*VII.*

Conyza minor flore globoſo.

Conyza minor Trago pag. 166. lib. 1. cap. 54: Matth. fol. lat. pag. 573. lib. 3. cap. 119: & icon. 4. pag. 550. cuius figura præ cæteris placet.

Conyza minima Lobel. obſeru. pag. 187: & icon. pag. 345.

*IIX.*

Conyza Helmitis mellita incana Lob. icon. pag. 347.

*IX.*

Conyza Helenitis folijs laciniatis Lob. icõ. pag. 347.

*X.*

Conyza alpina piloſiſſima.

Conyza

Conyza Helenitis piloſa Lob. icon. pag. 348.

Hæc adeò piloſa eſt, vt quibuſdam piloſa alpina dicatur.

---

*XI.*

Conyza montana glutinoſis piloſis folijs.

Conyza montana Myconi Lugdun. pag. 1201. lib. 10. cap. 70.

---

*XII.*

Conyza paluſtris ſerratifolia.

Conyzæ aquaticæ ſpecies Geſn. hort. pag. 255.

Lingua maior Dalech. Lugd. pag. 1037. lib. 9. cap. 25.

---

*XIII.*

Conyzæ affinis Germanica.

Solidago Saracenica tertia, & Herba vulneraria ad fluuium Pfrim Trago pag. 488. lib. 1. cap. 164.

---

*XIV.*

Conyza cærulea.

Tinctorius flos alter Trago pag. 154. lib. 1. cap. 49. ſine icone.

Erigenon tertium Dod. fol. Gall. pag. 393. li. 5. ca. 17.

Quibuſdam Senecio cæruleus.

Hæc variat folijs, in altera breuioribus, & latioribus in altera longioribus & anguſtioribus: Eſt & altera erecta, altera repens flore item cæruleo, qui vel in pappum album, vel in ruffeſcentem abit.

---

*XV.*

Conyzis affinis Britannica Geſneri & Lugdunenſiũ Aduerſ. pag. 121. & Lobel. icon. pag. 293.

---

*XVI.*

Conyza marina longifolia.

Conyza marina Lugd. pag. 1366. lib. 12. cap. 7.

---

## *ASTER ATTICVS.*

Ἀστὴρ ἀττικὸς Dioſcoridi lib. 4. cap. 120. qui flore dicit purpureo, luteóve; Aſter propter foliola ſtellæ modo flori ſubiecta. Plinio li. 27. cap. 5. Aſter ab aliquibus bubonium appellatum, quoniam inguinum præſentaneum remedium eſt.

*I.*

Aſter luteus foliolis ad florem rigidis.

Aſter atticus alter Matth. fol. lat. pag. 731. lib. 4. cap. 115. & icon. 4. pag. 819.

Aſter atticus & Inguinaria ſiue inguinalis Lob. obſer. pag. 188. & icon. pag. 348.

Eſt latifolius, eſt & anguſtifolius.

---

*II.*

Aſter luteus ſupinus.

Aſter atticus ſupinus Cluſij hiſt. Pann. pag. 382. lib. 2. cap. 49. & Lobel. obſ. pag 188. & icon. pag. 351.

---

*III.*

Aſter cæruleus vulgaris.

Tinctorius flos primus Trago pag. 154. lib. 1. cap. 49.

Aſter atticus ſiue Amellus Matth. fol. lat. pag. 731. lib. 4. cap. 115. & icon. 4. pag. 818.

Huius differentiæ duæ, qui maturiùs floret minùs altè aſſurgit, quàm qui ſeriùs: dein habetur latifolius, & anguſtifolius.

---

*IV.*

Aſter montanus luteus.

Aſter Italorum Lobel. obſeruat. pag. 188. & icon. pag. 349.

---

*V.*

Aſter montanus luteus ſalicis glabro folio.

Aſter

Aſter atticus 2. Cluſij hiſtor. Pann. pag. 528. lib. 3. cap. 29.

Aſter montanus Lob.icon.pag. 350.

---

*VI.*

Aſter luteus hirſuto ſalicis folio.

Aſter Pannonicus tertius Cluſ. hiſt. Pann. pag. 530. lib. 3. cap. 29.

---

*VII.*

Aſter luteus anguſtifolius.

Aſter atticus quartus Cluſ.hiſtor. Pann. pag. 532. lib. 3. cap. 29.

---

*IIX.*

Aſter luteus anguſtifolius alter.

Aſter Conizoides Geſneri Lobel.obſeru.pag. 188.& icon.pag. 350.

---

*IX.*

Aſter luteus ſinuato folio.

Aſter montanus luteus Lugdun. pag. 1135. lib. 10. cap. 70.

*X.*

Aſter luteus magno flore.

Aſter primus vel Pannonicus maior Cluſ.hiſt. Pann. pag. 527. lib. 3. cap. 29.

---

*XI.*

Aſter luteus montanus hirſutus.

Aſter montanus hirſutus Aduerſ. pag. 148. & Lobel. icon. pag. 350.

An Conyza maior altera Thalyo Harcyn. pag. 21.

---

*XII.*

Aſter luteus montanus hirſutus alter.

Aſter luteus ſiue Oculus Chriſti minor Lugdun. pag. 1135. lib. 10. cap. 20.

Multum

Multum cum præcedenti conuenit, ſi non idem.

---

*XIII.*

Aſter montanus cæruleus magno flore.

Aſter atticus quintus Cluſ. hiſt. Pann. pag. 533. lib. 3. cap. 30.

---

*XIV.*

Aſter tripolij variegato flore.

Aſter minor Narbonenſium tripolij flore, Linariæ folio Aduerſ. pag. 147. Lob. icon. pag. 349.

Flores aureo purpureoq́; mixto fulgent: quare ſunt qui Aſterem atticum Dioſcoridis, & Aurellum Virgilij eſſe velint.

---

## *ALISMA SIVE DAMASONIVM.*

Ἄλισμα ſiue Δαμασώνιον propoſuit Dioſcorides lib. 3. cap. 169. quod folijs dicit Plantaginis, &c. de quo magna inter autores controuerſia, alijs Plantaginem, alijs Calceolum Mariæ; alijs digitalem: alijs Mentham Græcam; alijs aliam ſtatuentibus. Meminit & Plinius lib. 25. cap. 10. Aliſmatis ſiue Damaſonij, & quidē duplicis, alterius laciniosis anguſtis folijs in ſyluis: alterius maioribus folijs in ſyluis, &c.

*I.*

Aliſma folio glabro.

Hoc ante dies paucos frater Ioh. Bauhinus in horto Montembelgardiaco oſtendit ſuamque deſcriptionem communicauit, quæ talis: Planta Aliſmatis nomine à Toſſano Carolo ante annos ſeptem ex Burgundiæ Cāpagnole locis aquoſis nata, mihi tranſmiſſa in horto plantata, caulem vnum rectum protulit, Auguſto menſe pulchris floribus ſtellatis, purpureis, violaceiſve, cum maculis nigris; Melengridis ferè modo ornatum: folia obtinet longa, glabra, ad plantaginem accedentia; radi-

radices repere videntur, quæ fibras albas habent.

*II.*

Aliſma folio hirſuto flore luteo.

Huius Plantæ tres apud autores figuræ: 1. eſt Aliſmatis ſeu Damaſonij nomine apud Matth. fol. lat. pag. 604. lib. 3. cap. 157. & icon. 4. pag. 606. qui folijs glabris vnico neruo medium folium percurrente pingit. Hunc imitatus Lugd. pag. 1057. lib. 9. cap. 41. Damaſonij Matthioli nomine ipſius figuram proponit: & etiam pag. 1169. lib. 10. cap. 45. Ptarmicę nomine deſcripſit. Sic & pag. 924. lib. 8. cap. 22. Nardi celticæ alterius Penæ nomine, ita vt vnius plantæ quatuor figuras diuerſas pinxerit. 2. eſt Chryſanthemi Latifolij apud Dodonęum pag. 263. pempt. 2. lib. 3. cap. 21. qui glabris quidem pingit folijs, ſed neruis aliquot per folium latis: hunc imitatur Tabernæmontanus icon. pag. 738. Damaſonij primi Dioſcoridis nomine: & Lugdunenſis pag. 1358. lib. 11. cap. 84. qui figuram Dodonæi nomine Chryſanthemi latifolij poſuit. 3. eſt Lobelij icon. pag. 313. Nardi celticæ alterius ſeu Plantaginis alpinæ nomine; qui hirſuta & neruoſa pinxit folia; Verùm plantæ quas habemus folijs & caule ſunt hirſutis, foliaque plurimis neruis donantur. Verùm in floris colore, etiam non cõueniunt, noſtra luteo flore eſt: at Matthiolus dicit albo: Caſtor ex pallido albicãs, ſed rectiùs alij qui luteis dicũt.

*III.*

Aliſmati affinis Doriæ folijs.

Conſolida aurea nemorum, Limonij folio Aduerſ. pag. 125. & Lobel. icon. pag. 298.

Cum Aliſmate Matthioli conuenit; nondum tamen (vidimus.

## *VIRGA AVREA*

Virga aurea à forma coloreque floris luteo dicitur, quamuis & Solidago & Cõſolida à viribus nominetur.

netur. Sunt qui cenſent apud Theophraſtum 9. hiſt. 10. dici Panacem Chironiam, & apud Plinium lib. 25. ca. 4. Panax Pharnacium, & Panax Chironium folio Lapathij: alijs Cunilago Plinij Panaces dictum: & quia folia aliquando obſeruantur maculata ſunt qui Leucographin Plinij lib. 27. cap. 11. autument.

*I.*

Virga aurea maior vel Doria, id eſt aurea.

Doria fortè Panax Chironium, cui Lapathi folium tribuitur Geſn. hort. pag. 257. & 270. b.

Herba Doria Narbonenſis Aduerſ. pag. 124. & Lob. icon. pag. 297.

Notãdum Lobelium duas proponere figuras, vnam ex Aduerſarijs folijs integris non ſerratis, qualia ſunt folia Doriæ cùm primum erumpit: alterum folijs ſerratis & rectè; verum non duas facit plantas vt malè Lugd. pag. 1273. lib. 11. cap. 33.

---

*II.*

Virga aurea anguſtifolia.

Virga Aurea Matth. fol. lat. pag. 643. lib. 4. cap. 31. & icon. 4. pag. 673.

Aurea virga Villanouani Lobel. obſ. pag. 159. & Aurea virga Villanouani Limonij aut Coſti hortenſis folijs Doriæ floribus Lob. icon. pag. 298.

Hæc ſæpè ſine crenis, vel ſaltem minus conſpicuis, aliquando folia circum minutiſſimè ſerrata: folijs oblõgis, aliquando ſubrotundis.

---

*III.*

Virga aurea latifolia ſerrata.

Virga aurea altera ſerrato folio Lobel. obſ. pag. 159. & icon pag. 299.

Nonnunquam folia ſunt longiora, latiora, breuiora, omnia tamen ſerrata; huius etiam folia ſæpè lineis albis notantur.

Habet

Habet Lugdunenſis pag. 1271. lib. 11. cap. 32. ramum Conſolidæ Sarracenicę maioris, non tamen puto diuerſam ab hac noſtra.

---

*IV.*

Virga aurea anguſtifolia ſerrata.

Solidago Saracenica Trago pag. 487. lib. 1. cap. 164. & Lob. obſ. pag. 159. & icon. pag. 299.

Huius adhuc ſpecies longioribus folijs.

---

# SECTIO QVARTA.

*VERBENA: SCABIOSA: IACEA: STOEbe: Succiſa: Cyanus: Tragopogon: Scorzonera: Caltha: Helenium: Flos Solis.*

## *VERBENA.*

ΠΕΡΙΣΤΕΡΕΩ'Ν, id eſt colũbaris, quòd circa hanc columbæ, perquàm libenter verſari ſoleant, Dioſcoride autore lib. 4. cap. 60. At Dioſcorides fortè Marrubium paluſtre vt ſuprà monuimus intellexit: Plinio lib. 25. cap. 9. Hierabotane (id eſt Sacra herba, quia in ſacris vtebantur) aliqui περιστερεῶνα noſtram Verbenacam vocant.

Genera duo Plinio, folioſa quam fœminam putant; mas rarioribus folijs.

*I.*

Verbena communis.

Verbena maſcula Brũfel. fol. pag. 119. Tom. 1. Rhapſ. 18. Et Hierabotane mas Eidem 4. pag. 105.

Verbenaca Matth. fol. lat. pag. 667. lib. 4. cap. 55. & ic. 4. pag. 713.

Verbena Dioſcoridis Lob. obſ. pag. 289. & communis Verbena, & Sacra recta Eidem icon. pag. 534.

Flores cærulei aut albidi.

---

*II.*

Verbena tenuifolia Hiſpanica.

Verbenaca Supina Cluſ.hiſt.Hiſp. pa.373.li.2.ca.45.

Sacra Verbena Hiſpanica minor Lobel. obſeru.pag. 290.&icon.pag.535.

---

*III.*

Verbena Peruana quæ Hiſpanicæ ſimilis,ex Monardi refert Lugd.pag.1920.lib.18.cap.153.

---

*IV.*

Verbena nodiflora.

Ex radice tenui fibroſa ramus ſeſquipalmaris quadratus tenuis exſurgit: folia obtinet vngue nõ multum longiora, quæ in ramulis breuiora, oblonga, ſuperna parte crenata bina p̃ geniculos, inter quę pediculi duos tréſve tranſuerſos digitos longi nudi, quibus ſingulis ſingula capitula ſubrotunda, ad formam capitulorum Ranunculi inſident,ex quibus floſculi prodeunt.Ex ſicca ad nos ab imperato inſigni Pharmacopæo Neapolitano miſſa,deſcripſimus.

---

## *SCABIOSA.*

Scabioſa quibuſdam à Scabro herbæ habitu, quod vulgatæ quidem conuenit; alijs quòd ſcabiei medeatur,quod vox Pſora prætendere videtur: Sunt enim qui Aëtio ψώραν dictam velint:non deſunt qui ad ſtæben referant,de qua Dioſc.lib.4.cap.12.

*I.*

Scabioſa officinarum quæ hirſutiſſima.

Scabioſæ primum genus Trago pag.242.li.1.ca.80.

Scabioſa altera campeſtris ſiue ſegetum & ſatorum Lobel.icon.pag.537.

Folia modò craſſiùs,modò tenuiùs diuiduntur vtrinque:flos ex cæruleo purpure⁹:alius perſilico colore tinctus videtur. Hinc duæ figuræ apud Tabernæmontanũ

icon.

icon. pag. 158. & 159. Scabioſæ aruenſis, & Scabioſæ maioris flore ex cæruleo purpuraſcentis nomine.

*II.*

Scabioſa capitulo globoſo maior.

Scabioſa quinta & ſexta Trag. pag. 243. lib. 1. cap. 80.

Scabioſa minor Lobel. obſeru. pag. 290. & Scabioſa minor, ſiue columbaria Eidem icon. pag. 535.

Hanc Fabius Columna pag. 98. Phyteuma Dioſcoridis lib. 4. cap. 130. cenſet.

Variat floris colore qui communiter cæruleus, aliàs purpuraſcens albus.

*III.*

Scabioſa capitulo globoſo minor.

Scabioſa minor 1. 2. 3. & 4. Tabern. fol. pag. 548. li. 1. Sect. 5. cap. 14. & icon. pag. 160. 161. & 162.

Variant tantùm foliorum diſſectionibus, alteri enim tenuiſſimè diſſecta ad medium neruum, alteri nõ item: tertia etiam folia inferiora habet penitus non diſſecta, cuius nomine tres apud Tabernæm. icones habentur.

*IV.*

Scabioſæ globoſo flore ſimilis odoro flore.

Phyteuma minus Columnæ pag. 32. parte 2.

Eandem cum ſuperiori dicerem, ni floribus ocimi laciniatis atq; odoris ſcriberet.

*V.*

Scabioſa peregrina rubra.

Hæc bicubitalis eſt, ſcabioſæ ſecundæ ſimilis, glabra, ramoſa, floribus atrorubentibus, ſcabioſæ ſecundæ floribus ſimilibus, ex quorum medio exſurgunt filamẽta, quibus quaſi puncta alba inſident: ſuccedunt capitula rotunda ruffa, quaſi ex pilis compoſita, vt in Garyophyllata vulgari obſeruare eſt. Habetur in hortis & à quibuſdam ſcabioſa Hiſpanica rubra dicitur.

*VI.*

Scabioſa multifido folio.

Scabioſa tertia Cluſij hiſt.Pann.pag.538.lib.3.ca.30.

Flore eſt albo ex albo flaueſcente : Huic non abſimilem in Bauaria obſeruauit Camerarius flore purpuraſcente, vel incarnato.

---

*VII.*

Scabioſa maior glabra.

Scabioſa maior ſatorum vulgatior Lob. obſeru.pag. 291: & icon. pag. 536.

---

*IIX.*

Scabioſa maior ſquammatis capitulis.

Scabioſa maior Matth.fol. lat.pag.624. lib.4. cap.11: & Scabioſa Eidem icon.4. pag.636.

Montana Scabioſa calidarum regionum Lob. obſer. pag. 291: & icon. pag. 538. verùm capitula non rectè pinguntur, ſquaminata pingi deberent.

Hæc floribus eſt ex purpura ſubrubentibus: reperitur floribus paucioribus minoribus flore candido.

---

*IX.*

Scabioſa latifolia glabra alba.

Scabioſa quarta & maior Pannonica Cluſ.hiſt. Pann. pag.539.lib.3.cap.30.ſine icone.

Hanc Stœben Theophraſti aliqui cenſent. Scabioſa alba dicebatur Bononiæ cum in horto legeremus.

---

*X.*

Scabioſa alpina.

Scabioſa alpina maxima Aduerſ.pag. 233. & Lobel. icon. pag. 537.

---

*XI.*

Scabioſa latifolia rubra.

Scabioſa prima Cluſij hiſt. Pan.pag. 536.lib.3. ca.30.

Sca-

Scabioſa rubra auſtriaca Lobel. icon. pag. 538.

---

*XII.*

Scabioſa Muttenſis latifolia maxima.

Scabioſa latifolia purpuraſcente flore Cluſ. hiſt. Pan. pag. 535. lib. 3. cap. 30. ſine icone.

Hæc à priore non ſolùm magnitudine differt, ſed etiã hirſutie; in hac enim caulis aſperrimus eſt, folia etiam hirſutiſſima frequens in noſtris montibus.

---

*XIII.*

Scabioſa virgæ paſtoris folio.

Scabioſa latifolia peregrina Tabern. fol. pag. 547. lib. 1. ſect. 5. cap. 14: & icon. pag: 160.

Cum vndecima multum conuenit.

---

*XIV.*

Scabioſa prolifera: & Lobel. icon. pag. 539.

---

*XV.*

Scabioſa peregrina ſtellata maior.

Scabioſa Hiſpanica maior Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 365. lib. 2. cap. 40.

Scabioſa maior Hiſpanica flore albo Lobel. obſeru. pag. 292: & icon. pag. 539.

---

*XVI.*

Scabioſa peregrina ſtellata minor.

Scabioſa Hiſpanica minor Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 366. lib. 2. cap. 40. ſine icone.

In maritimis Adriaticis parua & repens, ex cuius ſemine apud nos in fictili ſeſquicubitalis enata.

---

*XVII.*

Scabioſa folio non diſſecto ſtellata.

Scabioſa peregrina Lob. obſ. pag. 292: & ic. pag. 540.

---

*XIIX.*

Scabioſa montana minor.

Scabio-

Scabioſa montana omnium minima Aduerſar. pag. 233. & Lobel. icon. pag. 540.

*XIX.*

Scabioſa aruenſis minor, folio non diſſecto.

Scabioſa tertia quam ab ouibus aliqui denominant Geſn. hort. pag. 279. b.

Scabioſa minor quarta Tabern. fol. pag. 548. lib. 1. Sect. 5. cap. 14: & Scabioſa minor quinta Eidem icon. pag. 162.

Hæc duplex eſt altera folijs eſt hirſutis, ſed non crenatis vt rectè Tabernæmontanus pingit, & apud nos frequentior: altera, quæ folijs eſt crenatis vt Lobel. obſer. pag. 291. & ic. pa. 536. pingit Scabioſæ mediæ nomine.

Floribus eſt cæruleis, rariùs albis.

*XX.*

Scabioſa argentea anguſto folio.

Ex radice lignoſa caules bini, terni, ſeſquipalmares rotundi, non tamen recti exſurgunt, circa quos parte infernâ folia oblonga anguſta, graminea, inordinata albicantia, cuilibet cauli penè palmari nudo flos vnicus inſidet, mediocris, pallidus. Prouenit in monte Vicentino ſumano dicto. An hanc intelligit Camerarius hort. pag. 154. Scabioſæ gramineæ folio argenteo nomine: ad nos miſit Paſchalis Gallus.

*IACEA.*

IAcea adeò ſimilis eſt Scabioſæ, vt aliqui non diſtinguant, & Scabioſę nomine donare ipſam ſoleāt. Sunt tamē qui velint Hyoſeridem eſſe apud Plinium: Is enim lib. 27. cap. 11. dicit Intubo ſimilem, ſed minorem & tactu aſperiorem.

*I.*

Iacea nigra pratenſis latifolia.

Scabioſa vulgaris pratēſis vel quarta Trago pag. 243. lib. 1. cap. 80. ſine icone.

Cyanus

Cyanus ſylueſtris ſeu Iacea nigra Thalyo ſua Harcy. pag. 29.

Iacea nigra Tabern.icon.pag.152.

Hæc aliquando folijs inferioribus eſt laciniatis.

---

*II.*

Iacea nigra anguſtifolia.

Reperitur in pratis vdis Iacea hęc quæ ex radice ruffeſcēte, fibroſa, caulem emittit, ſeſquicubitalem, anguloſum, rubentem, folijs paucis oblongis, anguſtis, crenatis rubētibus: in caulis ſummo capitulum Iaceæ vulgatæ ſimile.

---

*III.*

Iacea nigra altera hirſuto capite.

Iacea nigra Dodo.fol.Gall.pag.82.lib.1.cap.71.

Iacea nigra vulgaris Lobel. obſeru. pag. 292: & icon. pag.541.

---

*IV.*

Iacea nigra tertia ſquarroſo capite maior.

Iacea Auſtriaca prima Cluſ. hiſt. Pann. pag.542.lib.3. cap.31.ſine icone.

---

*V.*

Iacea nigra quarta ſquarroſo capite minor.

Iaceæ Auſtriacæ primæ aliud genus Cluſ. hiſt. Pann. pag.542.lib.3.cap.31. ſine icone.

In illa ſemen eſt nigrum & maius: in hac minus albicans, & cinereũ; flos in hac dilutior, & p omnia minor.

---

*VI.*

Iacea nigra quinta villoſo capite folio integro.

Iacea Auſtriaca ſecunda Cluſ. hiſt.Pann.pag.543.lib. 3.cap.31.

Huius & alia ſpecies humilior, ſemineq́; tantũ variãs.

---

*VII.*

Iacea nigra ſexta echinato capite.

Iacea maior Lobel.obſer. pag. 292: & icon. pag. 541.

Hanc Iaceæ ſpinoſæ nomine Mõſpelij collegimus, quæ variat florum colore, qui purpuraſcens, aliquando albus.

---

*IIX.*

Iacea rubra latifolia laciniata.

Iacea tertia Tabern.fol.pag. 540. lib. 1. ſect. 5. cap. 11. & icon. pag. 153.

---

*IX.*

Iacea rubra anguſtifolia laciniata.

Iacea rubra maior laciniosa Lugdun.pag. 1068. lib. 9. cap. 50.

Monſpelio à Doctore Paſchali miſſa.

---

*X.*

Iacea lutea capite ſpinoſo.

Iacea maior lutea Aduerſar. pag. 234. Lobel. icon. pag. 542.

---

*XI.*

Iacea capitulo ſquammato argenteo.

Iacea alba Tabern. fol. pag. 539. lib. 1. ſect. 5. cap. 11: & icon.pag. 153.

Hæc ſcabioſa ſquammata Ioh.Bauhino dicitur.

---

*XII.*

Iacea humilis hieracij folio.

Iacea pumila Aduerſ. pag. 235.

Iacea pumilis ſerpens acaulis fermè Lobel. icon. pag. 542.

Variat floris colore qui cæruleo obſoleto purpuraſcit, aliquando albus eſt.

---

*XIII.* Ia-

*XIII.*

Iacea humilis montana capite pino ſimili.

Chamæleon non aculeatus Aduerſ.pag.367.& Lob. icon. parte 2. pag.7.

*XIV.*

Iacea incana laciniata.

In mõtibus prope Capuam prouenit Iacea quædã, ex cuius radice craſſa, lignoſa, caulis exſurgit palmaris, anguloſus, incanus, folijs nudus: folia ad radicem habet multa, per terram ſparſa, lata, Stœbes inſtar laciniata, molli lanugine incana: caulis ſummitati flos vnus vel alter Iaceæ vulgari ſimilis ex capitulo ſquarroſo prodiens.

*XV.*

Iacea montana.

Iacea montana Narbonenſis Lobel. obſer. pag.293: & icon. pag. 543.

*STOEBE.*

STœbe nomen quinq; ſequentibus tribuitur, at cùm Dioſcorides lib.4.cap.12.de Στοιβῇ agens adeò breuis ſit, nil ſtatuere licet. Plin. lib.21.cap.15. Stœben herbam & folio & caule aculeatam dicit, de qua etiam vt Dioſcorides poſtmodum egit lib. 22. cap.11. quare Iaceas etiam appellabimus, licet aliqui ad Cyanos, alij ad Centauria propter amaritudinem referant.

*XVI.*

Iacea Stœbe dicta maior folijs Cichorei.

Stœbe Salmantica prior Cluſ. hiſt. Hiſp. pag.359. lib. 2. cap.38.

Stœbe Salmantica maior Brancionis Lobel. obſeru. pag.293.& icon. pag.543.

*XVII.*

Iacea Stœbe dicta maior altera folijs erucæ.

Stœbes Salmanticæ prioris alterum genus Cluſ.hiſt. Hiſpa.pag.359.lib.2.cap.38.ſine icone.

Hæc capitulis eſt non ſpinoſis,floribus purpureis, villis aliquibus luteis intermixtis.

*XIIX.*

Iacea Stœbe dicta tertia folijs profundè inciſis.

Stœbe Salmantica altera Cluſ.hiſt.Hiſp.pag.361.lib. 2.cap.38.

Stœbe argentea Salmantica minor Lobel. obſeru. pag.294: & icon. pag. 544.

*XIX.*

Iacea Stœbe dicta quarta.

Centaurium maius in muris, Geſn.hort.pag.252.

Stœbes Salmanticæ alterius altera ſpecies Cluſ.hiſt. Hiſp.pag.362.lib.2.cap.38.ſine icone.

Iacea alba Lugd.pag.1192.lib.64.

*XX.*

Iacea Stœbe dicta ſquammis aſperis.

Aphyllanthes ſecunda Dodo.fol. lat.pag.125.pemp. 1.lib.5.cap.6.ſine icone.

*XXI.*

Sphæritis ex codice Cęſareo Dodon.fol.lat.pag.126. pemp.1.lib.5.cap.6.quid eſt?

*XXII.*

Stœbe ſpinoſa quam cyani maritimi nomine accepimus.

Stœbe ex codice Cæſareo Dodon.fol. lat. pag. 123. pempt.1.lib.5.cap.3.

*XXIII.*

Iacea incana cyano ſimilis.

Cyano minori ſimilis Cluſ.hiſt. Pann. pag.547.lib.3. cap.31.ſine icone.

*XXIV.* Ia-

*XXIV.*

Iacea incana altera Cyani capitulis folio integro.

Stœbe incana altera Cyani aut Iaceę capitulis & flore Ptarmicæ vulgaris Herbariorum Aduerſ. pag. 235. & Lobel.icon.pag.544.

---

*XXV.*

Iacea oleæ folio.

Puſilla incana Iacea altera folio oleæ Ptarmicæ ſpecies. Lob.obſ.pag.294.& icon.pag.545.

---

*XXVI.*

Iacea oleæ folio altera.

Ptarmica altera Matth. fol.lat.pag.405.lib.2.ca. 156. & icon.4.pag.329.

Ptarmica Auſtriaca Lobel. obſer. pag. 295. & icon. pag.545.

---

## *SVCCISA SEV MORSVS DIABOLI.*

SVccifa dicitur quòd eius radices circumroſæ ſint. Vulgus credit dæmonem tantæ efficaciæ radicem inuidere hominibus, atque hoc nomine vbi ſuccreuerit ſtatim eam vndique circumrodere, quare Morſus diaboli dicitur: Sunt qui Gerim veterum cenſeant: Columna pag. 37. Pycnocomon Dioſcoridis lib.4. ca.176. eſſe ſtatuit: alij ad Iaceas; alij ad ſcabioſas referunt.

Differentias has obſeruauimus, quod alia communiter ſit glabra, alia hirſuta glabra, alia maior, alia minor: maior alia & communiter folijs integris, alia folijs diſſectis. Variat & flore, qui communiter cæruleus, aliquando purpureus, rariùs albus.

*I.*

Succiſa glabra.

Iacea nigra vel Morſus Diaboli Brunfel. fol. pag. 54. Tom.2.Rhap.13.& Morſus diaboli in 4.pag.46.

Morſus diaboli Lobel. obſeruat. pag. 295. & icon. pag. 546.

*II.*

Succiſa hirſuta.

Hæc ſolâ hirſutie & caulis & foliorum à prædicta differt.

*III.*

Succiſa quorundam.

Aphyllantes ſecunda Lugdun. pag. 864. lib. 7. cap. 36. quid?

## *CYANVS.*

CYanus à colore floris cyaneo ſeu cæruleo; hinc Plinius lib. 21. cap. 8. in nomine & Cyani colos. Cyani floris meminit etiam lib. 21. cap. 11. Leucoium cæruleum apud Dioſcoridem cẽſuit Hermolaus. Struthium apud Theophraſtum. Ex hoc genere videtur Cęſalpino: Papauer heracleum Theophraſti & Dioſcoridis Colũnæ. Num Condryllæ ſit ſpecies dubitat Lobelus.

*I.*

Cyanus ſegetum cæruleus.

Lychnis agria Brunfel. fol. pag. 167. Tom. 1. Rhap. 83. & flos frumenti eidem in 4. pag. 177.

Cyanus vulgaris Lobel. obſer. pag. 296. & icon. pag. 546.

Variat floribus, qui communiter cæruleus, rariùs albus.

*II.*

Cyanus hortenſis flore ſimplici & pleno.

Cyanus flore purpureo multiplici Lobel. icon. pa. 547.

Cyanus flore albo multiplici, medio purpureus Lob. icon. pag. 547.

Hic

Hic coloribus florum variat: eſt enim cæruleus, isque ſimplici & pleno flore, hinc duę apud Tabernem. iconū pag. 146. & 148. figuræ, Cyani cærulei ſatiui & cærulei multiflori nomine. Eſt & flore purpureo, hicq; aliàs dilutè rubens & incarnatus, aliàs ad puniceum inclinans: interdum varij colores miſcentur ſimplici & pleno, vt & duabus figuris idem expreſſit ſub Cyano purpureo multiplici icon. pag. 147. & 149. Deniq; flore albo qui ſimplex & plenus. Sic & ex albo violaceus & multiflorus medio purpureus; quare idem in iconibus pa. 147. 148. 149. tres dedit figuras, Cyani albi, ex albo violacei, & albi multiflori medio purpurei.

*III.*

Cyanus repens latifolius.

Cyanus peramœnus ſupinus capitulis ſquarroſis ſeſamoidis parui Lob. obſ. pag. 296.

Cyanus repens Eidem icon. pag. 548.

*IV.*

Cyanus repens anguſtifolius.

Cyanus repens alter Lob. obſ. pag. 296.

Cyanus minimus repens Eidem icon. pag. 549.

*V.*

Cyanus montanus latifolius vel Verbaſculum Cyanoides.

Verbaſculum Tragi pag. 219. lib. 1. cap. 72.

Cyanus maior Lob. obſ. pag. 296. & icon. pag. 548.

Hic magno eſt flore cæruleo aliquando vmbilico purpureo, & albo quandoque flore reperitur.

*TRAGOPOGON.*

Τραγοπώγων ἢ πτεζαπώγων ἢ κόμη. Barbula hirci, quæ alijs Come, è cuius ſummo ſemē nigrum depēdet, vnde nomē inditū eſt Dioſcoridi li. 2. ca. 173. Tragopogū Theoph. 7. hiſt. 7. & Plinio li. 21. ca. 15. quæ alijs Comenę Eidem lib. 28. cap. 13.

*I.* Tra-

*I.*

Tragopogon pratenſe luteum.
Barbula hirci Trago pag. 280. lib. 1. cap. 94.
Tragopogō luteū Lob. ob. pa. 297. & icon. pag. 550.

---

*II.*

Tragopogum cæruleum.
Tragopogum alterum Matth. fol. lat. pag. 380. lib. 2. cap. 137. & Barbula hirci altera Eidem icon. pag. 287.
Tragopogon Lob. obſ. pag. 297. & icon. pag. 550.
Flore eſt cæruleo, & purpurocæruleo: flore albo in Apennino prouenit Camer. hort. pag. 27.

---

*III.*

Tragopogon laciniatum luteum.
Acorus Theophraſti Anguil. pag. 183. Opin. 11.
Tragopogon laciniatis folijs Columnæ pagin. 21. parte 2.
Prima folia penitus ſunt graminea, integra nec laciniata.

---

*IV.*

Tragopogon ſpicatum luteum.
Tragopogō Spicatus Lugd. pag. 1079. lib. 9. cap. 61.

---

*V.*

Tragopogon gramineo folio radice villoſâ.
Barbula hirci minor Tabern. fol. pag. 297. lib. 2. ſect. 6. cap. 17. & icon. pag. 599.

---

*VI.*

Tragopogon hirſutum luteum.
Tragopogon ex Sicilia venenatum Cæſalp. pag. 517. lib. 13. cap. 24. quid?

---

## *SCORZONERA.*

SCorzonera idē quod Viperina (nomen eſt Hiſpanicum, q Scorzo, viperam appellant) aut Serpentaria, quòd

quòd contra venena viperarum & ſerpentum efficax habeatur, ad Tragopogonis genus referenda.

Hæc ratione florum, foliorum, & Saporis variat. Eſt latifolia & anguſtifolia: latifolia flore eſt luteo, quæ ratione Saporis radicis duplex, cõmuniter eſt ſubdulcis, ita vt à Tragopogo parùm differat; altera radice amarâ: Anguſtifolia etiam duplex, altera flore luteo radice aut dulciuſculâ, aut amarâ altera flore ex rubro ſubcæſio folijs anguſtioribus radice amariuſculâ.

*I.*

Scorzonera latifolia ſinuata.

Scorzonera Hiſpanica Matth. fol. lat. pag. 380. lib. 2. cap. 137. & icon. 4. pag. 288.

Scorzonera ſiue Viperaria Lob. obſ. pa. 298. & icon. pag. 551.

Floribus eſt ſimplicibus & plenis.

---

*II.*

Scorzonera latifolia ſecunda.

Scorzonera Boëmica Matth. fol. lat. pag. 380. lib. 3. cap. 137. & icon. 4. pag. 289.

Scorſonera maior Cluſ. hiſt. Pann. pag. 634. lib. 4. cap. 1. ſine icone.

---

*III.*

Scorzonera latifolia neruoſa.

Scorſonera humilis latifolia, & Pannonica 2. Cluſ. hiſt. Pann. pag. 636. lib. 4. cap. 1.

Scorſonera altera Lob. icon. pag. 551.

---

*IV.*

Scorzonera anguſtifolia prima.

Scorſonera humilis anguſtifolia & Pannonica 3. Cluſ. hiſt. Pann. pag. 636. lib. 4. cap. 1.

---

*V.*

Scorzonera anguſtifolia altera ſubamara.

Scorſonera humilis fibroſa radice & Pannonica 4. Cluſ.hiſt.Pann.pag.636.lib.4.cap.1.ſine icone.

*VI.*

Scorzonera anguſtifolia ſubcærulea.

Scorſonera Pãnonica 5. vel maior anguſtifolia Cluſ. hiſt.Pann.pag.638.lib.4.cap.1.

Variat folijs anguſtioribus, calyculis breuioribus, ſemineq; craſſiore, & breuiore.

## *CALTHA.*

HAnc Caltham Poëtarum eſſe volunt, aliqui à floris aureo colore Chryſanthemum nominant, & quidem Dioſcoridis lib. 4. cap. 58. ſed vbi multifida folia quæ Dioſcorides requirit? Columna Clymenum Dioſcoridis lib.4. cap. 13. cenſet: alij ad Caltham Plinij lib.21.cap.6.alij ad Gromphænam eiuſdem lib.26. cap. 7.(ſed potius Blitum maculoſum eſt)referunt.Dalechãpius à cereo ipſius flore Cerinthen putat.

Variat flore ſimplici, pleno, maiore, minore, colore pallido, citrino, ruffo: eſt & prolifera, floribus inflexis: refloreſcens, quæ etiam fruticoſa euadit: eſt hortenſis & ſylueſtris:hæcq; maior, minor & humilis.

*I.*

Caltha vulgaris.

Calendula Brunfel.fol.pag.77.Tom.3.Rhap.26.& 4. pag.142.

Chryſanthemum & Caltha poëtarum Lobel.obſeru. pag.298.& icon.pag.552.

*II.*

Caltha polyanthos maxima.

Calendula multiflora maxima Tabern.fol.pag.45. lib.2.ſect.1.cap,20.& icon.pag.331.

*III.* Cal-

*III.*

Caltha polyanthos maior.

Calendula polyanthos flore aureo Tabern. fol. pag. 46. lib. 2. Sect. 1. cap. 20. & icon. pag. 332.

Hæc minore etiam flore reperitur: item magno orbiculato, cuius nomine tres figuræ apud Tabernæmontanum.

---

*IV.*

Caltha floribus inflexis.

Chryſanthemum ſiue Caltha inflexis floribus Lobel. icon. pag. 553.

---

*V.*

Caltha prolifera prima.

Chryſanthemum proliferum Lob. icon. pag. 553.

---

*VI.*

Caltha prolifera ſecunda.

Chryſanthemum proliferum Lobel. icon. pag. 553. adpinxit enim ramulum, Chryſanthemo inflexis floribus.

Differt à ſuperiore quod illa ex floris centro quaſi caules effert, quibus ſingulis ſinguli flores inſidēt, huic verò minores adponuntur flores.

---

*VII.*

Caltha aruenſis.

Calendula circa Monſpelium ſpontè Geſn. hort. pag. 251.

Calendula aruenſis Tabern. fol. pag. 47. lib. 2. cap. 20. Sect. 1. & icon. pag. 335.

---

*IIX.*

Caltha humilis.

Plantula quæ ex radice parua, oblonga, incuruata, vix dum fibroſa cortice ruffeſcente tecta, cauliculos ra-

riùs plures, aliquando vnum ſolùm, ſtriatos trium trãſuerſorum digitorum plerunque duorum altitudinem æquantes, emittit, quos inordinatè cingunt foliola anguſta, oblonga, acuminata, Conizæ minoris veræ (aſt minora) inſtar hirſuta. Cauliculi in ſummitate nudi, ſinguli florem pro ratione plantæ ſatis magnum, vt plurimum deorſum ſpectantem, elegantem croci aurive coloris, forma florum calendulæ vulgaris ſuſtinent: ſuccedunt his ſemina vt in calendula, verùm minùs incuruata paucioraque. Creſcit copiosè ad fluuium non longè Lutetia vbi vixdum reperias vllam, quæ quatuor tranſuerſorum digitorum altitudinem adæquet. Sic & frequentior eſt non ramoſa.

*IX.*

Caltha paluſtris ſimplici & pleno flore, quæ Chamæleuce Plinij lib. 24. cap. 15.

Caltha Vergilij Trago pag. 142. lib. 1 cap. 44.

Caltha paluſtris Lob. obſ. pag. 323. & icon. pag. 594.

Quibuſdam Caltha Poëtarum, alijs Amellus Virgilij, & Boutomon Conſtantini: non deſunt qui ad tuſſilaginem, & alij qui ad Chelidoniam referant.

Variat flore ſimplici, qui nunc maior, nunc minor. Vnde apud Taber. icon. pag. 751. duæ figuræ Populaginis maioris & minoris nomine: habetur & pleno flore, cuius idem figuram multiflorę nomine proponit: Verùm aliquando flore eſt odorato & pleno, qualis in Anglia ſpontè prouenit.

## *HELENIVM ET FLOS SOLIS.*

Ἑλένιον Dioſcoridi lib. 1. cap. 27. Helenium Plinio lib. 21. cap. 10. quod inquit è lachrymis Helenæ natum dici, & ideo in Inſula Helena laudatiſſimum eſſe, quo loci Plinius Aegyptiacum Dioſcoridis proponit. Panax Chironium Theoph. lib. 9. cap. 10. quibuſdam cenſetur.

Gene-

Genera duo Dioſcoridi, alterum folijs verbaſci, quod noſtrum vulgatum, à Plinio lib. 19. cap. 5. & lib. 20. ca. 5. Inula dicitur: Alterum Aegyptiacum dictum, quod Helianthe eſt flore albo, de qua inter Ciſti genera Parte ſecunda dicemus.

*I.*

Helenium vulgare.
Elenion Trago pag. 170. lib. 1. cap. 55.
Helenium Lobel. obſeru. pag. 309. & icon. pag. 574.

*II.*

Helenio ſimilis peregrina.

Faalim Theueti, quod folijs dicit Helenij aduerſus ſerpentes. Iconem ex Theueti Coſmographia Tom. 1. lib. 4. cap. 7. habet Lugdun. pag. 1910. Lob. 18. cap. 139.

Hanc plantam nondum videre licuit.

*III.*

Helenium Indicum maximum.

Planta maxima Cortuſo in Epiſt. ad Matth. præfixa eius Editioni Italicæ in folio. pag. 592.

Solis flos Peruiuianus Lobel. obſeru. 322. & icon.

Hoc quidam ad Chryſanthemum; alij ad Bellidem Plinij referunt: Florem Solis, eò quòd flos ad Solem ſe vertat, vocant.

Multum variat magnitudine foliorum & florum & caulis, altitudine; florum numero: in Italia namque vigintiquatuor flores in vna planta, plures in Hiſpania, in Germania etiam decẽ obſeruauimus. Adoleſcit in Hiſpania ad viginti quatuor pedes; aliquando flos tantæ magnitudinis vt 2362. ſemina contineat. Florum item folia in aliquibus longiora: ſic & plantę folia in aliquibus aſperiora. Albo flore aliqui obſeruarunt.

*IV.*

Helenium Indicum medium laciniato folio.

Solis flos minor Lob.obſer.pag.322.icon. pag.593.

*V.*

Helenium Indicum minus.

Corona Solis minor fœmina Tabern.fol.pag.439. lib.2.Sect.11.cap.42. & icon.pag.764.

*VI.*

Helenium Indicum ramoſum.

Chryſanthemum Peruuianum alterum Dodon. fol. lat.pag.264.pemp.2.lib.3.cap.22.ſine icone.

Helianthemum Peruuianum proliferum Camer. in Matth. Epit.pag.504.

# SECTIO QVINTA.

## *PERFOLIATA: CENTAVRIVM MINVS: Gratiola: Hypericum: Coris: Symphytum petræum: Polygonum: Anthyllis: Sedum: Cotyledon: Radix Rhodia: Androſaces.*

### *PERFOLIATA.*

PERFOLIATA dicta, quòd caulis eius ſingula folia diſſecet, atque penetret. Alij an Cacalia ſit Dioſcoridis lib.4.cap.123.ambigunt: alij Cotyledonem eiuſdem lib.4. cap. 92.pronunciarent, ni radix obſtaret: Alij Seſeli Aethiopicum eiuſdem lib.3. cap.61. cenſent.

*I.*

Perfoliata vulgaris.

Perfoliata Brunfel.in 4.pag.101.

Perfoliatum vulgatius flore luteo folio vmbilicato Lobel.obſeru.pag.215.& icon.pag.396.

*II.*

Perfoliata flore multiplici.

Perfoliata criſpa ſiue muſcoſa Camer.hort.pag.120. & icon.37.

A præ-

A` præcedenti multiplici florum & foliorum tenuiſſimorum farctu differt.

---

*III.*

Perfoliata altera geminato folio.

Perfoliata altera Lugdun.pag.791.lib.6.cap.47.

---

*IV.*

Perfoliata montana maxima.

Perfoliata montana Geſneri & Lugdunenſ. Camer. hort.pag.120.& icon.38.

In horto Illuſtriſſ. Ducis VVirtenbergici Mõtembelgardi,quem Io.Bauhinus colit,ſæpiùs vidimus.

---

*V.*

Perfoliata montana altera.

Perfoliata longifolia Lugdun.pag.1321.lib.11.c.57.

---

*VI.*

Perfoliata montana minor folio acutiſſimo.

An Seſelios Aethiopici quoddã genus paruum Cæſalp.pag.296.lib.7.cap.34.

---

*VII.*

Perfoliata minor ramis inflexis.

Perfoliatam aliam minorem,annuam, non ſurrectã Io.Bauhinus vocat Perfoliatæ ſpeciem,quam præterito anno in Illuſtriſſ.Ducis VVirtembergici horto Stucgardiæ,quem Doctor Schvvartzius diligẽtiſſimè colit, obſeruauit: quæ folia habet vulgari paulò longiora, breuiora tamen quàm in montana: quæ caule eſt ramoſo nec ſurrecto, verùm per terram ſparſo: floribus luteis: annua eſt inſtar vulgaris,in quo ab alpina latifolia & anguſtifolia minore differt.

---

## *CENTAVRIVM.*

CEntaurium duplex eſt, aliud maius de quo ſuprà inter Lapatha, aliud minus, de quo nunc: quod

κενταύϱειον τὸ μικρὸν ϰ̀ λιμναῖον, quoniam rigua amat loca, dicitur Dioſcoridi lib. 3. cap. 9. at Theophraſto 9. hiſt. 4. Panax λεπτόφυλλον, id eſt, tenuifoliũ. Plinius lib. 25. cap. 6. Centaurium alterum cognomine lepton, quod aliqui libadion vocant, quoniam ſecundum fontes naſcatur, Fel terræ propter amaritudinem ſummam dictum: Gallis Exacon, ἀπὸ τοῦ ἀκεῖσθαι à medendo.

*I.*

Centaurium minus.

Centaurea Brunfel. fol. lat. pag. 125. Tom. 3. Rhap. 5. & Centaurea minor Eidem in 4. pag. 292.

Centaureum paruum Lob. obſeru. pag. 218. & icon. pag. 401.

Flos cõmuniter è puniceo colore in purpura rubet; aliquando floribus eſt albis; eſt & ferrugineis. Ratione ſoli variat, vt & Theophr. 4. hiſt. 5. monuit; Si enim in humidis prouenit, altiùs excreſcit aliquando ad bicubitalem altitudinem; ſi in aridis, vix duos tréſve tranſuerſos digitos adæquat.

---

*II.*

Centaurium minus ſpicatum album.

Hoc caule ramoſiore eſt, folijs rarioribus, floribus non vt in vulgato quaſi in vmbella iuncti, nec etiam in ſummo, ſed per caules ſparſi, qui ſinguli ex vna vt plurimum caulis parte, ſibi inuicẽ (ita vt octo, plures & pauciores numerare liceat) ſuccedunt, qui albi ſunt, in reliquis cum vulgari conuenit. In Euganeis montibus prope Patauiũ prouenit, vbi etiã Doctor Doldius collegit.

---

*III.*

Centaurium luteum perfoliatum ramoſum.

Perfoliata Achillea Geſn. hort. pag. 271. b.

Centaureum luteum Aduerſ. pag. 173.

Centaureum floribus luteis, ſiue citreis pallidis Meſuæi Lobel. obſeru. pag. 219. & icon. pag. 401.

Hoc

Hoc duplex, alterum anguſtiora & non perfoliata: alterum latiora & caulem ambiẽtia folia habet. Hoc quibuſdam cẽſetur Achilleon vera apud Plin. lib. 25. cap. 5. huius ſub Centaurio floribus citreis pallidis Meſues 2. purgant. 10. meminit.

*IV.*

Centaureum luteum perfoliatum non ramoſum.

Centaurium luteum alterum Lugdun. pag. 1291. lib. 11. cap. 39.

A' priore in eo differt, quòd caulis nõ brachietur, ſed in ſummo faſtigio florem ſingularem, Chryſanthemo ſimilem ſuſtinet.

## *HYPERICON.*

Υπερικὸν, ἀνδρόσαιμον Dioſcoridi lib. 3. cap. 171. Hypericon, alijs Chamæpitys, alijs Corion Plinij lib. 26. cap. 8. Perforata vulgò, quod folia Soli obiecta, innumeris foraminibus ſcatere videantur. Hyperici genus eſt ἄσκυρον, quod & ἀνδρόσαιμον Dioſcorides lib. 3. ca. 172. dicit. Sic ἀνδρόσαιμον quod etiã ἄσκυρον Eidem cap. ſequẽti.

Aſcyron ſiue aſcyroides Hyperici genus eſt, cuius comæ tritæ velut cruentant, Plinio lib. 27. cap. 5. dictum videtur Græcis à contrario, quaſi minimè aſperum.

*I.*

Hypericum Aſcyrum dictum, bifolium.

Hypericum in dumetis naſcens ſecundum Trago pag. 73. lib. 1. cap. 70.

Aſcyroa Lobel. obſeru. pag. 216. & icon. pag. 399.

Pingit Tragus, quaſi vnicus neruus folium diuidat, cùm tamen plures habeat neruos inſtar eius quam pręponit: rectiùs Fuchſius quoad neruos & crenas obſcuras, cuius etiam figura cum noſtra planta melius conuenit, quàm Lobelij & Dodonæi, ſiquidem careat foliolis medijs à Lobelo adpictis. Nec videtur ab hoc differre

& alterum Hyppericum Tragi, quod pulchri & quarti nomine pinxit.

Androſęmon ſiue Aſcyron nõ diſſimile eſt Hyperico, cuius comæ tritæ ſanguineo ſucco manãt, Plinio lib. 27. ca. 4. hinc Androſęmon, quaſi dicas, humanũ ſanguinẽ.

---

*II.*

Hypericum Androſęmon dictum.

Hypericum in dumetis naſcens primum Trago pag. 73. lib. 1. cap. 70.

Androſęmum Lob. obſer. pag. 217. & icon. pag. 399.

---

*III.*

Androſęmum maximum fruteſcens.

Androſęmum Dodo. fol. Gall. pag. 51. lib. 1. cap. 44.

Clymenon Italorum ſiue Siciliana Lobel. obſer. pag. 357. & icon. pag. 632.

Quibuſdam Androſæmon Dioſcoridis, Galeni, & Plinij Centeria apud Theophraſtum fortè: alijs Clymenon Plinij lib. 25. cap. 7. quod potiùs Periclymenon Dioſcoridis eſt.

---

*IV.*

Androſęmon fœtidum capitulis lõgis ſinis filamentis donatum.

Tragium Creticum Bellonij.

Androſęmon minus Camer. hort. pag. 15.

Hoc etiam Ruta Hypericoides dicitur.

---

*V.*

Hypericum vulgare.

Hypericum Brunfel. fol. lat. pag. 81. Tom. 3. Rhap. 28. & 4. pag. 168. Lob. obſeru. pag. 216. & icon. pag. 398.

Huius etiam deſcriptio apud Dioſcoridem legitur inter Rutas ſylueſtres, quoniam ipſius ſpecies putatur. Variat folijs, modò latioribꝰ, modò anguſtiſſimis: hinc duæ figuræ apud Tragum pag. 72. & 73. illa Herbæ perforatæ,

foratæ, hæc Hyperici vulgaris nomine. Sic & ratione loci caules variant: ſi in humentibus proueniat caules habebit quadratos, alibi verò rotundos.

---

*VI.*

Hypericon folio breuiore.

Hypericum Syriacum & Alexandrinum Lob. obſeru. pag. 216. & icon. pag. 398.

---

*VII.*

Hypericum ſupinum glabrum.

Hypericum exiguum & primum Trago pag. 72. lib. 1. cap. 23.

Hypericum minimum ſupinum Septentrionale Lobel. obſeru. pag. 217. & icon. pag. 400.

Coris ne ſit Dioſcoridis quidam ambigunt.

Hoc licet ſemper repat, interdum tamen exiguum, vt figura Lobelij in iconibus exprimit; aliquando magno ceſpite ſerpit, vt Lobel⁹ aliâ figurâ in ſuis obſer. oſtēdit.

---

*IIX.*

Hypericum ſupinum tomentoſum.

Hypericon ſupinum Cluſio hiſt. Hiſp. pag. 428. lib. 2. cap. 70.

Hypericon tomentoſum Lobel. obſeru. pag. 218. & icon. pag. 400.

Ruta ſylueſtris Dioſcoridis aliquibus cenſetur, quod caput inter notha reiectum.

---

*GRATIOLA.*

GRatiola centauroides.

Gratiola Matth. fol. lat. pag. 471. lib. 3. cap. 26: & icon. 4. pag. 413.

Gratiola ſiue Gratia Dei Lobel. obſeru. pag. 238. & icon. pag. 435.

Alijs Centaurij minoris ſpecies: alijs Papauer Spumeũ, Dioſcoridis: quibuſdã Perſicaria minor ſyluatici.

Variat flore, qui purpuraſcens, albus, rariùs luteus: alij integris pingunt folijs, alij crenatis & rectiùs.

## *CORIS.*

Κόρις quod aliqui ὑπερικὸν vocant Dioſcor. lib. 3. cap. 174. qui fruticem dicit folio Ericę, Idem & Plinius lib. 26. cap. 8.

*I.*

Coris lutea maior. (pag. 610.
Coris Matth. fol. lat. pag. 607. lib. 3. cap. 156. & icon.
Coris Matthioli Lob. obſeru. pag. 220. & ic. pag. 403.

*II.*

Coris lutea maritima fortè Dioſcoridis.
Erica quinta Chryſanthemos Lugd. pag. 187. lib. 2. cap. 31.

*III.*

Coris cærulea maritima.
Coris Monſpeliaca Aduerſ. pag. 174. Lobel. obſeru. pag. 220. & icon. pag. 402.

## *SYMPHYTVM PETRAEVM.*

Σύμφυτον πετραῖον, Symphytum petræum, quod in petris naſcatur, Dioſcoridi lib. 4. cap. 9. Alum, Græcis Symphytum petræum, Plinio lib. 27. cap. 6.

*I.*

Symphytum petræum Matth. fol. lat. pag. 619. lib. 4. cap. 9. & icon. 4. pag. 627.

Hunc ſequuntur Lacuna, Lonicerus, Lugdunenſis, & Tabernæmontanus, ſed nondum aſſequimur mentē Matthioli: Sanè figura ipſius cum Coride cærulea, excepta radice lignoſiore, cōuenit optimè: quare an Coridem voluerit exprimere dubitamus: manifeſtum aliâs Coridem amaram eſſe, & non adſtringere; hoc verò Symphytum dulce & adſtringens eſſe, ſcribunt.

*II.* Sym-

*II.*

Symphitum petræum maius vel γυψόφυλον Thalyo in ſua Harcyn.pag. 113. floribus tenellis cādidulis, muſcoſis, non admodum à petræi Matthioli icone abſimile, quid?

---

*III.*

Symphytum petræū minus vel γυψόφυλον minus Thalyo in ſua Harcynia pag. 115. flos candidus, leuiter ſubrubens in Corymbis, quid?

---

*POLYGONVM, & eius ſpecies.*

Πολύγονον Dioſcorides lib. 4. cap. 4. recenſuit, ſic dictum à copioſis geniculis quibus caules cinguntur: Plinius lib. 27. cap. 12. Polygonum Græci vocant, quam nos ſanguinariam, & appellant à multitudine ſeminis, aut denſitate fruticis Cælligonon. Scribonio cap. 47. quia multa eſt, & vbique naſcitur.

Genera duo propoſuit Dioſcorides marē & fœminā, de fœmina inter Equiſeti ſpecies fuit dictū: marem flore dicit cādido, aut puniceo. Maris & fœminæ Plinij etiā meminit, quatuorque genera conſtituit, quorum primum eſt Polygonum vulgare ſeu ſanguinaria: ſecunda Herniaria: tertium polygonum fœmina Dioſcoridis: quartum, vt quidam volunt, Cęſia lignea Monſpelienſium. Diuidamus in maius & minus.

---

*POLYGONVM MAIVS.*

*I.*

POlygonum latifolium: mas Dioſcoridi & Plinio.
Centumnodia Brunſ. fol. pag. 128. Tom. 3. Rhap. 52. & in 4. pag. 274. ſine icone.

Polygonum mas vulgare, Sanguinaria Centumnodia Lob. icon. pag. 418. & obſ. pag. 228. Polygonum.

Flore eſt candido: eſt & rubente.

---

*II.*

Polygonum oblongo anguſto folio.

Polygonum tertium Tabern.fol.pag.503.lib.2.Sect. 11.cap.92.&icon.pag.833.

---

*III.*

Polygonum breui anguſtoque folio.

Polygonum ſecundum Tabern.fol.pag.502.lib.2. Sect.11.cap.92.&icon.pag.833.

---

*IV.*

Polygonum anguſtifolium fruticans.

Polygonum maſculum fruticoſum Thalyo, harcyn. pag.87.

---

*V.*

Polygonum maritimum latifolium.

Polygonum marinum maximum Aduerſ. pag.179. Lobel.icon.pag.419.

---

*VI.*

Polygonum maritimum anguſtifolium.

Polygonum marinum alterum Dalechampij Lugd. pag.1386.lib.12.cap.22. quibuſdam Polygonum ſylueſtre Plinij.

---

*VII.*

Polygonum Polonicum cocciferum.

Polygonon cocciferũ Camer.in Epit.Matth. pa.691. Huius radicibus coccum adnaſcitur elegantiſſimo rubore commendatum.

---

*POLYGONVM MINVS.*

*I.*

POlygonum gramineo folio minus repens.

Polygonon quod Germani Knawel appellant Trago pag.393.lib.1.cap.129.

Anglica

Anglica ſaxifraga Aduerſar.pag. 183.

Anglica ſaxifraga, fortè Alſines minimum genus, Cynanche Dalechampij Lobel.icon.pag.428.

Quibuſdam Polygonum fœmina minor Plinij.

*II.*

Polygonum gramineo folio maius erectum.

Polygonum minus alterum Tabern. fol. pag. 505. lib.2.Sect.11.cap.93.& icon.pag.835.

*III.*

Polygonum minus candicans. (ca.91.

Paronychia Hiſpanica Cluſ. hiſt. Hiſp.pag.478.lib.2.

Polygonum montanum niueum minimum Lobel. obſ.pag. 229. & icon. pag. 420. ſed in Iconibus figuræ duæ, altera maior ex Cluſio petita, quę huic noſtro conuenit; altera Aduerſariorum ſequenti conueniens.

*IV.*

Polygonum minus argenteum ſericeum.

Polygonum montanum minimum niueum & ſericeum Aduerſ. pag. 180.

Anthyllidis argenteæ nomine miſit Doctor Doldius: at prius apud nos prouenit, ab hoc diuerſum.

*V.*

Polygonum minus foliolis Serpylli.

Polygonum alterum puſillo vermiculato Serpylli folio Aduerſ.pag.180.& Lobel.icon.pag.422.

Similem, Herniariæ ex Candia nomine à Laurentio Roſenaw induſtrio iuuene Pharmacopæo accepimus, quæ radice non eſt lignoſa, ſed tenui inutili, foliolis non teretibus, ſed tamen Serpylli minoribus.

*V.*

Polygonum minus ſeu millegrana maior.

Empetron Trago pag.527.lib.1.cap.181.

Herba

Herba turca, ſiue Herniaria Aduerſ.pag. 180. & Lob. icon.pag.421.

Hæc alijs Polygonum, alijs Empetrum Dioſcoridis lib.4.cap.181.alijs Epipactis ſeu Elleborine eiuſdem.

*VII.*

Polygonum minus, ſeu millegrana minor.

Millegrana minima Lobel.icon.pag.422.

## *ANTHYLLIS.*

Ἀνθυλλὶς habetur apud Dioſcoridem lib.3.cap.153. quam duplicem facit: alteram lẽtifolijs mollibus: alteram folijs aiugæ ſimilibus, de hac inter Chamæpityides. Plinius lib.26.cap.8. illam Anthyllion vocat.

*I.*

Anthyllis maritima Chamæſycæ ſimilis.

Anthyllis marina Narbonenſium altera admodum ſalſoacida Chamæſyces facie aduerſ. pag. 196. & Lob. icon.pag.468. figuram habet Aduerſariorum.

Anthyllis Valentina Cluſij & Placæ Lob. obſer. pag. 230.& icon.pag.421.figuram habet Cluſij.

*II.*

Anthyllis maritima lentifolia.

Anthyllis prior lentifolia peplios effigie maritima Aduerſ.pag.195.& Lobel.icon.pag.468.

*III.*

Anthyllis maritima alſinefolia.

Paronychia altera Matth. fol.lat. pag.661. lib. 4. cap. 49.& icon.4.pag.705.

Marina incana alſinefolia Narbonenſium, an prima Anthyllis Dioſcoridis? Aduerſ.pag.196.

Marina incana Anthyllis alſinefolia Narbonenſium Lob.icon.pag.468.

Sunt qui παρωνυχίαν Dioſcoridis lib. 4. cap. 54. cenſeant.

IV. Anthyl-

*IV.*

Anthyllis Chamæpityides fruteſcens.

Anthyllis altera Chamæpity ſimilis Cordo in Dioſc. pag. 59. b. lib. 3. cap. 153.

Chamæpitys vermiculata Lob. icon. pag. 381.

Alij ſuſpicãtur Anthyllidem eſſe primam Dioſcoridis; alij Chamæpitydem primam Eiuſdem.

---

## *SEDVM.*

Ἀείζωον Dioſcoridi lib. 4. cap. 89. διὰ τὸ ἀειθαλὲς τῶν φύλλων, quia perpetuò folia virẽt; quare Ἀειζώου nomen apud Theophraſtum 1. hiſt. 16. Semperuiuam Gaza vertit, & Theoph. 7. hiſt. 14. hoc ei à natura datũ ſcribit, vt ſemper humidum virideque durare valeat.

Genera Dioſcoridi tria ſunt, magnum, paruum, quæ duo refrigerant, & tertium quod aliqui ἀνδράχνην ἀγρίαν, ἢ τηλέφιον, Romani ἰλλέκεβραν, illecebram vocitant, cui vis eſt excalfactoria. Plinio lib. 25. cap. 13. Aizoi duo genera: maius quod aliqui Buphthalmum vocãt, alij Zoophthalmum, alij Stergethron, (quæ duo nomina ſunt ex Apuleio) quod amatorijs conueniat, alij hypogeſon, quoniam in ſubgrundijs ferè naſcitur. Italis Sedum magnum, aut oculus, aut digitellus. Aterum minuſculum quod Erithales vocant, alij trithales, quia ter floreat, alij Chryſothalas, aliqui Iſoetes, ſed aeizoum vtrũque, quoniam viret ſemper, aliqui Semperuiuum. Huic ſimilis quam Greci Andrachnin agrian vocant. Itali Illecebram. Hactenus Plinius ſecutus Dioſcoridem, Sedũ, inquit, Feſtus, alij Sadum appellant, herbam quam Opillius Aurelius Seſurium vocari ait, eamque in tegulis ſeri: hoc fortè factum, quod nonnullis locis plebis animos inuaſerit opinio, non feriri fulmine domum in cuius tegulis vireat Sedum.

*I.*

Sedum maius vulgare.

Semperuiuum maius Brunfel. fol. pag. 114. Tom. 3. Rhapſ. 43. ſine icone & in 4. pag. 277. Matth. fol. lat. pag. 703. lib. 4. cap. 86. & in 4. pag. 766.

Semperuiuum maius, ſiue Sedum maius crenatum myrthifolium Lob. icon. pag. 373. & obſ. pag. 202. Aeizoon, Semperuiuum maius.

Hoc Aeizoon magnum Dioſcoridis eſt: alij potius Cotyledonis ſpeciem eſſe volunt.

---

*II.*

Sedum maius montanum dentatis folijs.

Cotyledon altera montana Cluſij hiſt. Pan. pag. 481. lib. 3. cap. 15. ſine icone.

---

*III.*

Sedum maius montanum folijs dentatis alterum.

Cotyledon altera montana minor Cluſ. hiſtor. Pann. pag. 481. lib. 3. cap. 15. ſine icone.

---

*IV.*

Sedum montanum maius folijs non dentatis.

Cotyledon altera Taurica Cluſ. hiſt. Pann. pag. 482. lib. 3. cap. 15.

---

*V.*

Sedum minus teretifolium album primum.

Semperuiuum minus album Brunfel. fol. pag. 114. Tom. 3. Rhap. 43. ſine icone, & in 4. pag. 278. Semperuiuum fœmina.

Vermicularis ſiue Illecebra maior Lobel. obſeru. pag. 205.

Vermicularis craſſula minor Officinarum, & Illecebra maior Lobel. icon. pag. 377.

---

*VI.*

Sedum minus teretifolium album alterum.

Semper-

Semperuiuum minus æſtiuum Lob.obſ. pag.205. & icon.pag.378.

Aizoor daſyphyllum, id eſt, denſifolium Lugdu. pag. 1133.lib.10.cap.17.

Variat floris colore qui albus, aliquando & luteus.

---

*VII.*

Sedum minus teretifolium luteum.

Sedum minus ſecundum Trago pag. 378. lib. 1. cap. 124.ſine icone.

Semperuiuum paruum Lob.obſ.pag.205.

Sedum medium teretifolium, ſiue Semperuiuum minus Officinarum Lob.icon.pag.376.

Hoc Aeizoon paruum videtur Dioſcoridis & Aeizoon minuſculum Plinij.

---

*IIX.*

Sedum minimum.

Semperuiuum minus flore luteo Brūfel. fol. pa. 114. Tom.3.Rap.43. ſine icone, & in 4.pag.278. Semperuiuum mas.

Semperuiuum minimum Matth. fol. lat. pag. 704. lib.4.cap.86.& icon.4.pag.768.Lobel.obſ.pag. 205. & icon.pag.379.

Aeizoon tertium Dioſcoridis eſt, & Aeizoo minori ſimilis Plinio, quæ Illecebra dicitur: quibuſdam Gramen tertium Plinij lib.24.cap.19.

Huius duæ ſpecies, aliud enim guſtatum, paulò pòſt fauces exurit, quale eſt Dioſcoridis: aliud verò penè inſipidum: flores item candicantes, aut lutei.

---

*IX.*

Sedum minimum peregrinum Saxifragiæ albæ flore.

Sedum minimum tertium Lobel.obſeru.pag.204.& icon.pag.376.

---

X.

Sedum alpinum cæruleum.

Hoc foliolis eſt paruis craſſis cinereis admodum compactis, vt in Sanamunda 2. Cluſij, Cauliculis pluribus foliaceis, tranſuerſum digitis longis, quibus ſingulis flos vnicus magnus cæruleus, ex quatuor foliolis cõſtans, cum aliquot intus ſtaminulis. Radicem habet oblongã, fibroſam, ruffam, ex præruptis iugis ac ſaxis prodiens: planta enim non ſecus è rupibus quàm Cymbalaria dependet. Hoc anno 1579. cum Rhętiam tranſiremus, copioſè ad rupes, vbi aqua defluebat, inuenimus; Martio menſe florens, quod ſanè valdè viatorum oculos florum elegantia reficit.

XI.

Sedum minus luteum folio acuto.

Sedum minus mas Fuchſ. fol. lat. pag. 33. cap. 10. & icon. 8. pag. 18.

Aizoon hematoides Lob. icon. pag. 378.

Aliquando flores lutei cum ramulo inſtar ſcorpionum caudæ inflectũtur, vt à Lob. icon. pa. 377. pingitur.

XII.

Sedum paluſtre ſubhirſutum purpureum.

Sedi minoris quarta ſpecies Trago pag. 379. lib. 1. cap. 124. ſine icone.

Sedum paluſtre Cluſ. hiſt. Pann. pag. 487. lib. 3. ca. 16.

Huius ſpecies maior & candidior; altera minor & rubicundior, ſeu mas & fœmina: flos purpuraſcens, aut carnei coloris.

XIII.

Sedum alpinum pallidum.

Sedũ alpinũ primũ Cluſ. hiſt. Pann. pa. 488. li. 3. c. 16.

XIV.

Sedum alpinum floribus luteis maculoſis.

Sedi

Sedi minoris genus floſculis luteis vel croceis maculoſis Geſn. monte fracto pag. 64.

*XV.*

Sedum alpinum album foliolis compactis.

Sedi aut phylli genus floſculis albis Geſn. monte fracto pag. 64.

Sedum alpinum tertium, ſiue primũ albo flore Cluſ. hiſt. Pann. pag. 488. lib. 3. cap. 16.

*XVI.*

Sedum alpinum hirſutum lacteo flore.

Sedum alpinum quartum Cluſ. hiſt. Pann. pag. 485. lib. 3. cap. 16.

An Iaſnac montana Lugdun. pag. 1205. lib. 10. c. 75?

*XVII.*

Sedum alpinum gramineo folio, lacteo flore.

Sedum alpinu quintũ, vel Sedum alpinũ tertiũ lacteo flore Cluſ. hiſt. Pann. pag. 490. lib. 3. cap. 16. ſine icone.

Hoc cùm in monte noſtro Waſſerfall/ copioſè proueniat, dilineari curauimus.

*XIIX.*

Sedum alpinum hirſutum luteum.

Sedum folijs margine piloſo. Geſn. hort. pag. 280. b.

Phyllon thelygonon Dalechãpio in Dioſc. edit. in 8. Lugduni anno 1552. excuſum.

Sedum petræum montanum Aduerſ. pag. 163. & Lobel. icon. pag. 381.

*XIX.*

Sedum alpinum laciniato folio.

Sedum alpinum aiugę folio Cluſ. hiſt. Pann. pag. 491. lib. 3. cap. 16. ſine icone.

*XX.*

Sedum minimum fruticoſum.

Sedum minimum arboreſcens vermiculatum Lob. obſeru.pag.206.& icon.pag.380.

*XXI.*

Sedum minimum fruticoſum alterum.

Vermiculatæ fruticis varietas maior Lobel. obſeru. pag.207.& icon.pag.382.

An ſit Chamæpitys altera Dioſcoridis dubitatur: alij Selaginem Plinij ſuſpicantur, Semperuiuum maritimũ, & vermiculariam arboreſcentem vocantes.

*XXII.*

Sedum Portlandicum Aduerſ. pag.163.& Lob.icon. pag.380. quid eſt?

*XXIII.*

Sedum arboreſcens floſculis candidis.

Semperuiuum arboreſcens Matth. fol. lat. pag. 704. lib.4.cap.86.& icon.4. pag.769.

Sedum arboreſcens maius Lobel. obſeru. pag. 206. & icon.pag.379. Sedum arboreſcens maius Græcum.

Aeizoon magnum Dioſcoridis, ſi caulis altitudo & foliorum longitudo ſpectetur.

*XXIV.*

Sedum arboreſcens alterum: ſi diuerſum ſit à ſuperiore.

Semperuiuum arboreſcens alterum Matth. fol. lat. pag.705.lib.4. pag.86. & icon.4.pag.770.

*XXV.*

Sedum flore ſtellato.

Aizoon peregrinum Camer.hort.pag.7. & ic.pag. 2.

Telephium Imperati Eidem pag.167.

Semperuiuum tertium Dioſcoridis & Plinij, Columnæ pag.42.

COTY-

*COTYLEDON ſeu Vmbilicus Veneris.*

SEdo ſubiūgitur à Dioſcoride κοτυληδὼν lib. 4. cap. 92. quod ipſi & σκυτάλιον & κυμβάλιον dicitur. Nomen accepit à figura folij acetabulo ſimili: Hinc Acetabulum & Vmbilicus Veneris Latinis, Plinio lib. 25. cap. 13. Cotyledon; qui cum Dioſcoride genera duo proponit.

*I.*

Cotyledon maior.

Vmbilicus Veneris Matth. fol. lat. pag. 705. lib. 4. cap. 88. & icon. 4. pag. 771.

Cotyledon Lobel. obſeru. pag. 209.

Cotyledon minus montanum Sedi folio Lob. icon. pag. 386. verùm figura huius eſt plātæ, at titulus alterius plantæ, quam primo loco poſuit ſub Vmbilici Veneris titulo.

---

*II.*

Cotyledon paluſtris.

Cotyledon aquatica Dodon. fol. Gall. pag. 29. lib. 1. cap. 25.

Herba rotundo folio, aliquibus Acetabulum malè Cordo in Dioſc. pag. 69. lib. 4. cap. 92.

Aquatica Cotyledon acris Septentrionalium Lobel. obſeru. pag. 209. & icon. pag. 387.

Sunt qui Callitrichen Plinij lib. 25. cap. 11. eſſe velint.

---

*III.*

Cotyledon media folijs ſubrotundis.

Vmbilicus Veneris alter Matth. fol. lat. pag. 706. lib. 4. cap. 88. & icon. 4. pag. 772.

Cotyledon altera Matthioli Cluſ. hiſt. Pann. pag. 483. lib. 3. cap. 15. ſine icone.

---

*IV.*

Cotyledon media ſubhirſuta.

Coty-

Cotyledon altera Etſcheriana Cluſ. hiſt. Pann. pag. 484. lib. 3. cap. 15. ſine icone.

---

### *V.*

Cotyledon media folijs oblongis ſerratis.

Aizoum ſerratum Cordo hiſt. pag. 926. lib. 1. cap. 19.

Cotyledon minor Sedi folio Lobel. obſer. pag. 210. ſine icone.

Vmbilicus Veneris Eidem icon pag. 386.

Hanc Cotyledonem alterum Dioſcoridis & Plinij cenſemus: quibuſdam Onobletum Hippocratis lib. de morb. muli. alijs Lichen primum Plinij lib. 27. cap. 4.

Variat quod alteri rariores ſint flores, qui pūctis ſanguineis notantur; alteri non item; cuius nomine duæ figuræ Cordi hiſtoriæ adpoſitæ, quæ & Tabern. fol. pag. 518. lib. 2. ſect. 11. cap. 104. & icon. pag. 874. imitatus, Vmbilici Veneris minoris primi & ſecundi nomine; verùm hic & tertiam habet figuram fol. pag. 512. lib. 2. ſect. 11. cap. 101: & icon. pag. 842. Palmariæ nomine, quæ nil à præcedenti differt, talis enim eſt antequam caulem proferat.

---

### *VI.*

Cotyledon minor folijs oblongis ſerratis.

Eſt huius & altera ſpecies per omnia minor, ſemipalmari caule, in cuius ſummitate floſculi albicantes, longè quàm in priori minores, ad radicem in orbem diſpoſita ſunt folia multa, longè minora quàm in priori.

---

## *RADIX RHODIA.*

Ῥοδία ῥίζα Dioſcoridi lib. 4. cap. 45. eò quòd contrita roſas redoleat: hinc quibuſdam Roſea radix.

Rhodia radix Trago pag. 913. lib. 2. cap. 137. & Fuch. fol. lat. pag. 665. cap. 257. Lobel. obſeru. pag. 212.

Rhodia ſiue Roſea radix Lobel. icon. pag. 391.

---

ANDRO-

## ANDROSACES.

Ἀνδρόσακες Dioſcoridi lib. 3. cap. 150. dicitur, de quo Plinius lib. 27. cap. 4.

*I.*

Androſaces petræ innaſcens.

Androſaces Matth. fol. lat. pag. 585. lib. 3. cap. 133. & icon. 4. pag. 575.

Eiuſmodi vt Matthiolus pingit Bononiæ apud Cl. Vlyſſem Aldroandum anno 1578. vidimus.

*II.*

Androſaces chamæ conchæ innaſcens.

Androſaces Cotyledon marinum herba folioſum Aduerſ. pag. 165.

Androſaces, Cotyledon folioſum marinum Lobel. icon. pag. 387.

Quibuſdam Muſci marini genus: alijs Fungus marinus minimus.

Hanc Monſpeſſuli anno 1579. cùm Frontignanum naui veheremur, ſtudioſos ad montem Cetium deducentes, in aqua collegimus.

*III.*

Androſaces alterum Matthioli.

Androſaces altera Matth. fol. lat. pag. 586. lib. 3. cap. 133. & icon. 4. pag. 576. verùm figuram quam Camerarius in Epito. Matth. pag. 639. propoſuit, melior altera.

Morſus gallinæ vel Alſines ſpecies, non ex Syria, ſed quadam antiqua macerie Aduerſ. pag. 166. ſine icone.

Falluntur Aduerſaria, hanc enim Matthioli Androſacen anno 1575. in horto noſtro coluimus, cuius deſcriptionem elegantem Cluſius hiſt. Pann. pag. 474. lib. 3. cap. 12. ſed ſine icone. Androſaces alterius Matth. nomine propoſuit.

# SECTIO SEXTA.

***CEPAEA: PORTVLACA: HALIMVS: Crithmum: Kali: Tragum: Telephium: Scorpioides: Buplevrum: Iſatis: Luteola: Tithymalus: Lathyris: Ricinus: Peplus: Peplis: Chamæſyce: Hippophaes & Turbith.***

## *CEPAEA.*

ΚΗΠΑΙ'Α Dioſcoridi lib. 3. cap. 168. quam portulacæ dixit ſimilem.

Cepæa Matth.fol.lat.pag.604. lib.3. cap. 110.&icon.4.pag.605.Lobel.(cuius figura melior)obſeru.pag.214.&icon.pag.393. (teis.

Floſculis eſt albis,ex purpureo candicantibus, vel lu-

---

## *PORTVLACA.*

Ἀνδράχνη dicitur Dioſcoridi lib. 2. cap. 150. cuius duo recenſuit genera,alteram Andrachnen, alteram Andrachnen ſylueſtrem, quæ folijs ſit paucis & latioribus priori,hirſutis,in petroſis nata: quæ aliquando habeatur in hortis folijs oleæ, ſed minorib⁹. Theophraſtus habet Ἀνδράχνην, quæ herba eſt, 1.de cauſis plant. 10. & 4.cauſ.3.dein Ἀνδράχνην arborem 1.hiſt.8. & 15. ſic 4. hiſt.4.vtrumq; Portulacam Gaza reddidit. Sic Plinius lib.20.cap.20. Portulaca,inquit,quam Peplion vocant, non multum ſatiua efficacior: quo loci Plinius Portulacam cum peplio herba diuerſiſſima confundit, quòd ex eo factum, quòd aliqui Peplion agreſtem portulacam vocarint: confundit quinetiam vires ſylueſtris cum ſatiuæ Portulacæ viribus.

*I.*

Portulaca latifolia ſeu ſatiua.

Portulaca hortenſis Brunfel. fol. pag. 102. Tom. 3. Rhap.37.&4. pag.137. aliam in folio habet figurã quã in quarto,at quid vtrâq; exprimere velit ignoramus.

Portu-

Portulaca domeſtica Matth. fol. lat. pag. 348. lib. 2. cap. 117. & icon. 4. pag. 231. Lobel. obſeru. pag. 210. & icon. pag. 388.

*II.*

Portulaca anguſtifolia ſeu ſylueſtris.

Portulaca ſylueſtris Trago pag. 381. lib. 1. cap. 125. ſine icone. Matth. fol. lat. pag. 348. lib. 2. cap. 117. & icon. 4. pag. 232. Lobel. obſeru. pag. 210. & icon. pag. 388.

*III.*

Portulaca aruenſis.

Portulaca exigua Camer. hort. pag. 131.

*IV.*

Portulaca aquatica Thalyo in ſua Harc. pag. 91. quid?

*V.*

Portulaca marina Tabern. fol. pag. 153. lib. 2. Sect. 3. cap. 27. & icon. pag. 443. quid?

## *HALIMVS.*

A"λιμ⊙ Dioſcoridi lib. 1. cap. 121. id eſt marinus, eò quòd in maritimis, vt idem teſtatur, proueniat, vel rectiùs vt Plinius lib. & cap. 22. olus maritimum ſalſum, & inde nomē, nam & alibi quàm in maritimis prouenit; quòd verò Plinius ſine aſpiratione legat, fortè id factum, quia Solinus Alimon in Creta naſci prodidit, mirabili effectu quod ad morſa & interdiu fames nulla ſentiatur, vt nomen inde impoſitum ſit ei, quod famem arceat. Et apud Theoph. 4. hiſt. 20. vbi Gaza Auronem vertit, ἄλιμον legitur. Plinius lib. 22. ca. 22. Alimum duorum ſcribit generum, ſylueſtre & mitius, vbi per mitius ſatiuum intelligit, quod Tholoſani in hortis habent, & herbam colicam, propter vſum, vocant: ſic & ſylueſtris non longè Tholosâ in quibuſdam ſepibus naſcitur.

*I.*

Halimus latifolius erectus, ſeu Dioſcoridis, & mitius Plinij.

Halimus primus Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 73. lib. 1. cap. 18.

Halimus Lobel. obſeru. pag. 214. & icon. pag. 393.

A fratre Ioh. Bauhino accepimus.

---

*II.*

Halimus anguſtifolius procumbens.

Halimus ſecundus Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 74. lib. 1. cap. 18. ſine icone.

An Halimus verus Dalechampij Lugd. pag. 265. lib. 2. cap. 65?

---

*III.*

Halimus ſeu Portulaca marina.

Halimus vulgaris Matth. fol. lat. pag. 130. lib. 1. cap. 103. & icon. 4. pag. 67. Halimus.

Portulaca marina Dodo. fol. Gall. pag. 397. lib. 5. cap. 20. Lobel. obſeru. pag. 213. & icon. pag. 392.

Videtur Halimus ſylueſtris Plinij, licet aliqui, Halimũ eſſe negent; alij Crithmum Dioſcoridis lib. 2. cap. 157 cenſent.

---

*CRITHMVM.*

Κρίθμον ſiue κρέταμον Dioſcoridi lib. 2. cap. 157. Plinius lib. 21. cap. 15. Batin appellaſſe videtur, vbi batin marinam & batin hortenſianam, quã aliqui aſparagum Gallicum vocant, proponit: meminit etiam Bati lib. 21. cap. 27.

*I.*

Crithmum ſeu fœniculũ marinũ maius odore Apij.

Baticulæ alterum genus ex Sicilia Cæſalp. pag. 297. lib. 7. cap. 36.

---

*II.*

Crithmum ſeu Fœniculum marinum alterum.

Crith-

Crithmum primum Matth. fol. lat. pag. 355. lib. 2. cap. 122. & icon. 4. pag. 245.

Fœniculum marinum ſiue Empetrum aut Calcifraga Lob. obſ. pag. 213. & icon. pag. 392.

Cenſetur Crithmum Dioſcoridis & Batis hortenſis Plinij; alijs Empetron Dioſcoridis lib. 4. cap. 181.

---

*III.*

Crithmum marinum flore Aſteris attici.

Crithmum tertium Matth. fol. lat. pag. 356. lib. 2. cap. 122. & icon. 4. pag. 247.

Litoreum Chryſanthemum Lobel. obſer. pag. 215. & icon. pag. 395.

---

## *KALI.*

KAli Mauritani vocarunt, quod aliqui ad Anchillidē alterā Dioſcoridis: alij ad eiuſdem Tragon, (at Sapor non eſt acerbus, nec acinis conſtat) referunt. Videtur Plinius lib. 8. cap. 22. ad Halymum retuliſſe, dum inquit, alij olus maritimum ſalſum, & inde nomen, &c.

*I.*

Kali maius cochleato ſemine.

Kali magnum Sedi medij folio, ſemine cochleato, Aduerſ. pag. 169.

Kali magnum Lobel. obſ. pag. 214. ſine icone; & Soda Eidem icon. pag. 394.

---

*II.*

Kali minus album.

Anthyllis altera & Kali primum Dodo fol. Gall. pag. 10. lib. 1. cap. 7.

Kali minus Aduerſ. pag. 170. & Lob. icon. pag. 394.

---

*III.*

Kali minus alterum.

Kali paruum folijs oblongis Camer.hort.pag.82.

An Anthylloides Thalyo Harcyn. pag. 16. maiorem & minorem habet, quàm accepimus à Doctore Io. Oſvvaldo Medico Northuſano.

---

*IV.*

Kali Arabum primum genus Rauvvolffio in ſuo itiner.num.37.& ex eo Lugd.in append.pag.19.

---

*V.*

Kalli altera ſpecies ſeu Kellu Aegyptiorum, quibuſdam Anthyllis. Alpino pag.50.b.cap.42.

---

*VI.*

Kalli tertia ſpecies Alpino pag.51.cap.42.

Sunt qui Pſylliũ noſtrum minus, Gotne dictum eſſe credant; Verùm vti quæſo in Gotne Salſedo & Sapor acris linguam feriens, quod huic etiam Kali tribuit Alpinus.

---

*VII.*

Kali geniculatum.

Kali Matth.fol.lat.pag.343.lib.2.cap.12.& icon.4.pa.223. Cuius figura duas ſpecies exprimit.

Salicornia, ſiue Kali geniculatum vermiculatum Aduerſ.pag.170.& Lob.icon.pag.395.

Hoc habetur & rubrum & viride.

---

*IIX.*

Kali geniculatum alterum.

Kali Arabum ſecundum genus Rauvvolff. Itin. num. 38.& ex eo Lugd.in Append. pag.20.

---

## *TRAGVM.*

Τράγος ſiue σκορπίον aut τράγανος à Dioſcoride proponitur lib.4.cap.51.& à Plinio lib.28.cap.13. Tragi & Scorpij nomine: folijs carere ſcribunt: & lib.22. cap.15.

cap. 15. Scorpius alter. Sequentem Kali ſpeciem volunt eſſe ipſum Tragon.

*IX.*

Kali ſpinoſum.

Tragum Matth. fol lat. pag. 658. lib. 4. cap. 46. & icon. 4. pag. 698. qui vt ad Dioſcoridis Tragum referat, ſine folijs pingit.

Tragon Matthioli Lobel. obſ. pag. 463. & icon. pag. 796. qui folia adpinxit & rectè, tale enim in littore Veneto Lio dicto collegimus: verùm aliquando longioribus, aliquando breuioribus, latioribus item & anguſtioribus variat. Sunt qui Drypin Theophraſti 1. hiſtor. 16. cenſeant.

## *TELEPHIVM.*

Τηλέφιον Dioſcorides lib. 2. cap. 217. deſcripſit, portulacæ ſimilem, alas habens binas in ſingulis foliorum geniculis, flore luteo aut candido. Sic dictum volunt, quòd vlceribus malignis ac deploratis, quibus Telephus Myſiæ Rex ab Achille vulneratus conſenuit, quæ eam etiam ob rem Telephia vocantur, auxilietur. Et Plinio lib. 28. cap. 13. Telephion dicitur, qui portulacæ & caule & folijs ſimile ſcribit. Vulgo Fabaria à foliorum cum faba ſimilitudine: Officinis Craſſula maior.

*I.*

Telephium vulgare.

Scrophularia media Brunfel. fol. pag. 214. Tom. 1. Rhap. 37. & Scrophularia tertia Eidem in 4. pag. 85.

Telephium Lob. obſ. pag. 211.

Faba inuerſa ſiue Craſſula Eidem icon. pag. 389.

Sunt qui Cotyledonis alterius apud Dioſcoridem deſcriptionem conuenire velint; & ſanè Telephium Dioſcoridis non eſt, cùm ad folia alæ non ſint, quod in Dioſcoridis deſcriptione habetur.

Alij

Alij folijs pingunt crenatis & ſubrotundis, vt apud nos prouenit; alij folijs oblongis integris vt Lobelus.

Flore eſt communiter albo, eſt & luteo.

---

*II.*

Telephium purpureum.

Telephium purpuraſcens Fuchſ. fol. lat. pag. 801. cap. 308.

Acetabulum alterum purpureum Eidem icon. 8. pag. 463.

Telephium floribus purpureis Lobel. icon. pag. 389. cuius figura melior.

Hoc longioribus, magisq́; crenatis eſt folijs.

---

*III.*

Telephium latifolium peregrinum.

Telephium Hiſpanicum Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 331. lib. 2. cap. 25.

Telephium ſiue craſſula maior Hiſpanica Lobel. obſ. pag. 212. & icon. pag. 390.

Flore eſt albo, eſt & rubro.

---

*IV.*

Telephium minus repens.

Cepœa Pancij Cluſio hiſt. Hiſp. pa. 332. lib. 2. cap. 25. nomen tantùm habet.

Telephium minus ſempervirens Lob. icon. pag. 390. & Telephium minus repens ſemperuirens Lob. obſer. pag. 212.

Caulis quidem penè nudus pingitur, quia folia iam deciderant; non enim ſecus quàm alia Telephia caule eſt folioſo.

---

*V.*

Telephium Dioſcoridis ſeu Scorpioides ob ſiliquarum ſimilitudinem.

Scor-

Scorpioides Matth.fol.lat pag.801.lib.4.cap.187.& icon.4.pag.920.Lob.obſ.pag.212.&icon.pag.391.

---

*SCORPIOIDES.*

Σκορπιοειδὲς quòd ſemen habeat ad ſimilitudinẽ caudæ Scorpionis Dioſcoridi li.4.cap.195. Et Plinio lib.22.cap.15. Scorpius;Et quia valet aduerſus animal eiuſdem nominis.

*I.*

Scorpioides bupleuri folio.

Scorpioides Dodo fol. Gall. pag.48.lib.1.cap.41.

Scorpioides repens bupleuri folio Lobel.obſer.pag.244.&icon.pag.457.

Quibuſdam Clymenum Dioſcoridis lib. 4. cap. 13. & Clymenum alterum Plinij lib. 25. cap.7. Alij Scorpius Plinij, & Scorpioides Dioſcorides:alijs catanance.

---

*II.*

Scorpioides montanum Lugd.pag.1191.lib. 10.ca. 62.quid?

---

*BVPLEVRVM.*

Βούπλευρον Hippocrati & Nicandro in Theriacis: Plinius lib.& cap.22. Bupleuron habet,quod nomen aliqui ipſi Amni vulgari tribuunt; Sed rectiùs Valerianę campeſtri tribuemus; quare alijs hoc noſtrum Bupleurum βούπρηστις dicitur,cuius inter olera mentionem fecit Theophraſtus 7.hiſt.8.& Bupreſtis Plinio lib. & cap.22. non deſunt qui ad Panaces Chironium Dioſcoridis; alij qui ad Elaphoboſcum referant.

*I.*

Bupleuron anguſtifolium.

Herba vulneraria Trago pag.431.lib.1.cap.143.

Bupleurum Lob.obſ.pag.243.

Herbariorum Bupleurum anguſtifolium Eidem icõ. pag.456.

*II.*

Bupleurum folio rigido.

Bupleurum maius Geſn.hort.pag.251.

Bupleurum alterum latifolium Lobel. obſ. pag. 244. & icon.pag.456.

*ISATIS.*

Ἰσάτις Dioſcoridi lib.2.cap.215. Plinius lib. 20. cap.7. inter Lactucas recenſet; At quia Dioſcorides Telephio iungit in hanc Claſſem retulimus.

Genera duo Dioſcoridi & Plinio: primum Iſatis ſatiua, qua Infectores lanarum vtuntur; Plinius Lactucæ quartum genus fecit: alterum ſatiuo ſimile, folijs lactucaceis proximis, Plinio Lactucæ tertium genus, quia cũ animaduertiſſet Dioſcoridem Iſatidis ſylu. folia Lactucacea dixiſſe, cum Lactucis miſcuit.

*I.*

Iſatis ſatiua: & Trago pag.256.lib.1.cap.86.

Glaſtum ſatiuum Lob. obſ.pag.187.& icon.pa.351.

Glaſtum dictum fuit Gallis Iul. Cęſare autore, nunc verò Guadum dicitur, cuius ſucco tinctores vtuntur lanis cæruleo colore tingendis: ex foliorum enim ſucco & humote expreſſo maſſas cogunt.

*II.*

Iſatis ſylueſtris: & Trago pa.256.li.1.c.86. ſine icone.

Iſatis agria Glaſtum ſiue Iſatis ſylueſtris Lob.icon.pa. 352.& obſ.pag.190.Iſatis ſylueſtris.

*III.*

Iſatis montana.

Glaſtum montanum Dalechampij Lugd. pag. 1204. lib.10.cap.73.

*IV.* Iſa-

*IV.*

Iſatis Indica.

Anil & Nil, Garziæ pag. 220. lib. 2. cap. 26. (vbi Cluſius in notis addit cum Iſatide conuenire) & Acoſtæ pag. 313. cap. 67. ſine icone.

Nil ſiue Anil, ex qua fit Indicum in Aegypto Camer. hort. pag. 106.

---

*LVTEOLA.*

LVteolam ſubijcimus, quia eius in Tinctoria frequẽtiſſimus vſus eſt, quia hac inficiuntur panni lanei & lineæ telæ colore luteo (vnde nomen) & virente; luteo quidem, quæ candida ſunt, virenti verò cæruleo antè tincta. Plinius lib. 33. cap. 5. Luteam appellat: Vitruuius lib. 7. Architecturæ cap. 14. Luteum nominat. Virgil. 4. Ecloga Luteum, à quo luteus color, & Lutea, vt à Croco Crocea: Sunt qui Iſatidem Dioſcoridis velint, ſed malè, ſiquidem Iſatis cæruleo, Luteola luteo vel viridi colore inficiat: alijs Strutheon Theophraſti; alijs Ptarmice Dioſcoridis, ſed vtrique malè, cum Oleæ folia ſuo Struthio Theophraſtus & ſuæ Ptarmicæ Dioſcorides tribuat: Sunt qui & Reſedam Plinij velint: Cæſalpinus pag. 389. lib. 9. cap. 35. Myagron ſeu Melampyron Dioſcoridis ſtatuit.

Luteola herba.

Antirrhinum Trago pag. 362. lib. 1. cap. 118.

Pſeudoſtruthium Matth. fol. lat. pag. 406. lib. 2. cap. 157. & icon. 4. pag. 330.

Luteola Lob. obſ. pag. 190. & icon. pag. 353.

---

*TITHYMALLVS, eiusq́; ſpecies.*

TIθύμαλ⊗ Dioſcoridi libr. 4. cap. 165. τιθύμαλλ⊗ Theophraſto 9. hiſt. 12. Lactariã Gaza vertit. Plinio libr. 26. capit. 8. Tithymalus, quem noſtri herbam Lactariam vocant; alij Lactucam caprinam. Sic enim

Columella, at Celſus marinam, vocauit. Officinæ Eſulam dicunt. Dicta Lactaria, ob commune omnibus lac; ex hac enim leuiter ſecta, vel abrupto folio, lac effluit.

Genera Dioſcorides ſeptem recenſet, primum maſculus χαραχίας dictus, quibuſdam ἀμυγδαλοειδής: alterum fœmina μυρτίτης quem καρυΐτην ἢ μυρσινίτην cognominãt: tertium παράλιος, quem τιθυμαλίδα appellârunt: quartum ἡλιοσκόπιος: quintum κυπαρισσίας: ſextum δενδρώδης: ſeptimum πλατύφυλλος. Theophraſtus 9. hiſtoriæ 12. Lactariorum plura dicit genera, maritimam, maſculam oleæ folio: myrtariam candidam folio myrti. Plinius loco cit. Genera, inquit, eius multa: Primus cognominatur Characias, qui & maſculus exiſtimatur: alterum genus Myrſinitem vocant, alij Caryiten folijs myrti: tertium genus Paralias vocatur, ſiue tithymalus folio rotundo: quartum Helioſcopium appellant, folijs portulacæ, ſic dictum quoniam capita cum Sole circumagit: quintum Cypariſſiam vocant, propter foliorum ſimilitudinẽ: ſextum platyphyllon; alij Corymbiten; alij amygdaliten à ſimilitudine: ſeptimum Dendroides, alijs Cobion, alijs leptophyllon.

*I.*

Tithymalus Characias (id eſt, vallaris,) rubens peregrinus.

Tithymalus Characias Matth. fol. lat. pag. 773. lib. 4. cap. 159. & icon. 4. pag. 876.

Characias Monſpelienſis Cluſij & Matthioli Lobel. obſ. pag. 194. & icon. pag. 359.

---

*II.*

Tithymalus Characias amygdaloides.

Tithymalus Characias primus ſiue mas Dodo fol. Gall. pag. 241. lib. 3. cap. 29.

Monſpelienſium Amygdaloides, Characias primus Dodonæi Lob. obſ. pag. 195.

Characias Amygdaloides Eidem icon. pag. 360.

Lactaria maſcula Theophraſto Aſcebra magnum Meſuei.

Duæ apud Tabern. figuræ icon. pag. 590. Amygdaloidis & Amygdoloidis latifolij nomine.

---

*III.*

Tithymalus Characias rubens Germanicus.

Tithymalus Characias Pannonicus Cluſ. hiſt. Pann. pag. 670. lib. 4. cap. 7. ſine icone.

In noſtris etiam paluſtris Michelfeldenſibus frequẽs.

---

*IV.*

Tithymalus Characias longifolius.

Myrſinites altera, & Turbith Alexandrinum quorundam Lobel. obſeru. pag. 196.

Tithymalus myrſinites altera Eidem pag. 361.

---

*V.*

Tithymalus ſerrato folio.

Tithymalus ſerratus Monſpelienſium, aut Characias Aduerſ. pag. 153. & Lobel. icon. pag. 360.

Alij ad Characiam, alij ad Myrſiniten referunt.

---

*VI.*

Tithymalus Myrtifolia fructu verrucæ ſimili.

Tithymalus verrucoſus Dalechampij Lugdun. pag. 1650. lib. 16. cap. 7.

Alypum Guilandinus vocare ſolebat.

---

*VII.*

Tithymalus ſyluaticus.

An Eſula multicaulis & quarta Tragi pag. 294. lib. 1. cap. 100. ſine icone.

Tithymalus in montibus, quibuſdam Eſula rotunda Cæſalp. pag. 378. lib. 9. cap. 14.

---

*IIX.*

Tithymalus myrſinites primus.

Tithymalus myrſinites Matth. fol. lat. pag. 773. lib.4. cap.159.& icon.4. pag.877.

Myrſinites, Myrthifolius, Myrtaria Gazæ Lob. obſer. pag. 192.

Tithymalus myrthifolius Lobel.icon.pag.355.

Tithymalus fœmina Dioſcoridis: Myrtaria candida lactaria Theophraſto.

Huius duę apud Lobelum icones, myrthifolij & Myrſinitis Dioſcoridis nomine: & apud Tabern. icon. pag. 591.& 592.Myrſinitis 1. & 2.titulo.

---

*IX.*

Tithymalus arboreus folio myrthi.

Tithymalus Dendroides Matth. fol. lat. pag. 774.lib. 4.cap.149.& icon.4. pag.881.

Dendroides Lobel.obſeru.pag.194.

Tithymalus arboreus Myrthifolius Lob.ic.pag.359.

Alijs Dendroides Dioſcoridis & Plinij: alij, ad Characiam referunt.

---

*X.*

Tithymalus dendroides ex codice Cæſareo Dod.fol. lat.pag.368.pemp.3. lib.2. cap.12. & ex eo Lugd. pag. 1645.lib.16. cap.7.

---

*XI.*

Tithymalus maritimus.

Tithymalus paralios Matth. fol. lat. pag. 773. lib.4. cap.159. & icon.4. pag.878. Lobel.obſeru. pag.191.& icon. pag. 354.

Habentur duæ figuræ apud Dodonæum fol. lat. pag. 366.pemp.3.lib.2.cap.12. pro vt in maritimis, & pro vt in hortos tranſlata, prouenit.

---

*XII.*

Tithymalus marino ſimilis.

Tithymalus linifolius Camer.hort.pag.170.

Tithy-

Tithymalus amygdaloides anguſtifolius Tabern.fol. pag.291.lib.2.Sect.6.cap.12.& icon.pag.591.

Apud nos in Michelfelden copioſè, locis arenoſis ad Rhenum prouenit.

---

*XIII.*

Tithymalus helioſcopius.

Eſula Brunfel.fol.pag.194.Tom.1.Rhap.39.ſine icone: & in 4. pag.124. cum icone.

Eſula vulgaris ac tertia Trago pag.194. lib.1. ca.100.

Tithymalus helioſcopius Lobel. obſeru.pag. 192. & icon. pag. 356. Tithymalus helioſcopius ſiue Soliſequius, portulacifolius.

---

*XIV.*

Tithymalus cypariſſias maior purpuraſcente coma.

Eſula vulgaris maior & quinta, vulgò Eſula minor Trago pag.295. & 297. lib.1. cap. 100.

Pytiuſa ſiue pinea, officinarum Eſula minor Lobel. obſer.pag.192.& Tithymalus pinea Eidem ic.pag.357.

An Πιτύουσα Dioſcoridis lib.4. cap.166.

---

*XV.*

Tithymalus cypariſſias minor.

Tithymalus cypariſſias Dod.fol.Lat. pag.367. pemp. 3.lib.2.cap.12.Lobel.obſeru.pag.192.

Tithymalus cupreſſinus ſiue humi pinus Eidem icõ. pag.356.

Huius minor adhuc ſpecies vix palmum altus, rubente capitulo.

---

*XVI.*

Tithymalus folijs punctis croceis notatis.

Tithymalus στικτόφυλλος, propter punctula Thalyo Harcy.pag.126.

Duplex eſt, maior & minor.

---

*XVII.* Tithy-

*XVII.*

Tithymalus latifolius Hiſpanicus.

Tithymalus platyphyllos Cluſio hiſt. Hiſp. pag. 438. lib. 2. cap. 74.

Platyphyllum Hiſpanicum Lobel. obſeru. pag. 196. & icon. pag. 361.

---

*XIIX.*

Tithymalus platyphyllos Fuchſij fol. lat. pag. 813. cap. 313. & icon. 8. pag. 470.

Pityuſa maior Dodo. fol. Gall. pag. 244. lib. 3. cap. 30. quoad iconem.

---

*XIX.*

Tithymalus paluſtris fruticoſus.

Eſula maior & ſecunda Trago pag. 294. lib. 1. ca. 100. ſine icone.

Pytiuſa maior Cordo in Dioſc. pag. 75. lib. 4. cap. 166.

Eſula maior Germanica Aduerſ. pag. 152. & Lobel. icon. pag. 358.

---

*XX.*

Tithymalus folijs per ambitum hirſutis.

Pithyuſa Anglica Camer. hort. pag. 128.

---

*XXI.*

Tithymalus purpuraſcentibus floribus marina.

Eſula rara è Lio Venetorum inſula Aduerſ. pag. 160. Lobel. obſeru. pag. 201. & icon. pag. 372.

Quibuſdam Alypum Dioſcoridis, alijs Pityuſa Eiuſdem, alijs Turbith nigrum.

---

*XXII.*

Tithymalus ſeu Eſula flore viridi.

Eſula dulcis vel ſeptima Trago pag. 298. lib. 1. c. 100.

---

*XXIII.*

Tithymalus ſeu Eſula flore rubro.

Pityuſa

Pityuſa ſeu Eſula minor altera floribus rubris Lobel. obſer.pag.193.& icon. pag.358.

Eandem cum priore dicerem, ni huic Lobelus flores rubros tribueret.

---

*XXIV.*

Tithymalus ſeu Eſula exigua.

Eſula exigua vel ſexta Trago pag.296.lib.1.cap.100.

Tithymalus leptophyllos Matth.fol.lat.pag.774.lib. 4.cap.149: & icon.pag.882.

Eſula exigua Trago Lobel.obſeru.pag.193.ſine icone: & icon.pag.357.

---

*XXV.*

Tithymalus tuberoſa radice.

Apios Matth.fol.lat.pag.784.lib.4.cap.170: & icon. 4.pag.896.Lobel.obſeru.pag.198.

Apios vera Lobel.icon.pag.364.

Ἄπιος Dioſcoridis lib.4.cap.177.cēſetur, & à Theophraſto 9.hiſt.10. ἰσχὰς alijs ἄπιον dicitur, caricam & pyrum reddidit Gaza cuius duæ ſpecies, altera radice craſſiore & maiore folijs & ramulis minoribus, altera radice minore, ramulis longioribus & folijs maioribus.

---

*XXVI.*

Tithymalus tuberoſus Germanicus.

Tithymalus tuberoſus alter Camer.hort.pag.170.

---

*LATHYRIS.*

Λαθυρὶς Dioſcoridi lib.4.cap.167.quam aliquos Tithymalum appellare, & Tithymalorum numero aſſcribere autor eſt.Plinio lib.27.cap.11.Lathyris: Granum regium minus Meſuęo.

*I.*

Lathyris maior.

Cataputia Brunfel.fol.pag.230.Tom.1. Rhap.41.ſine icone, & 4.pag.116. Lathyris.

Lathyris ſeu Cataputia minor ſecunda Trago pag. 291. lib. 1. cap. 99.

Cataputia minor Lobel. icon. pag. 362.

Hæc prout adultior vel iunior, latiora vel anguſtiora habet folia, hinc apud Tabernęm. figuræ duæ, icon. pag. 587. Lathyridis latifoliæ & anguſtifoliæ nomine.

---

*II.*

Lathyris minor conglomerato flore.

Lathyris minor Dalechampij Lugdun. pag. 1657. lib. 6. cap. 10.

---

*III.*

Lathyris minima.

Cataputia puſilla Cæſalp. pag. 378. lib. 9. cap. 13.

---

## *RICINVS.*

RIcinum Dioſcorides Tithymallis iungit: Meſues Granum regium maius vocat: officinis cataputia maior dicitur: vſus eſt vt Lathyridis, quæ ratio cur ei ſubiunxerimus. Dicitur Dioſcoridi lib. 4. cap. 164. Κίκι ἢ κρότων à ſimilitudine ricini animalis, cuius formam fructus cortice exutus refert. Plinio lib. 15. cap. 7. Cici (arborem dicit) quæ alijs croton, alijs trixis, alijs Seſamum ſylueſtre, noſtris Ricinus.

*I.*

Ricinus minor.

Ricinus vulgò Palma Chriſti Trago pag. 288. lib. 1. cap. 98.

Ricinus Matth. fol. lat. pag. 771. lib. 4. cap. 158. & ic. pag. 875. Lobel. obſeru. pag. 392.

Ricinus, Cerua maior, Cataputia maior, Granum regium Meſuæ Lobel. icon. pag. 688.

---

*II.*

Ricinus maior Americanus.

Rici-

Ricinus Americus, Curcas incolis Cluſ. in notis ad Monardem pag. 11. Lobel. obſeru. pag. 392. & icon. pag. 688.

Huius ſiliqua tuberculis aſperis non eſt obſita, vt in vulgari, ſed læuis & cinerei coloris, ipſum ſemē nigrum nō maculoſū vt vulgaris, cuius dimidia tantū grani pars ſumitur. Camerarius ſcribit grana duplo maiora eſſe, & minus liuidi coloris, at Cluſius vulgari paulo maius ait.

---

*III.*

Ricinus arboreus ſeu Dioſcoridis.

Cluſius in Monardem pag. 11. meminit ſe ad fretū Herculeum alijsq́; maritimis Bœticæ locis Ricini plantas, craſſitudine humana, altitudine verò trium hominum, multis prægrandibus ramis inſtar aliarum arborū brachiatas, qui tertio aut quarto quoq; anno, cùm multis annis duret arbor, putari ſoleant. Sic & Bellonius lib. 1. obſeru. cap. 18. magnas in Creta arbores ſe obſeruaſſe refert: an idem ſit cum præcedenti, ignoramus.

---

## *PEPLVS.*

Πέπλος, οἱ δὲ συκῆν, οἱ δὲ μήκωνα ἀφρώδη vocant, Dioſcorides lib. 4. cap. 168. Peplos, quē aliqui Sycen, alij Meconion aphrodes Plinius lib. 27. cap. 12.

Peplos Fuchſ. fol. lat. pag. 603. cap. 229. & icon. 8. pag. 345. Matth. icon. 4. pag. 885.

Peplos ſiue Eſula rotunda Lobel. obſeru. pag. 197. & icon. pag. 362.

---

## *PEPLIS.*

Πέπλις, οἱ δὲ ἀνδράχνην ἀγρίαν vocant, Hippocrati πέπλιον, Dioſcorides lib. 4. cap. 169. Meminit & Plinius lib. & cap. 22. Peplij, vbi Portulacam ſyluestrē eiuſdem generis ac naturæ cum ſatiua, confundit cum Peplio herba diuerſiſſima ideo tātùm, quod Peplion agreſtem portulacam nonnulli vocauerunt, vt rectè Dalechampius monet.

Peplis Matth.icon.4.pag.886.Lobel.obſer.pag.197. & icon. pag.363.

---

*CHAMAESYCE.*

Χαμαισύκη ἢ σύκη Dioſcoridi lib.4. cap. 170. Chamæſice Plinio lib.24.cap.15.quaſi humilis ficus.

Chamæſyce Geſner. hort.pag.253. Aduerſ.pag.154. Lobel.obſeru.pag.193.ſine icone: & icon.pag.363.

---

Planta lactaria, Xabra & Camareonum Rhaſis. Rauvvolff.itin.num.62: & ex eo Lugdun.append.pag.22.

---

*HYPPOPHAES.*

Ἱππόφαες Dioſcoridi lib.4.cap.162. qui inter cætera dicit radices lacteo ſucco madere; cuius plantæ ſuccus in vſum reponatur ad purgandum Hippophæos Theophraſto.

Hippophaës ex codice Cæſareo Dodon. fol. lat. pag. 373.pemp.3. lib.2. cap.20.& ex eo Lugdun. pag.1705. lib.16. cap.31.

Hippophaës Anguill.pag.144.ind.8.

Non nouimus.

---

*TVRBIT vt Arabes vel TVRBITVM.*

DE Turbetho hîc agimus, quia Meſues 2.ſimpl. cap. 2.ex earum plantarum genere, quæ lacteo ſucco turgeãt, eſſe ſcribit, licet nõ deſint qui negẽt vt Garzias.

Turbethi nomine radix in officinis habetur, verùm cuius plantæ radix ſiet controuertitur. Arabes, quamuis radicem lacteam pituitam deturbãtem, Turbit vocaſſe videntur: hinc factũ, vt inter ſe autores nõ conueniant.

1. Turbith namq; à Serapione lib.de temper. ſimplic. cap.320.propoſitum, nil aliud eſt apud Dioſcoridem, quàm Tripolij lib.4.cap. 135. radix, vt ex deſcriptione colligere eſt, quod etiam Cordus in Dioſcoridem pag. 72.b. lib.4.cap.135.monet.

2. Tur-

2. Turbith Meſuæo lib. 2. Simplic. purgant. cap. 2. eſt radix herbæ ferulaceæ lacte turgentis, qui aliud hortenſe aliud ſylueſtre fecit, & in his magnum & paruum, & album, flauum, nigrum; quid ſit Meſuæi Turbith, nondum conſtat.

3. Actuarij duplex eſt; album quod aliqui Alypum Dioſcoridis lib. 4. cap. 180. cenſent: & alterum quod Pityuſæ radicem ſtatuunt. Hinc Syluius in ſuis notis in Meſuen pag. 85. lib. 2. purg. cap. 2. Pityuſa Dioſc. turpet dicta folio pini.

4. Officinarum eſt turbith, quod Syluius loc. cit. vult eſſe radicem tithymali myrtitæ, à myrtaceo folio, cuius opinionis fuit Guilandinus, quæ tamen ſententia minus probabilis eſt. At ſæpè in officinis triplex reperias; primò Cinericeo colore, quod Thapſiæ vulgaris radix videtur; hinc Cordus 4. hiſt. cap. 73. Turbitum adulterari ſcribit, tenuiorib⁹ Thapſiæ minoris radicibus; Et Cluſius in notis in Garziam pag. 149. lib. 1. cap. 36. Thapſiam abūdè per vniuerſam Hiſpaniam naſci, cuius radice pleræque Hiſpaniæ officinæ pro Turpeto legitimo vtantur, ſcriptum reliquit. 2. Alexandrinum, quod Scammoneę Antiochenę ſpecies creditur. Et Cluſius loc. cit. monet, multis per Europam locis Scammonij radicem conciſam pro legitimo Turpeto oſtendi, & in medicamenta recipi, vt ex collatione radicū Scammoneæ ſiccarum & Turpeti illorum, colligere eſt. 3. Inguem deterius quidem, ſed eiuſdem cum prædicti ſpeciei.

*I.*

Turbith gummoſum Officinarum.

Turbitum Cordo hiſtor. pag. 204. lib. 4. cap. 73. ſine (icone.

Turbith ſiue Turpetum Lob. obſ. pa. 201. ſine icone.

Alexandrinum Officinarum Turbith Eidem icon. pa. 371.

Suprà pa. 258. num 3. huius etiam meminimus, quo loci delenda & huc referenda.

*II.*

Turbith Garziæ.

Garzias aromatum lib. 1. cap. 36. oſtendit Turbith Arabum, nec Tripolij nec Pityuſę, nec Alypi radicem eſſe: verùm eſſe plantam radice nec magna, nec longa, caule hederæ modo extenſo, digiti craſſitie bipalmari, folijs Altheæ, floribus ſimilibus è candido rubentibus, aliquando omninò candidis: cuius ſolùm caulis pars inferior iuxtà radicem gummoſa vtilis ſit: totam verò plantam inſipidam eſſe, in maritimis, ſed non adeò mari vicinis, prouenire; & è lactucearum numero non eſſe. At Meſues ex earum plantarum genere eſſe ſcripſit, quæ lacteo ſucco turgeāt. Ex quibus colligere eſt, diuerſum eſſe Garziæ, ab Arabum Turbith.

---

# LIBER OCTAVVS.

## SECTIO PRIMA.

## De Conuoluulis.

*SCAMMONIVM: CONVOLVVLVS SEV Smilax læuis & aſpera: Salſaparilla: China: Soldanella: Bryonia: Mechoacan: Lupulus Vitis vinifera.*

### *SCAMMONIVM.*

CVM Turbit officinarum Scammonij genus cenſeatur, & Garzias ſuum hederæ aſſimilet, vt Dioſcorides ſuum Scammonium, de eo in præſens.

Scammonia Dioſcoridi lib. 4. cap. 171. Σκαμμωνια dicitur: ſic & Theophraſto 4. hiſt. 6. & 9. hiſt. 1. & 10. Plinius lib. 26. cap. 8. huius herbæ ſuccum Scammonium vocat, ſiquidem Theophraſtus 9. hiſt. 22. huius herbæ ſuccum tantum, vſui eſſe dicat: quare & officinæ liquorem ſeu ſuccum, qui ex radice inciſa lacteus liquidus

dus

dus effluit Scammoneam ad Arabum imitationem nominant, qui denſatus in maſſas cogitur: hic exſiccatus fuſcus, aut liuidus, aut cinericeus, aut fuluus redditur: quod ſi ſuccus hic præparatus ſit, hoc eſt in malo cydonio, aut in eius ſucco coctus, Diacrydiō ab iiſdē dicit̄.

*I.*

Scammonia Syriaca.

Scammonia Matth. fol. lat. pag. 779. lib. 4. cap. 165. & icon 4. pag. 887.

Scammonium Lobel. obſ. pag. 340. & Scammonium Syriacum, Antiochenum Scāmonea Eidem ic. pa. 620.

---

*II.*

Scammonia Monſpeliaca.

Scammonium Monſpelienſe Aduerſ. pag. 275. & Lob. icon. pag. 620.

---

*III.*

Scammoniæ affinis.

Scammonij Monſpeliaci varietas Lob. obſ. pag. 341. & icon. pag. 621.

Apocynon tertium Cluſ. hiſt. Hiſpan. pag. 224. lib. 1. cap. 56. ſine icone.

---

## *CONVOLVVLVS SEV SMILAX.*

SMilacis duplicis meminit Dioſcorides: alterius lib. 2. cap. 176. vbi de Phaſeolo intelligendus: alterius lib. 4. cap. 144 diſtinguens in aſperam & læuem, de illa in parte ſecunda inter legumina, de hac in præſens.

Smilax læuis Dioſcoridi lib. 4. cap. 145. σμίλαξ λεία, quæ conuoluulus dicitur, quòd arbores ſcandat & ciſſe conuoluat. Plinio lib. 21. cap. 5. Conuoluulus.

*I.*

Conuoluulus maior albus.

Volubilis Brunfel. fol. pag. 91. Tom. 3. Rhap. 31. & 4 pag. 194.

Smilax

Smilax læuis maior Lobel. obſeru. pag. 340. & icon. pag. 619.

Alijs Smilax læuis Dioſcoridis, nec malè: Conuoluulus Plinij: alijs eiuſdem lib. & cap. 22. Iaſione: nonnullis Malocociſſus Damocratis.

Semen colore variat, quod nigrum, aliquando ruffeſcens.

---

*II.*

Conuoluulus minor aruenſis.

Volubilis minor Trago pag. 806. lib. 2. cap. 89.

Conuoluulus minor purpureus Lob. obſ. pag. 340. & icon. pag. 619.

---

Dioſcoridis huius meminit lib. 4. cap. 93. ἑλξίνη nomine, quòd folia hederę ſimilia habeat, vbi interpres Helxinē Ciſſampelon nominat; quibuſdam Orobāche Theophraſti 8. hiſt. 8. vbi Gaza Eruangam reddidit: alijs Scammonia tenuis Plinij lib. 24. cap. 15.

Variat flos colore qui candidus, aut roſeus, aut punicantibus lineis pictus eſt.

---

*III.*

Conuoluulus minor ſemine triangulo.

Orobancha ſiue Cuſſus alter Serapionis Trago pag. 664. lib. 2. cap. 33. ſine icone.

Helxine Coſſampelos altera Atriplicis effigie Lobel. obſ. pag. 343. & icon. pag. 624.

Alijs Malacociſſos Conſtantini Imperatoris: alijs Orobanche: alijs Helxine Ciſſampelos: alijs Elatine.

---

*IV.*

Conuoluulus linarię folio.

Cantabrica quorundam Cluſ. hiſtor. Pann. pag. 385. lib. 2. cap. 50.

Conuoluulus minimus ſpicæ folius Lobel. obſ. pag. 342. & icon. pag. 622.

Qui-

Quibuſdam Scammonium tenue Plinij: alijs eiuſdem Cantabrica: Guilandino Helxine ſtans dicebatur; at Cortuſo Scammonea Patauina.

*V.*

Conuoluulus cæruleus hæderaceo folio.

Smilax cærulea Dodo fol. Gal. pag. 266. lib. 3. cap. 52. ſine icone.

Aſmeus ſiue Cæruleus cõuoluulus Lob. obſ. pa. 342. & Aſureus ſiue cæruleus conuoluulus: hederaceus vel Smilaceus exoticus Eidem icon. pag. 623.

Quibuſdam Granum nil Serapionis & Arabum; Liguſtrum nigrũ Columellæ: alijs Pothos cæruleus Theophraſti: quibuſdam volubilis lanuginoſa Meſuei.

*VI.*

Conuoluulus argenteus Altheæ folio.

Conuoluulus folio Altheæ Cluſ. hiſt. Hiſpan. pa. 384. lib. 2. cap. 50.

Conuoluulus peregrinus Cluſ. Lob. obſer. pag. 343. & icon. pag. 623.

Quibuſdam Scammonium minus Plinij: alijs Helxine Ciſſampelos Dioſcoridis. Flos ex purpura candicat, interdum omninò purpuraſcit.

## *SMILAX ASPERA.*

Σμίλαξ τραχεῖα Smilax aſpera Dioſcoridi lib. 4. cap. 144. propter ſarmenta rubi modo aculeata. Smilax Theophraſto, Hederam Ciliciam Gaza vertit. Smilacem, quam hederæ ſimilem, ſcribit Plinius lib. 24. cap. 10. eſſe volunt. Duo Smilacis genera dixêre, (inquit Plinius) alteram ſcandentem arbores, in conuallibus opacis, alterum genus culta amare, &c.

*I.*

Smilax aſpera fructu rubente.

Smilax aſpera vera Trago pag. 814. lib. 2. cap. 92.

Matth. fol. lat. pag. 749. lib. 4. cap. 139. & icon. 4. pag. 846. Lob. obſ. pag. 339. & icon. pag. 617.

Quandoque folia candidis maculis notantur.

---

*II.*

Smilax aſpera fructu nigro: Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 218. lib. 1. cap. 53. ſine icone.

Smilax aſpera Luſitanica Tabern. fol. pag. 585. lib. 2. ſect. 12. cap. 22. icon. pag. 895.

Non ſolùm fructus colore à priore differt, ſed & folijs quæ in hac molliora minusq́; ſpinoſa ſunt: quamuis & folia ſine ſpinis reperiantur.

---

*III.*

Smilax aſpera tertia.

Smilax aſpera altera facie Salſæ Parillæ aut congener Lob. icon. pag. 618.

Hæc à præcedentibus radice differt.

---

*IV.*

Smilax aſpera Peruuiana ſeu Salſa parilla.

Zarza parilla Matth. fol. lat. pag. 749. lib. 4. cap. 139. & icon. pag. 846.

Salſa parilla Lobel. obſ. pag. 339. ſine icone: & icon. (pag. 618.

Matthiolus ſcribit Smilaci aſperæ ſimilem, ſed minimè aculeatam: Lobelus radicem caulesque eosq́; ſpinulis horridos vt in Smilace pingit, vnde nomen accepit. Hiſpani namque nomen impoſuêre, qui Smilacem ſuam aſperam Sarzaparillam, quaſi dicas, Rubum viticulam, vocant; Hi primi eius vſum, ex Peru in Europam inuexêre. Sunt qui velint nil aliud eſſe hanc Peruuianam, quàm Smilacem aſperam vulgarem. Hæc à triginta circiter annis innotuit.

Duûm generum eſt: altera radicibus colore albo ad fuluum vergente tenuibus, in noua Hiſpania: altera in Hondura efficacior iuxta flumen quoddam, craſſioribus

bus radicibus ac magis fuluis, aut ſubnigris qui color magis probatur. Cæſalp. pag. 219. lib. 5. cap. 27. huius etiam meminit ex Nicolai Monardi qui edit. Ital. pag. 37. part. lib. 1. cap. 12. & pag. 105. partis 2. lib. 2. cap. 13. de ea agit quæ ex Honduras affertur: in Edit. lat. pag. 37.

*V.*

Salſa parilla America.

Zarza parilla America Lugd. pag. 1899. li. 18. ca. 129.

## *CHINA.*

CVm Smilaci aſperæ ſuis ſarmentis non abſimilis ſit China, A' Coſta innuente, & hederæ modo arbores ſcandere, cauliculis tenuibus raris Lugdunenſis ſcribat, de ea in præſens. Dicitur China & Chinæa radix, à China Indiæ regione, in qua copioſè naſcitur: eſt duplex, alia in India Occidentali, colore magis ruffo: alia in India Orientali.

*I.*

China orientalis & occidentalis.

Cina alijs China Matth. fol. lat. lib. 1. ca. 3. ſine icone.

China Lob. icon. pag. 55. Monardi edit. Ital. parte 1. pag. 32. lib. 1. cap. 11. & edit. lat. pag. 34.

Radix Chinæ Garziæ pag. 150. lib. 1. cap. 38. qui aliter quā Monardes deſcribit, Acoſtæ pag. 60. cap. 10. qui integrā plantam pingit, & ex eo Lugd. append. pag. 10. Inter Arundines recenſuit Amatus in Dioſc. lib. 1. enarrat 104. & de huius vſu Veſalius libellum conſcripſit.

*II.*

China Acori effigie.

China ſpuria Acori effigie Lob. icon. pag. 55.

*III.*

China pyriformis. (pa. 56.

China ſpuria pyriformis ſeu turbinata Lobel. icon.

## *SOLDANELLA.*

DIoſcoridi lib. 2. cap. 148. Κράμβη θαλασσία. Braſſica marina dicitur ea, quę Officinis Soldanella vocatur.

*I.*

Braſſica maritima maior.

Braſſicæ marinæ genus Rauvvolff. Itiner. num. 54. & ex eo Lug. in append. pag. 20.

Conuoluuli marini nomine & plantam & ſemen Imperatus Neapoli ad nos miſit; Ex cuius ſemine in horto D. Zvvingeri hoc anno creuit. Huius folia quædam ſunt laciniata, quædam, non omnia tamen, parte ſuperna ſinuata.

---

*II.*

Braſſica maritima minor, ſeu Soldanella officinarum.

Braſſica marina Matth. fol. lat. pag. 346. lib. 2. ca. 115. & icon. 4. pag. 227.

Soldanella ſiue Braſſica marina Lobel. obſ. pag. 329. & icon. pag. 602.

---

*III.*

Soldanella alpina rotundifolia.

Soldanella montana Aduerſariorum pag. 262. Lob. icon. pag. 602.

Soldanella alpina Cluſ. hiſtor. Pann. pag. 354. lib. 2. cap. 47.

Variat folijs & floribus: alia folijs ſupernè virentibus, infernè dilutiore virore ſplendentibus; alia folijs infernè virentibus: flos purpureus, nunc ſaturatior, nunc dilutior, flore etiam niueo reperitur.

---

*IV.*

Soldanella alpina folio minus rotundo.

Soldanellæ alpinæ aliud genus Cluſ. hiſt. Pann. pag. 355. lib. 2. cap. 47. ſine icone.

---

BRYO-

*BRYONIA, eiusq́; ſpecies.*

AΜπέλ☉ λϵυκὴ vitis alba, & Βρυωνία Bryonia Dioſcoridi lib. 4. cap. 184. Μήλωθρ☉ Melothrus Theophraſto 6. hiſt. 1. vitis alba, quæ Græcis Ampeloleuæ, alij Ophioſtaphylon, alij Melothron, alij Pſilothrum, alij Archezoſtin, alij Cedroſtin, alij Madon, quidam albam Bryoniam appellant, Plinio lib. 22. cap. 1.

Genera duo Dioſcoridi, alba & nigra, vitis vel bryonia, ſic & Plinio qui nigram vult propriè Bryoniam vocari, & à nonnullis Chironiam, gynicanthen ac aproniam dici, refert.

*I.*

Bryonia alba baccis rubris, ſeu vitis alba Dioſcoridis.

Bryonia Trago pag. 820. lib. 2. cap. 95.

Vitis alba Matth. fol. lat. pag. 791. lib. 4. cap. 176. & ic. 4. pag. 903. Lobel. obſeru. pag. 343. & icon. pag. 624.

*II.*

Bryonia nigra ſeu vitis nigra Dioſcoridis.

Vitis nigra Cordo in Dioſcor. pag. 76. lib. 4. cap. 185.

Bryonia nigra Cordo hiſt. pag. 116. lib. 1. cap. 101. Dodo. fol. lat. pag. 395. pemp. 3. lib. 3. cap. 10. ſine icone.

Hanc propriè Bryoniam dici teſtatur Galenus.

Hæc baccis maturis nigricantibus eſt; altera rubris: hæc radicem habet foris ſubnigrã, quæ interiùs buxeo pallet colore; illius radix, ex albido ſublutei coloris eſt.

*III.*

Bryonia maculata.

Hęc à vulgari differt, quòd minor ſit, & folia per medium albis ſtrijs notantur, fructu quin & maiore eſt, aliquando vnico ex longo pediculo propendente; aliquando plurimis vt in vulgari, Bryoniam Creticam in Italia vocitant: D. Zvvingerus in horto habet, vt & alteram tricoccon cognominatam, quæ nondum excreuit.

*IV.*

Bryonia ſylueſtris.

Vitis nigra Matth. fol. lat. pag. 792. lib. 4. cap. 177. & icon. 4. pag. 904. qui malè pingit, omiſit enim fructum, radicem malè pinxit, capreolos addidit, cum viticulis ſeſe circumuoluat.

Vitis ſiue Bryonia ſylueſtris Dioſcoridis lib. 4. cap. 183: & Theophraſti 9. hiſt. 14. & 22: & vua Taminia Plinij, alijs, eiuſdem ſalicaſtrum. (greſcunt.

Baccæ maturæ aliquando rufeſcunt, aliquando ni-

---

*V.*

Bryonia Mechoacana, ſeu Mechoacan, à prouincia nouæ Hiſpaniæ, in qua reperitur, nomen retinet.

Peruuiana Mechoaca, Mechoacæ prouinciæ planta Bryoniæ ſimilis Lobel. obſeru. pag. 345. vbi ſolùm radix exprimitur, & icon. pag. 625. vbi & folia Bryoniæ ſylueſtri ſimilia adduntur: ipſum florem pingit ex Monarde edit. Italica part. 2. pag. 95. lib. 2. cap. 6. Lugdunenſis pag. 1903. lib. 18. cap. 131.

Mechoacan Dodon. fol. lat. pag. 393. pemp. 3. lib. 3. cap. 8. Monard. edit. lat. pag. 68.

Hanc aliqui Scammonium quoddam Americanum faciunt, alij Rha aſſimilant, vnde Rhabarbarum Indicū dictum, teſtatur Monardes edit. Ital. pag. 59. parte 1. lib. 1. cap. 22. Inde Germanis Rhabarbarū album: alij Bryoniæ, cùm qua quidem parùm conuenire cenſent, verùm ſi plantam hanc cum Bryonia ſylueſtri conferas, magnā affinitatem animaduertes.

Hæc duplex eſt, alia namq; & prima ante annos circiter quinquaginta ex Mechoaca nouæ Hiſpaniæ inſula allata: alia verò ex continente circa Nicaragua natum, quod illa longè prę̄ſtantius eſt adfertur, cuius flos, ſemē & ramulos allatos ſcribit Monardes loco citato. Sic Cluſius in notis in Monardem monet, duo ſeminis Mechoa-

choacan genera accepiſſe ex Hiſpania, vnum læui cauliculo ſine ſiliqua, ſemine nigro, quale eſt Scammonij aut conuoluuli maioris: alterum oblongiore aliquantulum cauliculo & ſemine rufo, & ſuperiore longiore teneriore q;: vtriuſq; ſiliquam parte interiore lanuginoſam eſſe, ex vtriuſq; ſemine prodijſſe plantulas, Scammonij aut Conuoluuli modo, &c.

*II.*

Bryonia Mechocana ſylueſtris.

Mechoacę ex promontorio D. Helenæ Monardi edit. Ital. parte 2. pag. 97. lib. 2. cap. 6. & edit. lat. pag. 70.

Mechoacę ſylueſtre genus Lugdun. pag. 1903. lib. 18. cap. 131. ſine icone.

Hęc nō ſolùm loco à priori differt, ſed tota plāta priore per omnia minor eſt, radix acris grauia ſymptomata excitās, quare Scāmonea nūcupatur, autore Monarde.

## *RADIX QVIMBAYA.*

RAdix Quimbaya in prouincia Quimbaya cuius Metropolis Carthago, naſcuntur inter arbores radices tenues digiti craſſitudine, quarum fragmentum per noctem in aqua maceratum, maiorem aquæ partē abſumit, ex reſidua vnciæ tres ſumptæ benignè inſtar Rhabarbari purgant. Ex Petro Cieca parte prima Peruanę hiſtorię refert Monardes edit. lat. pag. 70. & Lugdun. pag. 1903. lib. 18. cap. 131. ſine icone.

## *LVPVLVS.*

LVpulum, Plinius lib. 21. cap. 15. Lupum Salictariū nominaſſe volunt. At Meſuæus 2. purgant. cap. 24. volubilem folijs aſperis vocauit: hodie Græcis Βρυωνία. Diuidunt aliqui in ſatiuum & ſylueſtrem, magnitudine tantùm differentes: alijs, quæ floret, ſine fructu eſt, & quæ fructum fert, non floret.

*I.*

Lupulus mas.

Lupu-

Lupulus Brunfel.fol.pag.113.Tom.3.Rhap.42.ſine icone, & 4.pag.204.

Lupus ſalictarius,ſiue Lupulus Lob. obſer. pag.347.

Lupus ſalictarius ſpontaneus, ſiue Lupulus, & vitis Septentrionalium Eidem icon.pag.629.

---

*II.*

Lupulus fœmina: & Camer.in Epit. Matth.pag.934.

A ſuperiori differt folijs, quæ circa radicem ſine inciſuris ſerrata tantùm ſunt, rotundiora item; floſculis ſubpallidis, qui ſine fructu pereuntes in pollinem luteum abeunt.

---

*III.*

Lupulo ſimilis Mechiocana.

Carlo ſancto Monardi edit.Ital.part.2. pag. 52.lib.1. cap.3.&edit.lat.pag.76.& Lugdun.pag.1825.lib.18. cap.46.Radix Carlo Sancto vbi icon ex Monardi adponitur: ſolùm caudices exprimuntur.

Carolus Sanctus Caſtori pag.93.vbi ramulus Lupuli inſtar caudici adpingitur.

---

*VITIS vinifera.*

DE Ἀμπέλου οἰνοφόρου egit Dioſcorides lib.5.cap.1.qui paſſedecim capitibus de vite, Labruſca, vua, vua paſſa, Oenanthe, Omphacio, vini natura, colore, de differentijs eius ex ſapore,mixtione, & loco natali, deſumptis,facultatibꝰ omphacite, lora, mulſo & ſimilibꝰ egit. Sic & Theophraſtus copioſè egit de vite, ſed ſparſim libris quinque ſuæ hiſtoriæ,& ſex libris de cauſis plantarum, vt de Vino 9.hiſt.20. & 6.de cauſis in pluribus capitibus. Nec Plinius defuit, vt videre eſt lib. 14. capitibus nouendecim.

At hæc breuis eſto diuiſio, quòd alia ſit cultiua,alia ſterilis.Cultiua alia maior,cuius plurimę ſpecies,minor alia.Sic Maioris Vuæ colore & magnitudine differunt, alte-

alterius nanq; acini candidi, aut fului, aut ſaturato rubore nigricante tertij cærulei aut ſubrubente colore; aliæ magnis, aliæ paruis acinis, aliæ oblongis, magnitudine & forma prunorum, quæ Pergulana dici poteſt, aliæ rotundis: alijs frequentiores, alijs rariores. Sunt & quæ granis aut vinaceis carent, interdum vnicum vel alterũ granulum habent. Datur quoq; vua barbata quam pingit Tabern. icon. pag. 891. Minor eſt acinis nigrinis, rariſſimè albidis aut fuluis, nucleo minimo ac molli. Sapore quoque plurimum differunt, vt dulci, acerbo muſcato, quæ vitis Apiana Plinio, &c. In folijs quoq; differentia, alia enim maiora profundiùs inciſa. Obſeruauimus Italicam folio ad pediculum vſq; in lacinias diuiſo, quæ acuta ſunt, alia contrà: ſic alia tenuiora, alia craſſiora, alia ad tactum duriora, alia molliora, alia læuia, alia deniq; ſubhirſuta.

*I.*

Vitis vinifera.

Vitis vinifera Brunfel. fol. pag. 183. Tom. 3. Rhap. 86. ſine icone: & 4. pag. 249. Matth. fol. lat. pag. 809. lib. 5. cap. 1: & icon. 4. pag. 921. Lob. obſer. pag. 348. & icon. pag. 629.

Ex vuis acerbis nondum maturis ſuccus exprimitur quem ὀμφάκιον Omphaciũ vocãt, vt habet Dioſcorides lib. 5. cap. 6. ex quo nunc ſyrupus de agreſta in officinis.

---

*II.*

Vua paſſa maior, βότρυς Græcis.

Vua paſſa maior Trago pag. 1055. lib. 3. cap. 49. ſine icone.

Vuæ Zibebæ Tabern. fol. pag. 578. lib. 2. Sect. 12. cap. 17. & icon. pag. 891.

Non ſolùm vua, ſed etiam acini prçter modum ampli craſſi & oblongi ſunt, quæ tamen non niſi paſſæ ad nos deferuntur. Arabibus vua Zibibi, Latinis paſſa, Germanis Zibebæ & vuæ marinæ.

---

*III.*

Vuæ paſſæ minores vel paſſulæ Corinthiacæ.

Paſſulę Trago pag. 1054. lib. 3. cap. 49. ſine icone.

Hæ partim fuluæ, partim ſubnigrę, dulces & vinoſę, folijs eſt rotundis craſſis in pauciores lacinias diuiſis, ſubtusq́; incanis: Hæc enim in horto Montembelgardiaco hoc anno collecta.

*IV.*

Vitis ſylueſtris, labruſca.

Labruſca Trago pag. 1059. lib. 3. cap. 51. ſine icone.

Labruſca dicta quòd in marginibus terræ, ceu labris quibuſdam oriatur.

Genera duo Dioſcoridi lib. 5. ca. 2. cui ἄμπελος ἀγρία dicitur, alterius enim vua non matureſcit, ſed florē tantùm profert οἰνάνθην nominatum: altera fructum perficit ex paruis acinis, nigris, ſubadſtringētibus. Plinius vitem ſylueſtrem Labruſcam vocat, & quādam albam eſſe teſtatur, cùm dicit Oenanthen ex alba Labruſca præſtantiorem eſſe, quàm è nigra. Vocatur autem propriè Oenanthe vitis ſylueſtris fructus cùm floret vt habet Dioſcorides lib. 5. cap. 5. ſeu vt loquitur Plinius, vitis labruſcæ vua, quæ cum flore colligitur, quando optimè olet.

# SECTIO SECVNDA.

## *CLEMATIS: NVMVLARIA: ASCLEPIAS: Apocynum: Periclymenon: Polygonatum: Hippoglòſſum: Ruſcus.*

### *CLEMATIS, eiusq́; ſpecies.*

CLEMATIDEM duobus capitibus Dioſcorides propoſuit, lib. 4. cap. 7. & 182. illa κληματὶς, hæc κληματῖτις ei dicitur, de hac primo loco.

Κληματῖτις idem eſt ac Sarmentaria, ſic dicta quoniam κλήματα, id eſt flagella vitigineis flagellis ſimilia emittat, ac

ac vt illa ſcandat arbores. Clematidis quæ Smilaci ſit ſimilis, & per arbores repat, meminit Plinius lib. 24. cap. 10. Theophraſto 5. hiſt. 10. ἀτραγὴν arbor eſt quam vitis & labruſcæ ſimilem ſurgere ſcribit.

*I.*

Clematis ſylueſtris latifolia.

Vitis ſylueſtris Trago pag. 818. lib. 2. cap. 94.

Vitalba Dodo. fol. Gall. pag. 262. lib. 3. cap. 48.

Viorna vulgi Lobel. obſer. pag. 345. & icon. pag. 626.

Hæc ad Clematitidem Dioſcoridis, & Atragenæi Theophraſti referenda: alijs vitis ſylueſtris Dioſcoridis. Mirè ludit in foliorum diuiſuris.

---

*II.*

Clematis Bœtica Cluſij. (cap. 55.

Clematis altera Bœtica Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 221. lib. 1.

Clematis Bœtica Cluſij Lobel. obſeru. pag. 347. & icon. pag. 628.

---

*III.*

Clematis ſiue Flammula repens.

Clematis altera Dodon. fol. Gall. pag. 261. lib. 3. c. 48.

Clematis altera vrens, vulgi Flammula Lobel. obſer. pag. 346. & icon. pag. 627.

Flãmula dicitur quòd cõtuſa applicata, veſicas flãmę inſtar excitet, cui⁹ folia aliquãdo Apij modo diuidũtur.

---

*IV.*

Flammula recta.

Flammula Matth. fol. lat. pag. 618. lib. 4. cap. 7. & icon. 4. pag. 626.

Flammula altera ſurrecta Lobel. obſeru. pag. 346. & icon. pag. 627.

Duorum generum eſt, alterius Sarmenta & foliorum pediculi vireſcunt ſeriusq; floret, & alterius rubet, maturiusq; floret.

---

V.

Clematis maritima repens.

Hęc Sarmentoſos habet cauliculos,cubitales,atrouirente cortice, veſtitos, folia Flammulæ erectæ inſtar oblonga,acuminata,neruoſa,rigida, ſed anguſtiora cōmuniter vni pediculo tria inſidentia, pediculi quaſi in capreolos abeunt: flores ſunt albi longis pediculis inſidentes,quibus ſuccedunt ſemina flammulę erectę minora,aliquando terna, aliquando bina iuncta, quibus ſingulis vnicus capreolus plumoſus inſidet. Hæc ſuis ſarmentis repit in maritimis, vt in inſula Lio Venetorū.

VI.

Clematis cærulea repens.

Clematis altera Matth. fol. lat. pag. 617. lib. 4. cap. 7. at icon. 4. pag. 625. figura tranſpoſita & ſub Clematide tertia poſita.

Clematis peregrina cærulea & purpurea Lob. obſer. pag. 345. & icon. pag. 626.

Ad Clematidem Dioſcoridis referenda: quibuſdam Theophraſti 6. hiſt. vlt. πόθος Deſiderium Gaza vertit.

Variat flore ſimplici ac pleno, vt Camer. in Epit. Matt. pag. 686. vnâ figurâ expreſſit, colore eſt non ſolùm cæruleo, ſed etiam purpureo, cuius nomine Tabern. duas figuras propoſuit fol. pag. 559. lib. 1. ſect. 12. cap. 8. & icon. pag. 880. & 882. Clematidis peregrinæ cæruleæ, & Clematitis purpureæ nomine.

VII.

Clematis alpina Geranifolia.

Hæc ſeſquipalmaris eſt, cauliculis pluribus oblongis, quibus ſingulis folia crebris diuiſuris inſecta inſidēt trigemina cohęrentia, vt in Anemone Geranifolia. Flos longiſſimo ac tenui pediculo inſidet, ex quatuor tātùm folijs compoſitus, coloris obſcurè purpuraſcentis. Semen nō vidimus nec radicem, & ex ſicca deſcripſimus,

quam

quam Clematidē cruciatā Iungermannus nominabat. Prouenit in mōte Baldo, vnde à D. Zvvingero habem⁹.

*IIX.*

Clematis cærulea erecta.

Clematis altera minor longifolia Lob.obſ. pag. 346. & icon. pag. 628. cuius figura & eā quæ ſimplici, & quæ pleno eſt flore, exprimit.

Clematis cærulea Pannonica prima Cluſ. hiſt. Pann. pag. 293. lib. 2. cap. 53. vbi flore ſimplici pingitur.

Clematis cærulea Pannonica ſecunda Eidem hiſtor. Pann. pag. 294. lib. 2. cap. 35. flore pleno pingitur.

Tabernæmontanus fol. 559. & 560. lib. 2. Sect. 12. cap. 8. & icon. pag. 881. duas habet figuras Clematidis cæruleæ Pannonicæ & Clematidis cæruleæ ſecundæ nomine, at vtraque ſimplicem florem exprimit. Dum enim Lobelij figuram imitandam curauit, non aduertit apud Lobelum & plenum & ſimplicem florem.

## *CLEMATIS DAPHNOIDES.*

Dioſcoridi lib. 4. cap. 7. Κληματὶς aut δαφνοειδὲς, aut σμυρνοειδὲς, aut πλυγονοειδὲς dicitur. Plinio lib. 24. cap. 15. Clematis Aegyptia, quæ ab alijs Daphnoides ab alijs Polygonoides vocatur: quibuſdam eiuſdem lib. 21. cap. 11. Vincaperuinca: alij, an eiuſdem lib. 24. cap. 15. Centunculus ſit dubitant.

*I.*

Clematis daphnoides minor.

Vincaperuinca Brunfel. fol. pag. 179. Tom. 1. Rhapſ. 30. & Chamædaphne altera Dioſcoridis eidem 4. pag. 53.

Clematis daphnoides Lobel. obſer. pag. 360. & icon. pag. 635.

Flores vt plurimum cærulei ſunt, quandoque candidi, rariùs rubentes.

 *II.* Cle-

*II.*

Clematis daphnoides maior.

Clematis Aegyptia hortenſis flore purpureo Geſner. hort.pag.254.b.

Clematis ſiue peruinca maior Lobel.obſer.pag.380. & icon.pag.636. verùm in huius, vt & aliorum figura, ſiliquas requiro.

Hanc Clematidem Aegyptiam Plinij, illam verò eiuſdem Vincamperuincam Cæſalpinus ſtatuit.

---

*III.*

Clematis flore pleno.

Clematis flore multiplici Camer.in Epit. Matth. pag. (695.

Daphnoides polyflora Lob. obſ.pa. 360. ſine icone.

Flos è cæruleo magis ad purpureum vergit.

---

## *NVMVLARIA.*

NVmmularia à foliorum ſimilitudine, quæ nummi ſpeciem referunt, dicta: alijs Centummorbia à mirifica in vlceribus medendis facultate; alijs Hirudinaria, quod paſſim terræ Hirudinis inſtar affixa hæreat. Sunt qui Nummulum apud Plinium cenſeant lib.18.cap.28. vbi falsò Mimmulus legatur; an fortè apud Theophraſtum lib.9.cap.14. ἐρυθρόδανον, Rubiam Gaza vertit?

Nummularia. (ſine ic.

Serpẽtaria tertia & Centũmorbium Brũf.4.pa.171.

Numularia ſiue Lunaria minor Matth.fol. lat. pag. 647.lib.4.cap.36.& icon.8.pag.679.

Numularia Lob.obſ.pag.251.& icon.pa.474.Nummularia ſiue Centimorbia.

Variat ratione ſoli, quæ enim hortenſis maiora habet folia, quàm quæ in ſylueſtribus prouenit, hinc duæ icones apud Tabernęmontanũ icon.pag.874.Hirudinariæ maioris & minoris nomine & fol.pa.547.lib.2.ſect.11. cap.129. Nummulariæ maioris & minoris titulo.

---

## *ASCLEPIAS.*

Ἀσκληπιὰς Apud Dioſcoridem lib. 3. cap. 106. habetur; & Plinium lib. 27. cap. 6. quæ multis cenſetur noſtrum Aſclepias, alij negant; & ſanè videtur Apocyno cognata herba.

*I.*

Aſclepias albo flore.

Hirundinaria Brunfel. fol. pag. 39. Tom. 2. Rhap. 9. & 4. pag. 80.

Vincetoxicum Matth. fol. lat. pag. 539. lib. 3. ca. 90. & icon. 4. pag. 499.

Aſclepias Lob. obſ. pag. 356. & icon. pag. 630. Aſclepias ſiue Vincetoxicum.

Apud Tabernæmontanum figuræ duæ fol. pag. 400. lib. 2. ſect. 11. cap. 13. & icon. pag. 729. Aſclepiadis 1. & 2. titulo.

---

*II.*

Aſclepias nigro flore.

Aſclepias altera flore nigro Lobel. obſer. pag. 356. & icon. pag. 630.

Sunt qui Periplocam minorem vocitent: Apocynum Dioſcoridis vocat Columna, pag. 110.

---

## *APOCYNUM.*

Ἀπόκυνον, κυνάγχιον, παρδαλιαγχὲς, κυνόμορον, κυνοκράμβη Dioſcoridi lib. 4. ca. 81. Apocynum Plinio lib. 25. ca. 11. Sic dicitur quòd canes Lupos, vulpes & pantheras, vt inquit Dioſcorides, vel vt Plinius, canes & omnes quadrupedes necet. Dicitur περίπλοκα quaſi circumplectens, eò quòd proxima amplexetur.

*I.*

Apocynum ſubrotūdo folio non repens. (753.

Apocynū Matth. fol. lat. pag. 694. li. 4. c. 76. & ic. 4. pa.

Apo-

Apocynum, Periploca Gręca Lob.obſ.pag.357.& Apocynum, Periploca Græca folijs latioribus hederaceis Eidem icon.pag.631.

---

*II.*

Apocynum repens purpuraſcente flore.

Apocynum repens Matth. fol.lat.pag.695. lib.4.cap. 76.& icon.4.pag.754.

Periploca ſerpens anguſtiore folio Lobel.obſer.pag. 357.& icon.pag.631.

---

*III.*

Apocynum anguſtifolium albo flore.

Secamone, Scammonij ſpeciem affirmant Aegyptij.

Apocynum fortaſsè Dioſcoridis Alpino pag. 53.

---

## *PERICLYMENVM.*

Περικλύμενον Dioſcorides lib.4. cap. 14. deſcripſit, cuius ſanè deſcriptio noſtro conuenit excepta radice, quam rotundam dicit. Verùm Plinius lib. 27. cap. 12. radicis non meminit; Sic dictum quod ſe adminiculis conuoluat. An potius noſtrum Periclymenum eſt κυκλάμινος ἑτέρα quam κισσάνθεμον aut κισσόφυλλον vocitent Dioſcorides lib.2.cap. 195. Et Clymenos Plinij lib.25. cap. 7. Sunt qui velint Cyclaminum alterum, vitem ſylueſtrem, & Periclymenum, tribus diſtinctis locis à Dioſcoride deſcriptum, vnius plantæ eſſe nomina.

*I.*

Periclymenum perfoliatum.

Periclymenum Matth.fol.lat.pag. 626. lib. 4. cap.13. & icon.4.pag.639.

Periclymenum perfoliatum Calidarum regionum Lob.obſ.pag.357.& icon.pag.632.

Flos ex purpura niueo candore nitet, aliquando & luteo aſperſo.

---

II. Peri-

*II.*

Periclymenum Germanicum vulgare.

Caprifolium Brunfel.in 4.pag.286.ſine icone.

Periclymenon non perfoliatum Lob. obſ. pag. 358. & icon.pag.633.

*III.*

Periclymenum humile.

Periclymenum humile, & Chamæpericlymenū Prutenicum Cluſ.hiſt.Pann.pag.88.lib.1.cap.23.

## *POLYGONATVM.*

Πολυγόνατον Dioſcoridi lib. 4. cap. 6. quòd radix crebrò ſit geniculata: vulgo Sigillū Salomonis, proculdubio à veſtigijs quę in radice plures conſpiciuntur, quaſi ſigilli impreſſio foret.

*I.*

Polygonatum latifolium maximum.

Polygonatum maius Cluſ.hiſt. Pann.pag. 263. lib. 2. cap.31.ſine icone.

Hoc duplo maius vulgari & altitudine & folijs & baccis, craſſioresque habet radices.

*II.*

Polygonatum latifolium, folijs Ellebori albi.

Polygonatum πλατύφυλλον vel ſecundum, Cluſij hiſt. Pann.pag.265.lib.2.cap.31.ſine icone.

*III.*

Polygonatum latifolium vulgare.

Sigillū Salomonis Brunfel.fol.pag.93.Tom.3.Rhap. 32.& 4.pag.146.

Polygonatum Matth.fol. lat. pag. 616. lib.4.cap.5. & & icon. 4. pag. 622. Lobel. obſeru. pag. 361. & icon. pag.637.

Variat baccis rubentibus quandoque purpureis, nõnunquã baccis nigris, quam Camerarius in Epit. Matth. pag. 693. pinxit. Vulgares Herbarij Germanici, cum Dictamno & Elleboro albo confundunt, quemadmodum & Cordus in Dioſcoridem monet; alij malè Secacul Arabum faciunt.

---

*IV.*

Polygonatum latifolium flore maiore odoro.

Polygonatum primum, & Polygonatum flore odoro Cluſ. hiſt. Pann. pag. 264 lib. 2. cap. 31.

---

*V.*

Polygonatum latifolium minus flore maiore.

Hoc ex mediõ radicis albicãtis ſubrotũdę & fibroſæ caulem vnicum pedalem, communiter breuiorem, emittit, ſtriatum, nec admodum inflexum, folijs vt in vulgari diſpoſitis, firmioribus tamen ex ſingulis alarum ſinubus, ſinguli flores breuibus pediculis inſidentes, ab vna caulis parte propendentes, qui magni, eiuſdem ferè cum priori coloris, inodori, quibus baccæ ſuccedunt, quarum colorem per maturitatem nondum obſeruauimus: prouenit in monte Crentzachio copioſè.

---

*VI.*

Polygonatum latifolium ramoſum.

Laurus Alexandrina Matth. fol. lat. pag. 752. lib. 4. cap. 142. & icon. 4. pag. 851.

Polygonatum tertium Cluſ. hiſtor. Pann. pag. 266. lib. 2. cap. 31.

Huius binæ figuræ apud Tabern. fol. pag. 430. lib. 2. ſect. 11. cap. 35. & icon. pag. 756. & 757. Polygonati latifolij 3. & 4. nomine.

---

*VII.*

Polygonatum anguſtifolium non ramoſum.

Sigillum Salomonis anguſtifoliũ Trago pa. 400. li. 1. cap. 132.

Poly-

Polygonatum minus rubiæ folijs Lobel. obſer. pag. 468.& icon.pag. 804. Polygonatum minus.

Sunt qui toto genere à Polygonato differre dicant; alij Chamędaphnen Dioſcoridis lib.4.cap.349.faciunt; alijs eſt Ephemeron Dioſcoridis lib. 4. cap. 85. & Plinij lib. 25. cap. 13. qui Dioſcoridis verba habet, eo ſolũ excepto, quòd florem ei tribuat cæruleum, cùm album Dioſcorides ſcripſerit.

---

*IIX.*

Polygonatum anguſtifolium ramoſum.

Polygonatum quartum anguſtifolium ramoſum Cluſ.hiſt.Pann.pag. 269.lib.2.cap.31.

---

*HIPPOGLOSSVM.*

SVnt qui *ἱππόγλωσσον* Dioſcoridis lib.4.cap.132. cenſeant,& Hippoglottion Plinij lib.15.ca.30. vbi Laurum Alexandrinam vocat, ab alijs Idæam dictam. Sic & lib.24.cap.8. Theophraſti 3.hiſt. 17. Laurus Alexandrina. Alijs *Ἰδαία ῥίζα* Idęa radix Dioſcoridis lib.1.cap.44. Alijs *δάφνη ἀλεξάνδρεια*, aut *ἰδαία* aut *ἱππόγλωττον* Laurus Alexandrina Dioſcoridis lib. 4. cap. 147. alijs *χαμαιδάφνη* quæ & *ἀλεξάνδρεια* dicitur Dioſcoridis lib. 4. cap. 149.& Laurus taxa Plinij lib. 15. cap. vltimo; Et Chamędaphne eiuſdem lib.24.cap.15. Deniq; ſunt qui Radicem idæam, Hippogloſſum, Laurum Alexandrinam, & Chamædaphnen apud Dioſcoridem idem cenſeant.

*I.*

Hippogloſſum fructu pediculo inſidente.

Vuularia Brunfel. fol. pag. 96. Tom. 3. Rhapſ. 34. & Laurus Alexandrina Eidem in 4. pag. 158.

Hippogloſſum Matth.fol.lat.pag.741.lib.4.cap.127. & icon.4.pag.834.

Ruſco affinis prima Cæſalp. pagin. 222. libr. 5. cap.29.

Hippogloſſum, Bonifacia Lobel. obſeru. pag. 362. & icon. pag. 638.

---

*II.*

Hippogloſſum fructu folio inſidenti.

Laurus Alexandrina altera Matth. fol. lat. pag. 752. lib. 4. cap. 142. & icon. 4. pag. 852.

Ruſco affinis altera Cæſalp. pag. 223. lib. 5. cap. 30.

---

### *RVSCVS.*

DIoſcoridi lib. 4. cap. 146. μυρσίνη ἀγρία myrtus ſylueſtris dicitur, quod Latini Ruſcum vocant: alijs ὀξυμυρσίνη acuta myrtus & myrtacantha Plinio lib. 23. cap. 9. Oxymyrſine, id eſt, myrtifolijs acutis, Caſtor (inquit) Ruſcum vocauit: κεντρομυρρίνη Theophraſti 3. hiſtor. 17. Huius fructum Arabes Cubebas vocant, putantes Carpeſium apud Galenum eſſe, quia de Carpeſio nil inueniatur apud Dioſcoridem, vt de Ruſco nil apud Galenum: Sed reuera huius fructus à Cubebis differt.

Ruſcus.

Ruſcus Trago pag. 919. lib. 2. cap. 143. Matth. fol. lat. pag. 751. lib. 4. cap. 141. & icon. 4. pag. 850. Lobel. obſer. pag. 362.

Myrtacantha, Murina ſpina, ſiue myrtus ſylueſtris, eidem icon. pag. 637.

---

SECTIO

# SECTIO TERTIA.

## *HEDERA: LIGNVM COLVBRINVM: Hedera terreſtris: Saxifraga: Chelidonia minor: Gramen Parnaßi: Cyclamen: Ariſtolochia: Cymbalaria: Naſturtium Indicum: Noli me tangere: Balſamina.*

### HEDERA, eiusq; ſpecies.

HEDERA κισσὸς Dioſcoridi lib. 2. cap. 210. Theophraſto 3. hiſt. 18. κιττὸς.

Differentias multas inquit Dioſcorides in ſpecie ſortitur, ſummas autē, genere tres: nam quædam candida eſt, altera nigra, tertia helix: Candida fructum fert candidum: nigra nigrum, aut croci æmulum, quam vulgus Dionyſiam vocat: Helix fructum non gignit, &c. Sic Theophraſtus 3. hiſt. 18. multigena hedera eſt, quædam enim humi repens, quædam in excelſum ſe attollens: & excelſarum genera plura, ſed tria ſummè pateſcunt, candida, nigra, tertiaq; clauicula: Harum item ſpecies plures, quippè alia fructu tantùm candida, alia etiam folijs: rurſus fructum tantùm candidum ferentium alia velut maiuſculum & velut in globum circumactum, quam Corymbiam vocarunt: alia minorem ſparſiorem modo nigræ (Soleniſiam Plinius): habet & nigra differentias (alicui & ſemen nigrum, alij crocatum Plinij, cuius coronis Poëtæ vtuntur, folijs minus nigris quam quidam Nyſiam, alij Bacchicam vocant, maximis inter nigras corymbis, quidam apud Græcos, etiamnū duo genera huius faciunt, à colore acinorum, erythraïcum & Chryſocarpum) ſed non ita conſpicuas; ſed clauicula differentijs maximis diſcernitur: etenim folijs plurimum diſtat cùm paruitate, tùm quòd angulata cōcinnioraq; ſint: diſtant internodiorum longitudine, & ſterilitate, quoniam fructum quædam non ferant, quod non in hederam transfiguratur vt quidam volunt, (qui-

dam inquit Plinius hoc ætatis eſſe non generis exiſtimant, primoq́; helicem eſſe, fieri hederam vetuſtate) at clauiculę plura genera, verū quę conſpectiora ſummaq́; tria ſunt, herbacea ac virens, quæ plurima eſt: ſecunda cādida (addit Plinius folio) tertia verſicolor quam Thraciam quidam appellant: & harum quæq́; diſtare videtur, quippè herbaceæ, quædam folio tenuiori, oblongiori atq; etiam denſiori: quædam minus hæc omnia habens: & in verſicolori genere, alia folio ampliori, alia minori, macularumq́ue habitu diuerſa: pari modo & magnitudine coloreq́; diſtant. Plinius lib. 16. cap. 34. Hederæ duo prima genera fecit marem & fœminam (hîc apud Plinium per marem ciſtum intelligere oportet, confundit enim Ciſtum cum Ciſſo, id eſt, hedera) ſubiungit ſpecies horum generum tres eſſe candidam, nigram, helicem, quæ ſpecies in alias etiam diuiduntur, &c. quæ ex Theophraſto.

*I.*

Hedera arborea.

Hedera Brunfel. fol. pag. 6. & 7. Tom. 2. Rhap. 1. & 4. pag. 126. qui duas habet figuras, altera eam quæ ad muros, altera eam quæ arbores ſcandit, exprimit.

Hedera Corymboſa Lobel. obſeru. pag. 336. & icon. pag. 614.

Hæc valdè in folijs ludit; aliquando enim ſagittæ inſtar anguloſa, aliquando rotunda obliteratis angulis; nam quò magis arboreſcit, eò magis folia rotunda exceptis ijs quæ in ſummo ſunt.

---

*II.*

Hedera poëtica.

Hedera Dionyſias & Chryſocarpos Dalechāpij Lugdun. pag. 1419. lib. 13. cap. 8.

Hæc fructum habet calice aureo, & foliorum minimè anguloſum.

---

*III.* He-

*III.*

Hedera maior ſterilis.

Hedera Helix Brunfel.in 4.pag.126.ſine icone:Matt. fol.lat.pag.426.lib.2.cap.175.& icon.4.pag.364.

Helix ſiue prouoluta ſterilis hedera Lobel. obſeru. pag.337.& icon.pag.614.

Folia habet maculoſa, interdum infernè ſubrubentia.

---

*IV.*

Hedera humi repens.

Hedera Trago pag.802.lib.2.cap.88.ſine icone.

Hedera minor ἐπίγειος κισσὸς Dodon. fol. lat. pag.409. pempt.3.lib.3.cap.25.ſine icone.

---

*V.*

Hederula paluſtris.

Hederula aquatica, & Trinitas aquatica quorundam Lobel.icon.pag.36.part.2.

Hedera paluſtris Taber.fol.pag.570.part.2.Sect.12. cap.15: & icon.pag.889.Hederula paluſtris.

---

*VI.*

Hederaceis folijs planta.

An Cyclaminos altera, hederaceis folijs planta Lob. obſeru.pag.339.& icon.pag.617.

---

## *LIGNVM COLVBRINVM.*

HAec naſcitur hederę modo, folijs bryoniæ ferè, lignum colubri colore, aduerſus cuius morſus vtile eſt, monente À Coſta pag.257.cap.54.

*I.*

Lignum colubrinum primum hederaceo folio.

Lignum ſerpentinum À Coſtæ pag.257.cap.54.

Lignum colubrinum primum À Coſtę Lugdun.pag. 1911.lib.18.cap.140.vbi icon habetur À Coſtæ.

---

*II.*

Lignum colubrinum ſecundum anguſtifolium.

Lignum ſerpentinum ſecundum A`Coſtæ pag.259. cap.55.

Lignum colubrinum ſecundum A`Coſtæ Lugdun. pag.1911.lib.18.cap.140. A`Coſtæ icon.adponitur.

---

*III.*

Lignum colubrinum repens lentiſci folio.

Lignum colubrinum tertium Garziæ pag.170.lib.1. cap.44.

---

*IV.*

Lignum colubrinum folio perſicæ, flore fructuque racemoſo. (cap.44.

Lignum colubrinum primum Garziæ pag.169.lib.1.

---

*V.*

Lignum colubrinum, arbor malo punicæ ſimilis.

Lignum colubrinum ſecundum Garziæ pag.169. lib.1.cap.44.

Lignum colubrinum tertium Lugdun.pag.1912.lib. 18.cap.140. qui ligni fruſtum ex Cluſij notis pingit.

Ad arbores duæ poſteriores pertinēt, verùm propter ſimilitudinem nominis & virium, huc retulimus.

---

## *HEDERA TERRESTRIS.*

Dioſcoridis lib.4. cap.126. χαμαίκισσος cenſetur, ſi in deſcriptione pro μακρότερα legatur μικρότερα. Hedera ſe non attollens à terra Plinij videtur: quibuſdam Malacociſſos, quaſi mollis hedera, in Geoponicis: alijs Chamæclema quaſi humilis Clematis repens.

*I.*

Hedera terreſtris vulgaris.

Hedera terreſtris Brunfel.fol.pag.167.Tom.1.Rhap. 26.& 4.pag.34. Elatine.

Chamæ-

Chamæclema Cordo hiſt.pag 161.lib.2.cap.146.

Humilis hedera ſiue Chamæciſſus,corona terræ, terreſtris hedera Lobel.obſer.pag.336.&icon.pag.613.

Duplex eſt,maior communis: minor elegantior cauliculis erectioribus breuioribus vt& folijs,floribus magis cæruleis,quæ locis humidioribus circa arbores antiquas reperitur.

---

*II.*

Hedera terreſtris montana.

Hederæ terreſtris ſpecies montana Camer. in Epit. Matth.pag.401.

Hæc priore hirſutior eſt, folijs maioribus, vt & floribus qui purpuraſcunt.

---

*III.*

Hedera ſaxatilis.

Aſarina ſterilis Seuenæ Narbonenſis agri Lobel. obſeru.pag.329.

Aſarina ſiue ſaxatilis hedera Eidem icon.pag.601.

---

## *SAXIFRAGIA.*

SAxifraga ab effectu dicta,cum eius ſtillatitia,vt & decoctum lapides renales frãgat & pellat, vt & granorum radicum farina ex decocto ſumpta.

*I.*

Saxifraga rotundifolia alba.

Saxifragia Brunfel. fol. pag. 185. Tom.1.Rhap.33. & Saxifraga maior Eidem in 4 pag. 160.

Saxifragia quarta Matth.fol.lat.pag.629.lib.4.ca.15. & icon.4.pag.645.

Saxifraga alba Chelidonides Lobel. obſer. pag.325. & icon.pag.612.

Hæc nonnullis locis folijs eſt maioribus altiusq; exſurgit; frequentiùs tamen minoribus eſt,& humilior.

---

*II.*

Saxifraga rotundifolia aurea.

Saxifraga aurea Dodo.fol. Gall.pag.203.lib.2. ca.89.

Saxifraga aurea Lichenis facie & natalitijs Lob. obſeru.pag.336.& icon.pag.612.

Sunt qui Hepaticam aureã in Saxonia vocitent, qua aduerſus obſtructiones Hepatis vtuntur. Aldroandus Eryſimi ſpeciem facit.

Habetur in Lugdunenſi herbario pag.1114. lib.10. cap.8.figura cui titulus Saxifragæ alpina, quæ ſanè ſimilis eſt figura cum prædicta; quare cùm nulla addita ſit deſcriptio, ſuſpicor à præcedenti minimè diuerſam.

## *CHELIDONIA MINOR.*

CHelidonia duplex habetur, maior de qua ſuperiùs, minor de qua in præſens. Dioſcorides lib. 2. cap. 212. Χελιδόνιον τὸ μικρὸν aut πυρὸν ἄγελον deſcribit, cuius ſanè deſcriptio noſtræ conuenit, verùm vires non reſpondent, an fortè ratione ſoli diuerſitas obuenit? Plinij lib. 25.cap.13. Strumea cenſetur, quo loci de Ranunculis agit.

Chelidonia rotundifolia minor.

Ficaria & Scrophularia (à radice ſtrumoſa multis granis cõpoſita) minor Brunfel.fol.pag.215.Tom.1.Rhap. 37.& Scrophularia ſecunda Eidem in 4.pag.86.

Malacociſſus minor Fuchſ.icon.8.pag.500. & Chelidonium minus eidem in fol.pag.867.cap.332.

Chelidonium minus Lobel.obſeru.pag.323.& icon. pag.593.

Huius folia aliquando purpurea macula notantur, flore eſt luteo, ſimplici, aliquando & pleno reperitur.

## *GRAMEN PARNASSI.*

DIoſcorides lib.4.cap.32.de Gramine quod in Parnaſſo monte prouenit agens, folio dicit hedera-

ceo.

ceo, flore candido, &c. vbi & alterius in Cilicia nati meminit quod incolæ κίναι appellent, cuius virentis eſu boues inflammentur: non aſſequimur, quid velit.

*I.*

Gramen Parnaſſi albo ſimplici flore.

Hepatica alba Cord. hiſt. pag. 152. lib. 2. cap. 115.

Gramen Parnaſſi Dodo. fol. Gall. pag. 349. lib. 4. cap. 51. & Lobel. icon. pag. 602.

Gramen Parnaſſi montanum hederaceum Lob. obſ. (pag. 603.

---

*II.*

Gramen Parnaſſi albo duplici flore.

Gramen Parnaſſi duplicatis floribus Lobel. obſeru. pag. 330. & icon. pag. 603.

Non ſolùm in eo differt à præcedenti quòd duplicati ſint flores, ſed etiam quòd in ſimplici, floris folia ſint obtuſa, in duplicato flore, acuta.

---

*III.*

Gramen Parnaſſi luteo flore.

Gramen aliud Parnaſſi, flos inſtar violæ luteus Lugd. pag. 1005. lib. 9. cap. 6.

Ex monte Fracto habemus.

---

## *CYCLAMEN.*

Κυκλάμιν☉ Dioſcoridi lib. 2. cap. 194. quod folijs dicit hederę purpureis, varijs ſuprà infraq; albicantibus maculis, &c. κυκλάμιν☉ Theophraſto (Gaza tuber terræ reddidit) 9. hiſt. 10. Cyclaminus, noſtris tuber terræ, Plinius lib. 25. cap. 9.

*I.*

Cyclamen orbiculato folio, infernè purpuraſcente.

Cyclaminus minor eſt vmbilicus terræ Trago pag. 905. lib. 2. cap. 134.

Cyclamen vulgare Officinarum orbiculato folio, ſeu Panis porcinus, Rapum terræ, Arthanita, Lobel. icon. pag. 604.

Flos nunc dilutiùs, nunc ſaturatiùs purpuraſcit, ſunt qui & albo viderunt.

*II.*

Cyclamen orbiculato folio, infernè ex viridi pallēte.

Cyclamini odorati altera ſpecies Cluſ. hiſt. Pann. pag. 233. lib. 2. cap. 25. ſine icone.

*III.*

Cyclamen anguloſo folio.

Cyclaminus folijs anguloſis Geſn. hort. pag. 256.

Cyclamen vernum Lobel. icon. pag. 605.

Habetur & folio oblongiore.

*IV.*

Cyclamen hederæ folio.

Cyclamen folio hederæ Lobel. obſeru. pag. 331. & icon. pag. 605.

Flore diluto interdum albicat & verè carneo.

*V.*

Cyclamen oblonga radice.

Cyclaminus radice oblonga malo in fine adnexo Geſn. hort. pag. 256.

Cyclaminus longiùs radicatus Camer. Epit. Matth. (pag. 358.

*VI.*

Cyclamen radice exigua.

Hermodactylus quorundam Trago pag. 758. lib. 2. cap. 75. ſine icone.

Cyclaminus exigua Eidem pag. 905. lib. 2. cap. 134. ſine icone.

*VII.*

Cyclamen radice maximâ.

Cyclamini ſpecies radice inſtar capitis arietis Geſn. hort pag 256.

IIX. Cy-

*IIX.*

Cyclamen luteo flore.

Cyclamen flore luteo Aduerſ pag. 264.

Cyclaminus flore luteo Cluſ. hiſt. Pann. pag. 235. lib. 2. cap. 25. ſine icone & deſcriptione.

---

## *ARISTOLOCHIA.*

DIoſcoridi lib. 3. cap. 4. ἀριστολοχία, quòd exiſtimetur optimè puerperis ſeu partus doloribus opitulari, quare Scholiaſtes Nicādri tradit, Ariſtotelem ſcripſiſſe herbam hanc à muliere inuentam: & Plinius lib. 25. cap. 8. Ariſtolochiæ nomen dediſſe grauidæ videtur, quoniā eſſet ἀρίστη λεχούσαις, noſtri malum terræ vocant.

Genera tria agnoſcit Dioſcorides στρογγύλην, μακρὰν, κληματῖτιδα. Plinius genera quatuor tradit, vnū tuberib⁹ radicum rotundis: alterum maſculę radice longâ: tertiū longiſſimæ tenuitatis, quæ Clematitis vocatą ab alijs Cretica: quarta quæ Piſtolochia vocatur, tenuior proxima, quam quidam Polyrrhizon cognominant, &c.

*I.*

Ariſtolochia rotunda flore ex purpureo nigro.

Ariſtolochia rotunda vera Trago pag. 768. lib. 2. cap. 78.

Ariſtolochia rotunda Lobel. obſer. pag. 332. & icon. pag. 606.

---

*II.*

Ariſtolochia rotunda flore ex albo purpuraſcente.

Ariſtolochia rotunda altera Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 319. lib. 2. cap. 23. ſine icone.

Non tantùm colore floris à priore diſtat, ſed & folijs & fructu: & Anguillara pag. 291. Iud. 12. plures ſpecies inueniri dicit.

---

*III.*

Ariſtolochia longa vera.

Ariſtolochia longa Geſn.hort.pag.248. Aduerſ.pag. 264. & Lobel.icon.pag.606. Cluſ.hiſtor.Hiſp.pag.320. lib.2.cap.23. cuius figura melior.

*IV.*

Ariſtolochia longa Hiſpanica.

Ariſtolochia longa altera Cluſ.hiſt.Hiſp.pag.321.lib. 2.cap.23. ſine icone.

*V.*

Ariſtolochia Clematitis prima.

Ariſtolochia Brunfel.in 4.pag.73.

Ariſtolochia longa Trago pag. 178. lib. 1. cap. 57. Matth.fol.lat.pag.441.lib.3.cap.4.& icon.4.pag. 381.

Ariſtolochia Clematitis Lobel.obſ. pag.332.& icon. pag.606.

*VI.*

Ariſtolochia Clematitis altera ſerpens.

Ariſtolochia Clematitis altera Cluſ. hiſtor. Hiſp. pag. 324.lib.2.cap.23.

Ariſtolochia Clematitis altera Hiſpanica Lobel. obſ. pag.333.& icon.pag.608.

Flos luteus aut ex purpura nigricans.

*VII.*

Ariſtolochia Piſtolochia dicta.

Piſtolochia Dodo fol.Gall.pag.212. lib. 2. cap. 1. ſine icone.

Ariſtolochia polyrrhizon ſiue Piſtolochia Plinij Aduerſ.pag.265.& Lobel.icon.pag.607.

Piſtolochia & polyrrhizon Plinij Lobel. obſeru.pag. 333.ſine icone.

Flos aliquando niger, aliquando ex herbido luteus.

*IIX.*

Ariſtolochiæ ſimilis.

Peregrina incognita herba à Mauris Rhaſut & Rumigi nominata Rauvvolff. itin.nu.121.

Rhaſut & Rumigi Maurorum Lugdun. in append. pag. 29. ex Rauvvolſſio.

## CYMBALARIA.

CYmbalaria, à Cymbalo videtur nomen duxiſſe: videtur quibuſdam verus vmbilicus Veneris alter: at Hermolaus Capnon primam Plinij lib. 25. cap. 13. eſſe credidit.

Cymbalaria Matth. fol. lat. pag. 706. li. 4. ca. 88. & ic. 4. pag. 773.

Cymbalaria Italica folio hederaceo Lobel. obſ. pag. 337. & icon. pag. 615.

## NASTVRTIVM INDICVM.

NAſturtium dictum, eò quòd ſapore naſturtium referat, aliàs ad Conuoluuli genera pertinere videtur: at quam habemus folia habet rotunda, inſtar vmbilici Veneris maioris, non hederacea.

Naſturtium Indicum: & Lobel. obſeru. pag. 338. & icon. pag. 616.

Naſturtium peregrinum, Peruuianum cognominatum Lugd. pag. 656. lib. 5. cap. 42. Eidem Flos ſanguineus pag. 1918. lib. 18. cap. 148.

## NOLI ME TANGERE.

SIc dicitur, propter ſiliquas quæ ex leuiſſimo attactu diſſiliunt: hinc & Impatiens herba: propter floris ſimilitudinem huc retulimus, cùm locus commodior nõ occurrat. Ad Tithymalos referre cum Trago non poſſum, nec ad Mercurialem ſylueſtrem: alij Perſicarijs adnumerant: aliqui Aeſchynomenen Plinij ſuſpicantur, alijs Catanance eſt; quibuſdam Pſeudoapocynon.

Noli me tangere.

Mercurialis ſylueſtris altera Trago pag. 190. lib. 1. cap. 62. ſine icone.

Eſula ſylueſtris Eidem pag.295.lib.1.cap.100.

Perſicaria ſiliquoſa ſiue Noli me tangere Aduerſ.pag. 135.Lobel.icon.pag.318.& obſ.pag.171.ſine icone.

Flore eſt luteo,habetur & pallido.

---

## *BALSAMINA.*

BAlſamina dicit̃ quod ex pomis ipſius maris immaturis oleo iniectis in ſolatione paretur oleum præſtantiſſimum,ſeu Balſamum(vt vocant Chirurgi)ad vulnera conſolidanda.

*I.*

Balſamina fœmina.

Balſamina altera Trago pag.898.lib.2.cap.130.ſine icone.Matth.fol.lat.pag.793.lib.4.cap.177.&icon.4.pag.906.

Balſamina fœmina perſici folia Lob.obſ.pag.172.& icon.pag.317.

---

*II.*

Balſamina rotundifolia repens ſeu mas.

Balſamina ſeu Pomum mirabile Trago pag.898.lib.2.cap.130.

Balſamina ſiue Momordica Matth.fol.lat.pag.793.lib.4.cap.177.&icon.4.pag.905.

Balſamina cucumerina punicea Lobel.obſ.pag.369.& icon.pag.648.

Quibuſdam Cucurbita Somphos à Græcis appellata Plinij lib.20.cap.3.

---

SECTIO

# SECTIO QVARTA.

## *CVCVMIS: MELO: PEPO: MELOPEpo: Anguria: Camalanga, Cucurbita: Colocynthis: Cucumis aſininus: Batatas.*

### CVCVMIS, *eiuſq; ſpecies.*

ΣΙΚΥΣ ἥμερος Dioſcoridi li. 2. ca. 163. Theophraſto 1. hiſt. 18.

Genera duo Dioſcoridi & Theophraſto, Satiua & Syluestris; de Satiua primò. Huius inquit Theophraſtus, partim genera eſſe exiſtimant vt & Cucurbitæ, partim negant. Sed in vno eodemque genere alias meliores, alias deteriores affirmãt. Cucumeris tria genera notant, Laconicum, Scytalium, Bœoticum. Plinius lib. 19. cap. 5. de Cucumere agens complectitur Melones, Cucumeres & Angurias. Scribit ea qua coguntur forma creſcere, ſic in fiſtulam flore demiſſo mira longitudine creſcere: Subiungit, Græcos Cucumerum tria genera feciſſe, Laconicum, Scytalicum, & Bœoticum: at de ſylueſtri egit lib. 20. cap. 1. agit & de anguino ſiue erratico eod. lib. cap. 2.

Cucumis Varroni dicit᷑ à Curuore quaſi Curuimer; alijs à Græca dictione vocabulum id tractum, qui & σικυὸν & κικυὸν vocârunt.

*I.*

Cucumis ſatiuus vulgaris.

Cucumis ſatiuus Brunfel. fol. pag. 189. Tom. 3. Rhap. 93. & 4. pag. 246.

Cucumis eſculentus Lob. obſ. pag. 363.

Cucumeres ſatiui & eſculenti Eidem icon. pag. 638. Alijs Sycios Galeni, alijs eiuſdem Melopepon.

Fructus maturus eſt ſubluteus, habetur tamen & totus albus.

*II.*

Cucumis ſatiuus maior.

Cucumis Turcicus Fuch.fol.pag.698.ca. 266. & icõ. 8.pag.402.Tabern.fol.pag.184.lib.2.ſect.3.cap.44. & icon.pag.479.vbi & altera icon, Cucumeris ex Hiſpanico ſemine nati.

---

*III.*

Cucumis flexuoſus.

Cucumeres longi Matth.fol.lat.pag.367.lib.2.cap.128.& icon.4.pag.261.

Cucumis anguinus flexuoſus Lobel.obſer.pag.362.& icon.pag.639.

Huius ſpecies habetur fructu cubitali.

---

*IV.*

Cucumis pyriformis.

Cucumer minor pyriformis Taber.fol.pag.186.lib.2.ſect.3.cap.45.& icon.pag.481.

---

*V.*

Cucumis Aegyptius rotundifolius.

Chata Aegyptij vocant genus quoddam Cucumerũ Alpino pag.44.b.

Ante annum in horto D. Zuingeri legimus, ſed fructus ad maturitatem non peruenêre.

---

## *MELO.*

CVcumerum genera cenſentur Pepones & Melopepones, qui videntur potiſſimùm figura & quantitate differre: qui enim maiores ſunt & oblongi, Pepones dicti fuerunt; qui verò formam & effigiem mali referunt, Melopepones: nomine ex pepone, & malo facto, dicuntur. Hoc genus Palladius Melones quaſi μηλῶνας, id eſt, pomeos à malorũ figura appellauit, quod nomen adhuc hodie in vſu eſt. Sicq; tria ſtatui poſſunt Cume-

cumeris genera, primum Cucumer, de quibus ſuprà, ſecũdum Melonum, tertium Peponum. At Melon Theophraſto Sycion, Plinio Cucumis mali cotonei effigie. Melopepo Galeni: fortè Cucumis antiquorum.

*I.*

Melo vulgaris.

Melo Brunfel. fol. pag. 191. Tom. 3. Rhap. 95. & icon. pag. 247. ſine icone. Trag. pag. 830. lib. 2. cap. 99.

Melo vulgi, ſiue Melopepo Dioſcoridis Lobel. obſer. pag. 364.

Melo vulgi ſiue Cucumis antiquorum Eidem icon. pag. 639.

Mirè fructu variat, qui nunc oblongus, aliàs contractior rotundioris figuræ, alijs modicè depreſſus & ſeſſilis: ſubinde maior, qualem Tabern. icon. pag. 468. Melonis Hiſpanici nomine pingit; quandoq; minor. Cortex alijs aſper, rugoſus & tuberoſus: alijs læuis: nunc viridis, nunc cinereus, nunc pallidus, nunc varius. Pulpa alijs ruffa, alijs candida virensq́;, quibuſdam ſuauior, quibuſdam moſchi odore, quorum Cordus hiſt. pag. 118. lib. 1. cap. 107. meminit. Aliqui æſtiui, aliqui hyberni ad hyemem perdurantes. Habentur Amarici, Italici Zatte dicti, & Neapolitani, in quibus ſemina adeo tenui corticе teguntur, vt excorticata videãtur, idcirco Gymnoſpermi dicuntur: Sunt denique & piloſi.

---

*II.*

Melo rotundus paruus.

Melo ſuccaratus Lob. icon. pag. 640.

Melo ſaccharinus Taber. fol. pag. 177. lib. 2. ſect. 3. cap. 40. & icon. pag. 469.

Hôc adhuc minor reperitur mali roſei magnitudine, cuius Cæſalp. pag. 200. lib. 5. cap. 5. meminit.

---

*III.*

Melo pyriformis.

Pyromelo Tabern.fol.pag.177.lib.2.ſect.3.cap.40. & icon.pag.469.

*IV.*

Melo Aegyptius.

Abdellaui vocant Aegyptij, Melones quoſdam à noſtratibus planè diuerſos Alpino pag. 44.b.

In horto D. Zvvingeri elapſo autumno legimus, ſed fructus ad frugem non peruenêre.

*V.*

Melonis Aegyptij alterum genus.

Chaiar, Melonum apud Aegyptios genus Alpino pa. 44.b.ſine icone.

*PEPO.*

Πέπων Dioſcoridi lib.2.ca.164. Habet & Theophraſtus 1.hiſt.22.Peponem; & Plinius lib.20.cap.2.de Peponibus, quæ Dioſcorides refert: is lib.19.cap.5 ſcribit Cucumeres cum magnitudine exceſſerunt Pepones vocari. Volunt dictum peponem ἀπὸ τοῦ πεπαίνεσθαι matureſcere, eò quòd maturitate flaueſcat.

*I.*

Pepo oblongus.

Pepo Brunfel.fol.pag.191.Tom.3.Rhap.96.& 4.pa. 248.ſine icone.

Pepo oblongus vulgatiſſimus Lobel.obſ.pag.365.& icon.pag.641.

Variat magnitudine, hinc duæ figuræ apud Tabern. fol.pag.178.lib.2.ſect.3.cap.40.& in iconib. figuræ pa. 471.&472.Peponis maximi oblongi & indici minoris oblongi nomine.

*II.*

Pepo compreſſus maior.

Pepo maxim⁹ Indicus cōpreſſus.Lob. obſ.pag. 365. &ic.pa.641.

Variat

Variat corticis colore & ſubſtantia: qui enim albido eſt colore, ſubſtantia eſt molliore: qui obſcure virente, duriore.

---

*III.*

Pepo compreſſus minor.

Cucumis ſeu Zucco marinus Trago pag. 835. lib. 2. cap. 100.

Cucumer marinus Fuch. fol. lat. pag. 699. cap. 266. & icon. 8. pag. 442.

Colore corticis variat qui eſt croceus, luteus, citrinus, niger.

---

*IV.*

Pepo rotundus melonis effigie.

Pepo oblongus rotundus luteus viridis Trago pag. 830. lib. 2. cap. 99.

Pepo rotundus compreſſus Melonis effigie Lobel. obſeru. pag. 365. & icon. pag. 642.

---

*V.*

Pepo minor clypeatus, aliquando anguloſus.

Pepo Indicus minor clypeatus }
Pepo Indicus minor anguloſus } Taber. fol. pag. 179. lib. 2. ſect. 3. cap. 40. & icon. pag. 473.

Huc & Pepo minor Indicus eiuſdem referendus.

---

## *MELOPEPO.*

*I.*

Melopepo clypeiformis.

Pepones lati Dod. fol. Gall. pag. 406. lib. 5. c. 29.

Melopepones latiores clypeiformes Lobel. icon. pag. 642.

---

*II.*

Melopepo compreſſus.

Melopepo compreſſus alter Lobel.icon. pag.643.

Melopepo compreſſus Tabern. fol. pag. 178. lib.2. Sect. 3.cap.40: & icon. pag.470.

---

*III.*

Melopepo teres: & Lobel.icon. pag.643. Taber.fol. pag.178.lib.2.Sect.3.cap.40:& icon.pag.471.

---

## *ANGVRIA.*

HAc voce primus Aëtius cenſetur vſus; aliàs Citrullus à citreo colore. Peponem Dioſcoridis, Galeni & Plinij eſſe volunt, Battecha Arabibus.

*I.*

Anguria citrullus dicta.

Citrullus vel citreolus Trago pag. 834. lib. 2. cap.99.

Anguria Matth.fol.lat.pag.368.lib.2.cap.128. & icō. 4.pag.271.

Citrullus officinarum Lobel.obſer.pag.364: & icon. pag.640.

Variat colore corticis qui alijs virens, alijs maculoſus, ſubcandidis maculis. Caro alijs rubens & dulcior, alijs candida: Semina colore nigro, aut rubro, aut fuluo; rariùs ſine ſemine reperitur, vt Cæſalp.pag.201.lib. 5.cap.5.obſeruauit.

---

*II.*

Anguria carne lignoſa.

Cucumeris vulgo dicti genus quoddam ſylueſtre vidimus, carne intus lignoſa, atq; adeo dura, vt pilę modo reſiliat, nec frangatur proiectum Cæſalp.pag.201.lib. 5.cap.5.

---

*III.*

Anguria Aegyptiaca.

Angurias habent à noſtratibus non niſi magnitudine, quo ad aſpectum differentes, noſtris maiores, cortice flauiore, quæ intus ſemina tantùm & aquam dulciſſimam

mam continent. Alpin. pag.45. ſine icone.

---

*CAMALANGA.*

CAmalanga fructus ſeſquipede maior, cucurbitæ colore, humi iacens vt Melo Lugdun. pag. 1838. lib. 18. cap. 70. ex Scaliger. exer. 181.15. habet, qui Camolanga habet. Idem habet & Ludouicus Bononienſis in ſuo itinerario ſine icone.

---

*CVCVRBITA.*

Κολόκυνθα ἐδώδιμος Dioſcoridi lib. 2. cap. 167. ad differentiam κολοκυνθίδος de qua lib. 4. cap. 178. Cucurbitę Theophraſtus 1. hiſt. 18. meminit. Latinis Cucurbita à concuruatu, quod facilè, ſi quid obſtiterit, quò minus extendatur incurueſcat.

Cucurbitæ, inquit Plinius lib. 19. cap. 5. hæc duo prima genera Camerarium & plebeium quod humi repit. Creſcit qua cogitur forma, libertate verò penſili conceſſa iam viſa eſt nouem pedum longitudinis. Semina quæ proxima collo fuerint, proceras pariunt, item ab imis, ſed non comparandas ſupradictis: quæ in medio rotundas: quæ in lateribus craſſas breuioresq;.

*I.*

Cucurbita maior ſeſſilis flore albo.

Cucurbita cuius fructus in orbem collectus intumeſcit Trag. pag. 824. lib. 2. cap. 97.

Cucurbita maior Fuch. fol. lat. pag. 368. cap. 137: & icon. 8. pag. 209.

Variat hæc magnitudine, variat colore corticis; nam ſunt virides, flauæ, candidæ, quædam maculoſo cortice, quædam ſulcis diſtinctæ, quædam tuberoſæ.

---

*II.*

Cucurbita maior rotunda flore luteo, folioq; aſpero.

Cucurbita Indica Matth. fol. lat. pag. 365. lib. 2. cap. 127. & icon. 4. pag. 267.

Cucur-

Cucurbita rotunda Cæſalp. pag. 197. lib. 5. cap. 2.

Varia huius genera magnitudine, facie, & colore differentia, earum nanq; quoddam genus eſt, quod vix vtriſq; vlnis complecti poteſt.

---

*III.*

Cucurbita lagenaria flore albo, folio molli.

Cucurbita Brunfel. fol. pag. 189. Tom. 3. Rhap. 91: & 4. pag. 45.

Cucurbita plebeia Cordo hiſt. pag. 116. b. li. 1. c. 100.

Cucurbita lagenaria Lob. obſ. pag. 366. & ic. pa. 644.

Variat fructus, quandoque lagenarum forma, aliquando ventricoſa abſq; collo pyri turbinati figura.

---

*IV.*

Cucurbita oblonga flore albo, folio molli.

Cucurbita fructu longo Trago pag. 825. lib. 2. ca. 97.

Cucurbita ſiue Zuccha omniū maxima anguina Lobel. obſeru. pag. 366. & icon. pag. 644.

Falcata figura ſæpè creſcit, quędam ceruicem tantùm habent recuruam, quædam rectitudine ſeruata bicubitalem longitudinem acquirunt; habuimus in horto noſtro, quæ tricubitalem longitudinem ſuperauit.

---

*V.*

Cucurbita capitata.

Cucurbita quædā ſeſſilis rara alba lata ab altera parte compreſſa Baſileæ in horto Ioannis Bauhini Medici, Geſner. append. hor. pag. 291.

Cucurbita capitata Taber. fol. pag. 181. lib. 2. Sect. 3. cap. 41: & icon. pag. 475.

---

*VI.*

Cucurbita verrucoſa.

Cucurbita verrucoſa Dalechampij Lugd. pag. 617. lib. 5. cap. 28.

---

## *COLOCYNTHIS.*

Κολοκυνθὶς aut κολόκυνθα αἰγὸς, aut σικύα πικρὰ, aut κολόκυνθα ἀλεξανδρεία Dioſcoridi lib.4.cap.178.Plinio lib. 20. cap. 3. cucurbita ſylueſtris Colocynthis dicta, quæ minor ſatiua.

Varia habentur genera: alia minor fungoſa & læuis, quæ officinarum eſt: alia maior oblonga ac flaua, alia candida: alia rotunda varia: alia ſeſſilis nigra maculata magna inſtar cucurbitæ, & differens ab hac alia etiam ſeſſilis, ſed minor: alia deniq; turbinata.

*I.*

Colocynthis fructu rotundo maior.

Cucurbita agreſtis Brunſ.fol.pag.189.Tom.3.Rhap. 92: & 4.pag.246. ſine icone.

Colocynthis Matth.fol.lat.pag.785.lib.4.cap.171. & icon.4.pag.898.Lobel.obſeru.pag.369.

Colocynthis, cucurbitula amara catharctica Lobel. icon. pag.645.

Hæc colore viridis, magnitudine vtramque manum implens.

---

*II.*

Colocynthis fructu rotundo minor.

Colocynthis fungoſa & leuis Cordo hiſt. pag. 118.b. lib.1.cap. 110. ſine icone.

Cucurbita ſylueſtris fructu rotundo minor Cæſalp. pag.198.lib.5.cap.3.

Colore eſt flauo, huiusque medullâ aridâ officinæ vtuntur.

---

*III.*

Colocynthis oblonga.

Colocynthis grandis oblonga Cord.hiſt. pag. 114.b. lib.1.cap 93.ſine icone.

Colocynthis grandis candida ſolo colore ab oblonga differens, Eidem hiſt.pag.118.b. lib.1.cap.109.ſine icone.

Variat colore,alia enim primùm viridem colorem in cortice oſtendit,poſtea candicantibus maculis cōſpergit,poſtremò totus in luteo pallet, fitq; durus & lignoſus: alia principio viret quidem, ſed mox albicantibus maculis aſpergitur,in maturitate totus albicat.

*IV.*

Colocynthis pyriformis,ſeu Pepo amarus.

Colocynthis germanica Trago pag. 827. lib.2. cap. 98.ſine icone.

Colocynthis turbinata Cordo. hiſt.pag. 117.b. lib.1. cap.97.

Colocynthis pyriformis Lobel. obſeru. pag. 367.& icon.pag.645.

Sunt qui cucurbitam ſyluestrem Somphon dictam Plinij velint.

## *CUCUMIS ASININUS.*

Σίκυς ἄγριος Dioſcoridi lib.4.cap.154. σίκυς ἄγριος Theophraſti 7.hiſt.6. 9.hiſt.10.Cucumis ſylueſtris Plinio lib.20.cap.1.

Cucumis ſylueſtris aſininus dictus.

Cucumis agreſtis Brunfel.fol.pag.190.Tom.3.Rhap. 94.& 4.pag.247.ſine icone.

Cucumis ſylueſtris Tragi pag.832.lib.2.ca.99.Matth. fol.lat.pag.760.lib.4. cap. 149: & icon.4.pag.861.

Cucumer ſylueſtris Elaterij: Cucumis aſininus Officinarum Lobel.obſeru.pag.368: & icon.pag.646.

Ex huius ſucco exſiccato, & in paſtillos conformato, fit medicamen ἐλατήριον dictum Dioſcoridi lib. 4. cap. 155. & Theophraſto 9.hiſt.10. agitatorium vertit Gaza.Elaterium dicitur Plinio loc.cit. Verùm Dioſcorides ex ſucco fructus, Theophraſtus ex ſemine (fructum intelligas)liquato, Plinius ex ſucco è ſemine expreſſo fieri ſcribit. Hoc à bimatu ad decennium colore candido

vtile

vtile ſtatuit Dioſcorides: Aegineta verò, quod vno anno nō antiquius eſt, & quod vireſcit, probat. Theophraſto omnium medicamentorum diuturniſſimum, opportunumq́; quod vetuſtiſſimū, hinc Plinius ex Theophraſto 9. hiſt. 14. meminit, ducentis annis ſeruatum.

### *BATATAS.*

BAtatas Cluſ. hiſt. Hiſpan. pag. 298. lib. 2. cap. 18.

Batata Hiſpanorum, ſiue Camotes, aut Amotes Lobel. obſeru. pag. 369: & icon. pag. 647.

Species huius tres. Radix enim q̄ aut cruda aut cocta editur, colore externo & guſtus ſuauitate differt, vel rubeſcit, ſiue purpuraſcit; aut pallet, aut cādida eſt, omnes verò intùs albæ. Ad Paſtinacā ſeu Siſarum referri poſſet.

# SECTIO QVINTA.

*MALVA: ALTHAEA: CORCHORVS: ALcea: Sabdariffa: Banna: Geranium: Sanicula: Pes Leonis: Cannabis: Eupatorium: Potentilla: Garyophyllata: Dentaria: Pæonia: Leontopodium: Chryſogonum: Staphiſagria.*

### *MALVA, eiusq́; ſpecies.*

MALVA μαλάχη Dioſcoridi lib. 2. cap. 144. Theophraſto 1. hiſt. 5. à μαλάσσω ab emolliendo ventre, vt etiam Plinius lib. 20. cap. 21. monet, idq́; propter naturalem lentorē ſuum, vt Paulus aſſerit; vnde à Martiale lib. 10. Mollis vocatur, Latinis Malua, & Varroni quaſi Molua, q quod aluum molliat ita dictam vult, eâ enim antiqui in acetarijs cum Lactuca ad ſubducendam aluum vtebantur.

Generū duorum Dioſcorides meminit, ſatiuæ & ſylueſtris. Plinius loc. cit. Maluam habet ſatiuam & ſylueſtrem, ſubiungēs duo eſſe genera quæ folij amplitudine

diſcernantur, maiorem Græcos Malopen vocare in ſatiuis: alteram Malachen: è ſylueſtribus cui grande foliũ & radices albæ Althæa vocatur, &c. Theophraſtus videtur duplicem exprimere dum 1. hiſt. 5. & 14. in arborem tranſire maluam ſcripſit, vbi Maluam roſeam intelligit: dùm vero 7. hiſt. 7. inquit, maluam coqui & cibo eſſe idoneam, vulgatam maluam notat.

*I.*

Malua ſylueſtris folio rotundo.

Malua Brunfel. fol. pag. 197. Tom. 1. Rhap. 35. at iconem habet pag. 74. Tom. 2. Rhap. 19. & 4. pag. 120.

Malua vulgatiſſima & prima Trago pag. 369. lib. 1. cap. 120.

Malua ſylueſtris repens pumila Lob. obſer. pag. 371. & icon. pag. 651.

---

*II.*

Malua ſylueſtris folio ſinuato.

Malua equina Brunfel. pag. 75. Tom. 2. Rhap. 19. vbi icon. at deſcriptio pag. 197. To. 1. Rhap. 35: & 4. pa. 120.

Maluæ vulgaris altera ſpecies Trago pag. 368. lib. 1. cap. 120. ſine icone.

Malua vulgaris procerior Lob. obſ. pag. 371. & ſylueſtris malua procerior vulgaris Eidem icon. pag. 650.

Hęc in genere domeſticarũ fuiſſe apud veteres videt.

---

*III.*

Malua hederaceo folio.

Malua quarta Matth. fol. lat. pag. 340. lib. 2. cap. 111. Et malua hederacea ſiue mõtana Eidem ic. 4. pag. 216.

---

*IV.*

Malua folijs criſpis.

Maluæ ſpecies ſinuoſa Cordo in Dioſcor. pag. 44. b. lib. 2. cap. 144: & Malua ſatiua laciniosa Eidem in hiſt. pag. 113. b. lib. 1. cap. 89.

Malua criſtatis oris Lob.obſ. pag. 372: & ic.pag.651.
Flos eſt albicans, modò roſeus.

*V.*

Malua roſea folio ſubrotundo flore ſimplici.

Malua hortulana Brunfel.in 4.pag.124.

Malua Hortenſiana, vel Romana Trago pag. 364.lib. 1. cap. 119.

Malua roſea fruticoſa Lobel. obſer.pag. 372. & icon. pag. 652.

Hæc Malua ſatiua eſt apud antiquos: Malua quæ cultu arboreſcit Theophraſto: Plinio Malope.

Huius flores candidi, rubentes, & hi modò ſaturati, aliâs purpuræ modo relucentes, non raro omninò diluto colore: ſic & ex rubro nigricantes.

*VI.*

Malua roſea folio ſubrotundo, flore pleno.

Malua roſea multiplex Lob.obſ.pa.372.& ic.pa.652.

Multiplices colorum differentiæ in flore; habetur enim candido, incarnato, rubro, puniceo, nigricante; Hinc tres icones apud Tabernæm.icon.pa.765. & 766. Maluę arboreæ multifloræ, multiplicis, & roſeæ multiplicis nomine.

*VII.*

Malua roſea folio ficus.

Malua roſea ſimplex peregrina Tabern. fol.pag. 441. lib.2.ſect.11.cap.43.& icon.pag.767.

*IIX.*

Malua arborea Veneta dicta.

Malua arborea Matth. icon. 4. pag. 214. quoad iconem: & Malua maior Eidem fol. lat.pa.339.lib.2.c.111.

Malua maior vnicaulis Matth.icon.4. pag. 215. quoad deſcriptionem: & Malua maior altera Eidem fol.lat. pag.340.lib.2.cap.111.

Huius flos non eſt verſicolor, vt in alijs, ſed cæruleus, nec multo minor quàm Maluæ ſecundæ flos.

*IX.*

Malua Syriaca.

Cobes Maluæ ſpecies Camer. hort. pag. 44.

Huius ſemē, Cl. Bernhardus Paludanus ex Aegypto allatum, Kobes nomine Patauij communicauit.

*ALTHAEA.*

Ἀλθαία, alijs ἰβίσκος Dioſcoridi lib. 3. cap. 163. quam in ſylueſtrium Maluarum genere eſſe dicit: Sic dicta ab ἀλθὸς quod remediū, vel ἀλθαίνειν quod mederi ſignificat, quòd huius multiplex vſus ſit, quaſi ſimpliciter medicum dicas: hinc Dioſcorides quòd inter primas ſit vtilis & πολύχρηστος pluribus polleat remedijs: ſic Plinius ab excellentia effectus nominatam, quæ à quibuſdam Ariſtalthæa dicatur lib. 20. cap. 21. ſcribit. At vnius tantùm meminêre: vt & Theophraſtus 9. hiſt. 15. Hibiſcum reddidit Gaza, at flore dicit melino 9. hiſt. 19.

*I.*

Althæa Dioſcoridis & Plinij.

Althæa Brunfel. fol. pag. 132. Tom. 3. Rhap. 54. & 4. pag. 121.

Althæa, Ibiſcus Lob. obſ. pag. 373. & icon. pag. 653.

Flores candidi, aut ex albido dilutè purpuraſcētes.

*II.*

Althæa flore maiore.

Althæa altera Cluſ. hiſt. Pann. pag. 502. lib. 3. cap. 21. ſine icone.

Althæa Thuringica Camer. hort. icon. pag. 6.

Hanc D. Doldius Norinbergâ miſit: ac ſimilem Monſpelio à Io. Henrico Cherlero habemus.

*III.*

Althæa laciniato folio.

Althæa

Althæa tertia Cluſ. hiſtor. Pann. pag. 502. lib. 3. cap. 21. ſine icone.

*IV.*

Althæa fruteſcens folio rotundiore incano.

Althæa frutex vel fruticans Cluſ. hiſtor. Hiſp. pag. 91. lib. 1. cap. 24.

Althæa frutex Cluſij Lobel. obſer. pag. 373. & icon. pag. 654.

Althæa lignoſa Dalechampij Lugd. pag. 592. lib. 5. cap. 22. cuius figura placet.

*V.*

Althæa arboreſcens folio acuto.

Althæa arborea Olbiæ in Gallo prouincia Aduerſ. pag. 294. & Lob. icon. pag. 653.

Hanc licet Lobelus cum præcedente eandem faciat, diuerſa tamen eſt: vtramque habemus: huius enim flores minores, folia etiam non vt præcedentis mollia, nec rotunda, ſed acuminata, &c. quod ex figura facilè eſt colligere.

*VI.*

Althæa fruticans folijs Bryoniæ.

Hæc perennis eſt & fruticat, caule rotundo lanuginoſo albo, folijs aliquantum Altheę arboreę Olbię Lobelij ſimilibus, quæ tamen multo ſunt latiora, profundius laciniata, non in ternas, ſed quinas lacinias diuiſa, per ambitum cremata, incana, lanuginoſa, ſed non vt vulgaris Altheæ mollia: florem, ſemenque necdum vidimus: Huius enim ramum, ex horto D. D. Camerarij, ad nos miſit Doctor Doldius, Altheæ arboreſcentis ſemperuirentis nomine, cuius etiam fit mentio in horto Camer. pag. 12. Altheæ arboreſcentis nomine: at ne quis eandem cenſeat cum Althea arborea Olbię Lobeli, quam ex Gallię prouincia habemus.

*VII.* Al-

*VII.*

Althæa paluſtris.

Althæa paluſtris Cytini flore, Ariſtolochiæ vtriculis. Aduerſ.pag.294.& Lobel.icon.pag.654.

Althæa hortenſis ſiue peregrina Dodo fol. lat. pag. 644.pempt.5.lib.1.cap.30.cuius figura melior.

Σιδη Sida Theophraſti 4. hiſtor. 11. quibuſdam cenſetur.

Hæc duplex ſtatuitur, prima iam propoſita quam Sidam Theophraſti maiorem Nobiliſs. Bembus vocat: altera quæ flore eſt minore cæruleo quam Sidam minorem nominat & Ketmiæ nomine ſemẽ D. Zvvingero miſit, quam quidem vidimus,ſed abſque flore, ita vt nil certi pronunciare liceat.

*IIX.*

Althæa Theophraſti flore luteo.

Althæa ſiue Abutilon Auicennæ Matth. fol. lat. pag. 600.lib.3.cap.146.& Althæa altera ſiue Abutilon Eidem icon.4.pag.600.

Althæa luteis floribus Lobel.obſer.pag.374.& icon. pag.655.

*IX.*

Altheæ Theophraſti ſimilis flore albicante.

Abutilon Indicum Camer.hort.pag.3.& icon.pag.1.

## CORCHOROS.

PLinius duplicis Corchori meminit, alterius lib.25. cap.13.vbi Anagallidi hoc nomen tribuit: alterius lib.21.cap.15.inter herbas ſpontè naſcentis & in cibis vſitatas:& lib.21.cap.32. alij herbam eſſe Alexandrini cibi, conuolutis folijs ad ſimilitudinem mori, præcordijs vtilem,&c. ſcribit. Alpinus cap.28.ait facultatẽ planè ſimilem eſſe Altheæ, & Aegyptijs in cibo nil eſſe familiarius,aut gratius.

Cor-

Corcorus Geſnero, ex cuius typis depinxit Camerarius.

Corcoros Plinij Lob. obſer. pag. 269. & ic. pag. 505.

Melochia Alpini pag. 39. cap. 28. cuius figura vt & Camer. hort. icon. pag. 12. melius placet quàm Lobelij, in qua foliorum barbulæ ſiliquæ & ſemina deſunt

## *ALCEA.*

Ἀλκέα Dioſcoridi lib. 3. cap. 164. fortè ſic dicta ab ἀλκὴ auxilio vel remedio cùm eius radices Dyſentericis & ruptis auxilio ſint: Plinio lib. 27. cap. 4. Alcea Vnius meminit Dioſcorides & ſylueſtrium maluarum generi adſcripſit.

*I.*

Alcea vulgaris maior.

Alcea & herba Simeonis Brunfel. fol. pag. 197. Tom. 1. Rhap. 35. & 4. pag. 123.

Alcea maluæ roſeæ ſylueſtre genus Trago pag. 365. lib. 1. cap. 119.

Alcea vulgaris Lobel. obſer. pag. 374. & icon. pag. 655. cuius figura non placet.

Hæc Alcea eſt Dioſcoridis & Plinij. quibuſdam tamẽ Cannabis ſylueſtris Dioſcoridis lib. 3. ca. 166. alijs Malua Theophraſti. Variat folijs: flore qui ex rubro roſeus, alijs candidior.

*II.*

Alcea vulgaris minor.

Dens Leonis & Malua querna Lonicero pag. 193. parte 2. cap. 186.

*III.*

Alcea arborea.

Alcea arboreſcẽs Camer. hort. pa. 9. icon. pag. 3. & 4. Dicitur quibuſdam Reſmia Syrorum.

*IV.*

Alcea Pannonica:& Camer.hort.pag.8.

*V.*

Alcea tenuifolia criſpa.

Alcea tenuifolia non multum diuerſa à Pannonica Camer.hort.pag.9.

*VI.*

Alcea cannabina.

Fruticoſior alcea Lob.obſ.pag.374.ſine icone.

Fruticoſior Alcea pentaphylla folio cannabis ſylueſtris Dioſcoridis Lobel.icon.pag.656.

Καύναβις ἀγρία, Cannabis ſylueſtris Dioſcoridis, lib.3. cap.166.videtur.

*VII.*

Alcea Syriaca.

Hæc caule eſt lignoſo, erecto, rotundo, cortice rugoſo ruffeſcente tecto, circa quem folia in aliquot lacinias diuiſa,non Alceæ vulgaris forma, ſed Oxyacanthæ inſtar,quæ dura ac craſſa,ad tactum aſpera: flores multo quàm in vulgari maiores, ſed colore ſimiles: quibus vt in vulgari orbiculus placentæ inſtar ſuccedit: radix craſſa, longa, intus vt & caulis albicans. Lutetiâ habemus ex D.Robini hortulani Regij horto.

*IIX.*

Alcea veſicaria.

Alcea Veneta Trago pag.921.lib.2.cap.144.

Hypecoum Matth. fol.lat.pag.673.lib.4.cap.63.& icon.4.pag.720.

Alcea peregrina Soliſequia Lob.obſ.pa.374.& icon. (pag.656.

*IX.*

Alcea hirſuta.

Alcea villoſa Dalechāpij Lugd.pa.594.lib.5.cap.23.

X. Alcea

*X.*

Alcea Indica magno flore.

Sabdariſſa Lob.obſ.pag.375.& icon.pag.657.

Folijs ludit: prima enim aliquando non laciniata, alia verò & communiter in tres lacinias diuiſa: aliquando tamen obſeruauimus in ſeptenas profundas lacinias ſecta inſtar foliorum elleboraſtri.

*XI.*

Alcea Indica rotundiore folio paruo flore.

Bamia Alpino pag.38.cap.27.

Sabdariſſa alia Lugd.pag.595.lib.5.cap.23.

Folia aliquando in profundiores lacinias ſecãtur, quam figura Alpini proponat.

*GERANIVM, eiusq; differentiæ.*

Γερανιον Dioſcoridi li.3.ca.131. Sic dictũ à gruini capitis imagine in ſummo eius cacumine viſenda. Sic recentiores à Ciconiæ roſtri effigie, Roſtrum Ciconiæ nominant. Geranion Plinio lib.26.cap.11. & vt monet aliquibus Myrrhis, alijs Merthryda.

Genera duo habet Dioſcorides, alterũ folijs anemones, alterum folijs maluæ. Plinius tria propoſuit genera, primũ folijs Cicutæ ſaporis & odoris iucundi: ſubiungit ex ſententia Græcorum, alterum folijs maluæ, & tertium folijs anemones.

*I.*

Geraniũ folio maluæ rotũdo: ſeu alterũ Dioſcoridis.

Geranium ſecundum Hermolai Brunfel. fol. pag.42. Tom.2.Rhap.11.& 4.pag.97. ſine icone. Matth. fol. lat. pag.567.lib.3.cap.114.& icon.4.pag.537.

Pes colũbinus ſiue Geranium alterum Dioſcoridis Lob.obſ.pag.376.& icon.pag.658.

Hoc duplex eſt maiꝰ & minꝰ: maiori, caules maiores, & folia paulò molliora: minori omnia minora, & folia aſperiora: ſic & modò fiſſuris profundioribꝰ, modò breuioribus.

*II.*

Geranium folio altheæ.

Geranium ſextum Matth. fol. lat. pag. 568. lib. 3. cap. 114. & icon. 4. pag. 541.

Geranium malacoides Lobel. obſeru. pag. 378. & icon. pag. 662.

Ad Geranium ſecundum Dioſcoridis referendũ; quibuſdam tamen ipſum ſecundum eſt, & Plinij Geranium folijs candidioribus Maluæ.

---

*III.*

Geranium batrachiodes, Gratia Dei Germanorum.

Geranium quartum ſiue Sanguinariæ radicis ſpecies Trago pag. 348. lib. 1. cap. 114. ſine icone.

Geranium batrachiodes Lobel. obſeru. pag. 376. & icon. pag. 659.

Hoc duplex eſt floribus cæruleis aut albis grandius, & rubris minus.

---

*IV.*

Geranium batrachiodes maximum.

Geranij ſpecies tertia Geſner. hort. pag. 260.

Geranium βατραχιῶδες alterum, vel Geranium montanum primum Cluſ. hiſt. Pann. pag. 418. lib. 3. cap 2.

---

*V.*

Geranium batrachiodes hirſutum flore atrorubēte.

Geranij maioris ſpecies ſecunda Geſner. hort. append pag. 292. b.

Geranium montanum primum, & Geranium φαιῶ ſiue pullo flore Cluſ. hiſt. Pann. pag. 416. lib. 3. cap. 2.

---

*VI.*

Geranium batrachiodes odoratum.

Geranium batrachiodes alterum longius radicatum Lobel obſer. pag. 376. ſine icone & icon. pag. 660.

---

*VII.* Ge-

*VII.*

Geranium ſanguineum maximo flore.

Sanguinaria radix & Geranium tertium Trago pag. 348. lib. 1. cap. 114.

Geranium Gruinum ſiue Gruinale hæmatodes ſupinum radice reptrice Lobel. icon. pag. 660.

---

*IIX.*

Geraneum argenteum.

Geranium ſaxatile Thalyo Harcyn. pag. 44. & Camer. hort. icon. 5.

---

*IX.*

Geranium montanum fuſcum.

Geranium fuſcum flore liuido purpurante & medio candicante Lobel. obſeru. pag. 377. & icon. pag. 661.

---

*X.*

Geranium lucidum.

Hoc ex radice craſſiuſcula ruffeſcente, cauliculos ruffeſcentes, ſplendidos, palmares & altiores, ſtriatos emittit, qui in pauciores brachiantur, folia habet ſubrotunda, profundè laciniata, ſplendentia, infernè glabra, ſupernè pilis paruis albidis punctorum inſtar, aſperſis: flos, ex vtriculo vt in Robertiana, paruus purpuraſcens exit, cui roſtrum paruum ſuccedit; tota planta ruffeſcit. Hoc Geranij lucidi nomine, à Io. Bauhino fratre accepimus, & ex ſicca deſcripſimus.

---

*XI.*

Geranium tuberoſum maius.

Geranium primum Matth. fol. lat. pag. 567. lib. 3. cap. 114. & icon. 4. pag. 536.

Geranium tuberoſum Dioſcoridis primum Lobel. obſeru. pag. 377. & icon. pag. 661.

---

*XII.*

Geranium radice ex multis bulbis conſtante.

Geranium tertium Cluſ.hiſt.Pann.pag.420.lib.3.c.2.

*XIII.*

Geranium tuberoſum minus folio maluaceo.

Geranium tuberoſum minimũ Camer. hort. pag.67.

*XIV.*

Geranium cicutę folio moſchatum & primum Plinij.

Moſcata acus Ericio Cordo in ſuo Botanologico.

Myrrhida Plinij, Roſtrum ciconiæ, Acus moſchata Lobel.obſeru.pag.376. & icon. pag.658.

*XV.*

Geranium cicutæ folio inodorum.

Geranium Trago pag. 347.lib.1.cap.114. quo adiconem; & Fuch.icon.8.pag.114.

Geranium ſupinum maius Cordo hiſt. pag. 108.b. lib.1.cap.70.ſine icone.

*XVI.*

Geranium cicutæ folio ſupinum.

Herba Roperti Brunfel.fol.pag.40.Tom.2.Rhap.11. & Roſtrum Ciconiæ quartum Eidem in 4.pag.96.

Geranium minus & primum Trago pag. 347.lib.1. gap.114.ſine icone.

Myrrhida Plinij & Roſtrum ciconiæ inodorum vulcatum Lobel.icon.pag.659.

Variat colore florum,qui communiter breſilici coloris, aliquando & albi; hinc duæ icones apud Tabern. icon. pag.57. Geranei aruenſis nomine.

*XVII.*

Geranium Robertianum primum.

Geranium tertium Brunfel.pag.41.Tom.2.Rhap.11. & in 4.pag.97.ſine icone; & Matth. fol. lat. pag. 567.lib. 3.cap.114:& icon.4. pag.538.

Geranium Robertianum Lobel. obſeru. pag. 375. & icon.pag.657.

Side-

Sideritis tertia Dioſcoridis cenſetur, alijs Panax Heracleum.

Huic ſimilis breuior ac minus rubens, folijs viridibus reperitur, quam fœminam faciunt.

*XIIX.*

Geranium Robertianum ſecundum.

Geranium 4. Fuch. fol. lat. pag. 207. cap. 67. & icon. 8. pag. 117.

Geranium gruinale Dod. fol. Gall. pag. 36. lib. 1. c. 31.

*XIX.*

Geranium maximum latifolium longiſſima acu.

Geranium Creticum annuum Lob. obſeru. pag. 377. ſine icone.

Geranium Creticum annuum hæmatodes Eidem icon. pag. 662.

*XX.*

Geranium maximum anguſtifolium longiſſima acu.

Hoc ad cubitorum aliquot altitudinem exſurgit, caulibus hirſutie aſperis, anguloſis, multis, variâ brachiatis; folijs Geranei moſchati, floribus ſubpurpureis mediocribus, quibus ſuccedunt acus, quinq; tranſuerſorum digitorum longæ, hirſutæ, ex hirſuto calyce prodeuntes. Maio & Iunio florens, Monſpeſſuli vbi copioſè prouenit, anno 1579. legimus.

## *SANICVLA.*

SAnicula, à ſanandis vulneribus nomen traxiſſe videtur: Fabius Columna pag. 72. ſub Sideritide tertia Dioſcoridis pingit & deſcribit.

Sanicula Officinarum.

Diapenſia Brunfel. fol. pag. 80. Tom. 1. Rhap. 10. & Sanicula Eidem in 4. pag. 10.

Sanicula mas Fuch. fol. lat. pag. 671. cap. 260. & icon. 8. pag. 385. quæ figura optima.

Sani-

Sanicula & Diapenſia Lobel. obſer. pag. 378. & icon. pag. 663. figura non placet.

### PES LEONIS.

PEs Leonis à foliorũ forma; vulgò Alchimilla, quòd Alchimiſtarum præconijs ſit celebrata.

Pes Leonis.

Pes Leonis Hieronymi Brunfel. fol. pag. 57. Tom. 3. Rhap. 15. & Leontopodium Eidem in 4. pag. 89.

Alchimilla Trago pag. 512. lib. 1. cap. 174: Lobel. obſer. pag. 378: & icon. pag. 663.

## SECTIO SECVNDA.

*CANNABIS: EVPATORIVM: POtentilla: Caryophyllata: Dentaria.*

### CANNABIS, *eiusq; ſpecies.*

Κάνναβις Dioſcoridi lib. 3. cap. 165. Et Plinio lib. 20. cap. 23. Cannabis quę in ſyluis primùm nata eſt. Eſt autem ſatiua & ſylueſtris: ſatiua mas & fœmina: ſic, quę floret fructum non fert, quæ fructum fert, non floret.

*I.*

Cannabis ſatiua.

Canabis Brunfel. fol. pag. 178. Tom. 3. Rhap. 49. Et 4. pag. 221.

Cannabis Lob. obſer. pag. 284. & icon. pag. 526.

*II.*

Cannabis erratica.

Cannabis erratica pabuloſa ſylueſtris Lobel. obſeru. pag. 284. & icon. pag. 526.

*III.*

Cannabi ſimilis exotica.

Bangue Garziæ pag. 219. lib. 2. cap. 25. Acoſtæ pag. 276. cap. 61.

Propter

Propter foliorum cum Cannabi ſimilitudinem, & quod cortex in fila etiam diduci poteſt, huc retulimus: aliàs enim contrarias facultates habet.

## *EVPATORIVM.*

Εὐπατώριον Dioſcoridi lib. 4. cap. 41. Sunt qui velint nomen à Mithridate cognomento Eupatore inueniſſe. Dicitur ἡπατώριον vt Oribaſius in collectaneis meminit, & ἡπατῖτις, id eſt, Hepatica, quòd Hepati medeatur. Eupatoria Plinio lib. 25. cap. 6. qui regiam autoritatem habere ſcribit.

*I.*

Eupatorium cannabinum.

Herba S. Kunigundis Trag. pag. 491. lib. 1. cap. 165.

Eupatorium vulgare Matth. fol. lat. pag. 648. lib. 4. cap. 37. & icon. 4. pag. 681.

Cannabina aquatica Lobel. obſer. pag. 285. & icon. pag. 528.

*II.*

Cannabina aquatica folio tripartito diuiſo.

Verbena ſupina vel tertia Trago pag. 211. lib. 1. cap. 69. ſine icone.

Pſeudohepatorium fœmina Dodo. fol. Gall. pag. 46. lib. 1. cap. 39.

Huius folia communiter in tres partes, aliquando quinq; ſex, diuiduntur.

*III.*

Cannabina aquatica folio non diuiſo.

Eupatorium cannabinum fœmina Septẽtrionalium ſtellato & odoro flore Aduerſ. pag. 227. & Lobel. icon. pag. 529.

Eupatorium cannabinum Chryſanthemum Tabern. icon. pag. 117.

*IV.*

Cannabinæ aquaticæ ſimilis capitulis nutantibus.

Herba eſt cubitalis,pluribus caulibus hirſutis,in varios ramulos ſciſſis, ad ſingulos ramulos folium vnum, longum,latum, rariùs ſerratum, piloſum, verbeſinis ſatis ſimile, quamuis in varias partes non ſecetur, ramuli ad florem vſq; robuſti,vbi pulchrè iuxta florem contorquentur, & folia plura ſatis longa habet,ſtellæ inſtar: flos in medio deorſum nutans ex multis veluti ſquammis compoſitus, in cuius medio multi apices lutei, eo ferè modo diſpoſiti,quo in Verbeſinis.Radices fibroſæ ſunt,Ellebori nigri radicibus ſimiles: Hoc Baſileæ inuenimus.Hanc nobis oſtendit frater Io.Bauhinus, ſuamq; deſcriptionem communicauit,Verbeſinę ſimilem cum capitulis nutantibus,nominans. An fortè Hydropiper alterum Dalechampij Lugd.pag.1039.lib.9. cap.27.

*V.*

Eupatorium veterum Agrimonia dicta. (pa.44.

Agrimonia Brunf. fol.pag. 68. Tom.3: Rhap.22.&4.

Eupatorium Græcorum, Agrimonia officinarū Lobel.obſeru.pag.394:& icon.pag.692.

Hoc Eupatorium Dioſcoridis eſt & aliorum Græcorum; & Eupatoria Plinij: quibuſdam Argemonia in aruis naſcens, Plinij.

*VI.*

Eupatorium odoratum.

Eupatorium Dioſcoridis odoratum in monte Caprarda, Caſtori pag.176.

Agrimonia odorata Camer.hort.pag.7.

*POTENTILLA.*

POtentilla,ab eximijs viribus dicitur: alijs Argētina, à foliorum argenteo ſplendore: Sunt qui Stephanomelidem Plinij lib.26.cap.13.cenſeant: alij ad Argemonen referunt.

Po-

Potentilla.

Potentilla Brunfel. fol. pag. 45. Tom. 3. Rhap. 13. & Tanacetum agreſte Eidem in 4. pag. 90.

Anſerina (quòd anſeres ijs paſcuis imprimis delectetur, in quibus planta hæc prouenit) Trago pag. 480. lib. 1. cap. 161.

Argentina Lobel. obſeru. pag. 395. & icon. pag. 693.

---

Herba Malucana Acoſtæ pag. 249. cap. 52. vulgò Remedium pauperum & deſtructio Chirurgorum: Inſignis enim vulneraria eſt. Ex quo habet Lugd. pag. 1917. lib. 18. cap. 145.

---

## *CARYOPHYLLATA.*

CAryophyllata dicta ab odore radicis: vernali enim tempore eruta Caryophyllum aromaticum redolet: Vulgus à diuina ſua efficacia, Herbam benedictam & Sanamundam appellat. Sunt qui ad Lagopum Dioſcoridis lib. 4. cap. 17. referant: alij, nec malè, ad Geum Plinij lib. 26. cap. 7. alij ad eiuſdem lib. 25. cap. 9. Argemoniam, cuius radix thus redolet.

*I.*

Caryophyllata vulgaris.

Garyophyllata Brunfel. fol. pag. 24. Tom. 3. Rhap. 2: Trago pag. 67. lib. 1. cap. 21.

Herba benedicta Brunfel. in 4. pag. 80.

Vulgaris Caryophyllata Lobel. obſeru. pag. 396. & icon. pag. 693.

Fuchſius fol. lat. pag. 384. cap. 143. & icon. 8. pag. 217. diſtinxit in hortenſem & ſylueſtrem: ſatiuæ ex cultura aliquid teneritatis accidere folijs, floribus, & panniculis. Sylueſtris florem multo maiorem eſſe, magiſque ad croci colorem accedere.

---

*II.*

Caryophyllata vulgaris maiore flore.

Caryophyllata montana vulgari ſimilis Camer.hort. pag. 35.

Hanc fortè Fuchſius caryophyllatæ ſylueſtris nomine pinxit icon. 8. pag. 218.

---

*III.*

Caryophyllata aquatica nutante flore.

Benedicta ſylueſtris Trago pag. 517. lib. 1. cap. 176. ſine icone.

Septentrionalium rotundifolia papposo flore Caryophyllata Lobel. icon. pag. 694.

---

*IV.*

Caryophyllata aquatica altera.

Caryophyllata montana tertia vel Geum aquaticum Geſneri Cluſ. hiſt. Pann. pag. 438. lib. 3. cap. 4.

Variat flore ſimplici & multiplici.

---

*V.*

Caryophyllata montana luteo flore puniceis lineis diſtincto.

Caryophyllata montana Dalechampij Lugdun. pag. 686. lib. 5. cap. 54.

---

*VI.*

Caryophyllata Alpina lutea.

Caryophyllata montana Matth. fol. lat. pag. 632. lib. 4. cap. 17. & icon. 4. pag. 652.

Caryophyllata maior rotundifolia Lobel. obſer. pag. 397. & icon. pag. 695.

Flos communiter luteus eſt: inuenitur tamen & purpureus, & albus.

---

*VII.*

Caryophyllata Alpina minor.

Hęc ex radice oblōga, lignoſa, repente, purpuraſcēte, cortice tecta, quæ aliquot fibras de ſe mittit, folia aliquot prædictę forma, ſed craſſa, hiſpida habet; inter quę caulis

caulis palmaris, rotūdus, hiſpidus, folijs penè nullis, nec ramoſus, cuius ſummitati flos vnicus obſcurè rubens aliorum forma inſidet, cuius medium multa ſtaminula occupant: ſuccedit villoſa congeries ſimilis Chamædry alpinæ Ciſti flore. Hæc in ſummitatibus Baldi collecta.

*IIX.*

Caryophyllata Alpina quinquefolia maior.

Alpina pentaphyllæa Cariophyllata Lobel. icon. pag. 696.

*IX.*

Caryophyllata Alpina quinquefolia minor.

Hęc folijs eſt quadruplo anguſtioribus, quàm ſunt prioris, totaque planta minor & tenerior eſt; in monte Fracto prouenieus. Caſtor Durantes pag. 197. Caryophillatam montanam, huic non abſimilem, pingit.

## *DENTARIA.*

DEntaria nominatur à forma radicis, quæ ex pluribus ſquammis quaſi dentibus componitur, & cādidiſſima eſt, vnde quibuſdam Coralloides & Alabaſtrites dicitur. Sunt qui ad Violas referant, alij inter Solidagines & Symphyta, alij inter Saxifragas, alij inter Saniculas recenſent.

*I.*

Dentaria pentaphyllos.

Dentaria minor Matth. fol. lat. pag. 621. lib. 4. cap. 9. & icon. 4. pag. 631.

Nemoralis Alpina herbariorum Alabaſtrites, Coralloides Cordi, Lob. icon. pag. 686.

*II.*

Dentaria heptaphyllos.

Coralloides Cordi hiſt. pag. 151. b. lib. 2. cap. 109.

Saxifragę mōtanę alia ſpecies Geſn. hort. pag. 279. b.

Alabaſtrites altera, Dētaria altera herbariorum Lob. obſ.pag.391.& icon.pag.686.

*III.*

Dentaria baccifera: & Cluſij hiſtor. Pann. pag.445. lib.3.cap.7.

Coralloidis alia ſpecies in Cordo hiſt.pag.151.b.lib. 2.cap.109.picta ſed malè. (pag.687.

Dētaria bulbifera Lob.obſ.pag.392.ſine icone. & ic.

Flos albus, aut ex candido leuiter purpureus.

*IV.*

Dētaria triphyllos ꝙ ſemper tria folia iuncta habeat.

Dentaria puſilla, enneaphyllos (quia in caule nouem habeat folio, ex quolibet pediculo tria prodeūtia) Lob. obſ.pag.392.ſine icone. Et dentaria Enneaphyllos Eidem icon.pag.687.

Dentaria coralloide radice ſecunda Cluſ. hiſt. Pann. pag.448.lib.3.cap.7.

## *PAEONIA.*

ΠΑιονία ἢ γλυκυσίδη, quibuſdam πεντόροβον, cuius radicem aliqui ἰδαίους δακτύλους vocant, Dioſcoridi lib.3. cap.157. παιωνία alijs γλυκυσίδη (Caſta alijs dulciſſida Gazæ) Theophraſto 9. hiſt.9. Glycyſide, quam aliqui Pæoniam, aut Pentorobon vocant. Plinio lib.27. cap.10. Idem lib.25. cap.4. vetuſtiſſima, inquit, inuentu Pæonia eſt, nomenq; autoris retinet, quam quidam Pentorobon appellant, alij Glycyſiden. Dicta Pæonia, à Medico Pæone, qui eâ vulneratum Plutonē ab Hercule, Odyſs. 5. Homero fingente curaſſe perhibetur.

Genera duo Dioſcoridi, mas folia iuglandis habet: in fœmina Smyrnij more diuiduntur: mari radix digitali craſſitudine alba: fœminæ radicibus ceu glandes circiter ſeptem aut octo inhærent, vt in aſphodelo. Sic Plinio l.c. duo genera, fœmina exiſtimatur, cuius radicibus

balani

balani longiores, circiter octo aut ſex adhærent: mas plures habet, quoniam non vna radice nixus eſt, palmi altitudine candidaque: addit ſemẽ in ſiliquis aliud grano rubente, aliud nigro.

*I.*

Pæonia folio nigricante ſplendido, quæ mas.

Pæonia nobilior vel ſecunda Trago pag. 582. lib. 1. cap. 200. ſine icone.

Pæonia mas Matth. fol. lat. pag. 595. lib. 3. cap. 140. & icon. 4. pag. 589. Lob. obſ. pag. 390. & icon. pag. 684.

---

*II.*

Pæonia communis vel fœmina.

Pæonia fœmina Brunfel. fol. pag. 13. Tom. 2. Rhap. 2. & 4. pag. 295. ſine icone. Lob. obſer. pag. 389. & icon. pag. 682.

Aglaophotis Aeliani cenſetur.

Meminit Geſnerus hortorum pag. 270. in ſummis ſupra Glaronam Heluetiorum mõtibus ſylueſtrẽ naſci.

---

*III.*

Pæonia fœmina altera.

Pæonia fœmina Matth. fol. lat. pag. 595. lib. 3. cap. 140. & icon. 4. pag. 590.

Pæonia promiſcua ſeu neutra Lobel. obſer. pag. 390. & icon. pag. 683.

---

*IV.*

Pæonia folio ſubtus incano flore albo.

Pæonia albo flore Lob. obſ. pag. 390. ſine icone.

Pæonia leucanthemos Camer. hort. pag. 115.

Non ſolùm albo, ſed & palleſcente flore habetur, quæ ochranthemos Camerario: Folia parte infernâ incana, lanugine obſita.

---

*V.*

Pæonia fœmina flore pleno.

Pæonia

Pæonia fœmina multiplici flore Geſn. hort. pag. 270.
Pæonia fœmina polyanthos Lobel. obſer. pa. 391. & icon. pag. 684.

Flore rubro obſeruauimus & quidem adeò pleno vt aliquando quingētis folijs reperiatur: meminit Camerarius hort. pag. 115. Pæoniæ floris pleni dilutioris & minoris, cuius folia non ſint adeò caduca; fortè hunc Tabernæmontanus exprimere voluit pag. 461. lib. 2. ſect. 11. cap. 62. & icon. pag. 784. vbi habentur Pæonia fœmina multiplex, & Pæonia fœmina polyanthos flore albo.

*VI.*

Pæonia peregrina rubra.
Pæonia Byzantina rubro flore Cluſ. hiſtor. Pann. pag. 401. lib. 2. cap. 56. ſine icone.

*VII.*

Pæonia fœmina pumila.
An Pæonia minor Geſn. hort. pag. 270. b.
Pumila fœmina Lobel. icon. pag. 683.

Hanc ante annos viginti in horto Cla. viri D. Felicis Plateri Poliatri, & Praxeos Profeſſoris, nunc Collegæ noſtri honorandi, collegimus, poſtea nunquam vidimus.

Hæc folia magis vlla alia obtinet, in lacinias diſſecta, flores minores, pauciores, octo ex folijs compoſitos.

## *LEONTOPETALON.*

Λεοντοπέταλον Dioſcoridi lib. 3. cap. 110. Plinio lib. 27. cap. 11. Leontopetalon. quod alij Rhapeion vocitent. Dioſcorides florem punicei coloris Anemone ſimilem ſcribit: Plinius floris non meminit: luteum ſolùm obſeruauimus.

Leontopetalon, id eſt, leoninum folium.
Leontopetalum Matth. fol. lat. pag. 543. lib. 3. cap. 94. & icon.

& icon.4.pag.504. Lobel. obſer.pag.391. & icon. pag. 685. hic ſiliquas longas pingit, cum ciceris inſtar, vt habet Dioſcorides, ſint formatæ.

---

### *CHRYSOGONVM.*

XΡυσογόνυ Dioſcorides meminit lib.4. c.56. quod aliqui Iacobæam marinam, cinerariam dictam cenſent, alij Tormentillam. Verùm hæc à Rauvvolffio propoſita Dioſcoridis deſcriptioni reſpondet.

Leontopetalo affinis folio quercus.

Chryſogonum Dioſcoridis Rauvvolff. itin. nu. 119. & ex eo Lugd. append. pag. 28.

---

### *STAPHISAGRIA.*

ΣΤαφὶς ἀγρία Dioſcoridi lib.4. ca.156. Plinio lib.23. cap.1. Aſtaphis agria, ſiue Staphis: Latinis herba pedicularis ab effectu, vnde & Phthiroctonon dici poteſt, & nunc in Grçcia φθειρόκοκκον granum pedicularium dicitur.

Staphis agria Trago. pag. 902. lib.2. ca.132. Lob. obſ. pag. 393. (689.

Staphis agria ſiue vitifolia. Pedicularis Lob. icon. pa.

---

## SECTIO SEXTA.

### *QVINQVEFOLIVM: FRAGARIA: TRIfolium: Medica: Lotus: Melilotus: Dorycorium.*

### *QVINQVEFOLIVM, eiusq́; ſpecies.*

ΠΕΝΤΑ'ΦΥΛΛΟΝ Dioſcoridis lib. 4. cap. 42. propoſuit, cui folia ſint menthæ, quina ſingulis pediculis, rarò plura, in ambitu ſerrata, flore candido palleſcente auri æmulo: radice ſubrubra oblonga, &c. Sic & Theophraſto 9. hiſt. 14. dicitur, vbi Gaza Quinquefoliam & Quinquepetam vertit.

tit. Plinius lib. 25. cap. 9. Quinquefolium inquit, nulli ignotum eſt, Græci vocant Pentapetes, ſiue Chamæzelon, ſiue Pentaphyllon.

*I.*

Quinquefolium album maius.

Quinquefolium maius candidum Fuch. fol. lat. pag. 623. cap. 238. & icon. 8. pag. 357.

Quinquefolium album Matth. icon. 4. pag. 684. & Pentaphyllum album Eidem fol. lat. pag. 651. lib. 4. cap. 37.

*II.*

Quinquefolium album minus.

Quinquefolij albi ſpecies quædam Geſn. hort. app. pag. 295. b.

Quinquefolium ſecundum Cluſ. hiſt. Pann. pa. 425. lib. 3. cap. 3.

*III.*

Quinquefolium maius repens.

Pentaphyllon minus Brunfel. 4. pag. 76.

Pentaphyllon maius flore ſubluteo, interdum albo Lobel. icon. pag. 690. & Quinquefolium ſiue Pentaphyllum vulgare Eidem obſer. pag. 393.

*IV.*

Quinquefolium minus repens luteum primum.

Quinquefolij quarti ſecunda ſpecies Cluſ. hiſt. Pann. pag. 430. lib. 3. cap. 3.

*V.*

Quinquefolium minus repens luteum ſecundum.

Quinquefolij minimum genus Trago pa. 505. lib. 1. cap. 172. ſine icone.

Quinquefolij quarti prima ſpecies Cluſ. hiſtor. Pann. pag. 426. lib. 3. cap. 3.

*VI.* Quin-

*VI.*

Quinquefolium minus repens luteum Alpinum.

Quinquefolium tertium Cluſ. hiſtor. Pann. pag. 427. lib. 3. cap. 3.

---

*VII.*

Quinquefolium folio argenteo.

Pentaphyllon exiguum alterum Trago pag. 506. lib. 1. cap. 172.

Quinquefolium luteum minus Fuchſ. icon. 8. pag. 359. & in fol. lat. pag. 625. cap. 238. Quinquefolium minus.

---

*IIX.*

Quinquefolium rectum luteum.

Pentaphyllon Brunfel. fol. pag. 231. Tom. 1. Rhapſ. 42. & 4. pag. 76.

Quinquefolium, Pentaphyllon vulgare Lobel. icon. pag. 689. & Pentaphyllon maius Eidem obſer. pag. 393. In eadem planta modò trina, modò quina, modò ſena, vtplurimùm ſeptena obſeruantur folia. Sic flore variat ſubluteo, albo, & rubro. Hinc duæ icones apud Lobelum pag. 689. & 690. & Tabernæmontanum icon. pag. 119. & 120. Quinquefolij Theophraſti maioris, & Quinquefolij Theophraſti albi nomine: & eidem fol. pag. 435. & 436. lib. 1. ſect. 4. cap. 21. Quinquefolij maioris primi & ſecundi nomine.

---

*IX.*

Quinquefolium paluſtre rubrum.

Pentaphyllon rubrum Dod. fol. Gall. pag. 63. lib. 1. cap. 55.

Pentaphyllon rubrum paluſtre Lob. icon. pag. 691.

Aliquando quinque, aliquando ſex folijs eſt, vnde quibuſdam Heptaphyllum.

---

*X.*

Quinquefolium dictum Tormentilla, quòd tormentum cruciatúmve dentium ſedet, Tormentilla Brunfel. fol. pa. 85. Tom. 1. Rhap. 12. & 4. pag. 12. Trago pa. 503. lib. 1. cap. 171. Lob. obſ. pag. 395.

Tormentilla vel Heptaphyllon Eidem icon. pag. 696.

Alij Pentaphyllis, alij Biſtortis adnumerant: Sunt qui Chryſogonum Dioſcoridis ſuſpicantur.

Hæc aliquando auerſa parte folia habet candida: aliquando non quina, ſed ſeptena.

---

*XI.*

Quinquefolium ſeu Tormentilla Alpina.

Tormentilla Alpina Camer. hort. pag. 171.

Eſt radice odoratiore, rubicũdiore & maiore, quàm vulgaris ſit.

---

*XII.*

Heptaphyllon Alpinum ſericeum.

Argentaria petræa Geſn. hort. pag. 248.

Heptaphyllon Cluſ. hiſt. Hiſp. pag. 490. lib. 3. cap. 96.

Alpinum, petroſum, & minimum Pẽtaphyllon. Lob. icon. pag. 691.

Sunt qui Tormẽtillæ, alij qui Alchimillæ ſpeciem faciunt, quibuſdam Leontopodium Dioſcoridis. Figura à Camerario in Epit. Matth. pag. 909. magis probatur quàm aliorum, cùm pingat folia parte ſupernâ crenata, crenis namque carentia nondum vidimus.

---

*XIII.*

Quinquefolio ſimilis repens.

Pentaphyllum ſupinum Tormentillæ facie Lob. obſ. pag. 394. & icon. pag. 692.

---

*XIV.*

Quinquefolium fragiferum.

Quinquefoliũ quintũ Cluſ. hiſt. Pann. pa. 430. li. 3. c. 3.

---

FRAGA-

## *FRAGARIA.*

FRagaria à fragro, id eſt, odorem reddo, dicta videtur. κύμαρον Apulei cenſetur: Dioſcoridē, inter Pentaphylla flore albo, intellexiſſe volūt. Sunt qui ad Chamæbatum referant, mora enim terreſtria dicta Seruio. Plinio lib. 25. cap. 9. Fraga.

Proueniunt alia in ſyluis & mōtibus, montana & ſylueſtria, alia in hortis & dicuntur ſatiua: Variat fructu quo ad magnitudinem & colorem; habentur namque fructu duplo maiore vulgari herbaceo luteo pallore & candore confuſis; habentur & ſanguinei coloris.

*I.*

Fragaria vulgaris.

Fragaria Brunfel. fol. pag. 40. Tom. 2. Rhap. 10. & Trago pag. 500. lib. 1. cap. 170. Lob. obſer. pag. 396: & icon. pag. 697.

*II.*

Fragaria fructu albo.

Fraga cādida Trago pag. 499. lib. 1. cap. 170. ſine icone.

Fragum album Tabern. fol. pag. 429. lib. 2. ſect. 4. cap. 20. & icon. pag. 119.

Hæc fructu aliquando toto candido, minus granoſo, dulci; aliquando parte ſuperiore rubicundiore eſt.

*III.*

Fragaria hiſpidis folijs.

Fragariæ tertium genus Trago pag. 500. lib. 1. c. 170. ſine icone.

Fragaria & Fraga maior ſubalba Lob. icon. pag. 697.

*IV.*

Fragaria bis fructum ferens.

Fragariæ quoddam genus in Alpibus Cæſalp. pag. 554. lib. 14. cap. 18.

Hæc non ſolùm in eo à prædictis differt, quòd bis in anno fructificet, Vere & Autumno, verùm & fructus forma compreſſa, ſtriata, rubi idæi ſapore.

*V.*

Fragaria flore luteo.

Fragaria parua luteo flore Geſn.hort.pag. 159.b.

*VI.*

Fragaria ſterilis: & Geſn.hort. pag. 259.b.

Fragaria ſylueſtris minimè veſca, ſiue ſterilis Lobel. obſeru.pag.396.ſine icone: & icon. pag.698.

## *TRIFOLIVM, eiuſq́ſpecies.*

Τρίφυλλον Trifolium, deſcripſit Dioſcorides lib. 3. cap.123. ſic dictum quòd ſingulis germinationib' terna exeant folia: quo loci Dioſcorides ſolùm bituminoſum propoſuit, quod dicitur ὀξύφυλλον, μινυανθὲς & ἀσφάλτιον, quod bitumen oleat. Plinius lib.21.cap.9. Trifolij tria genera enumerat: Minyanthes, ait, vocant Græci, alij aſphalcion maiore folio: alterum acuto, oxytriphyllon: tertium ex omnibus minutiſſimum.

*I.*

Trifolium pratenſe purpureum.

Trifolium maius Brunfel. fol. pag. 47. Tom.3. Rhap. 14.non quo ad iconem & 4.pag.173.

Trifolium pratenſe Lobel. obſeru.pag.493. & icon. pag.29.parte 2.

Huius multæ ſunt differentiæ magnitudinis & paruitatis tùm foliorum, tùm caulium, tùm fructus: folia quibuſdam rotunda, quibuſdam oblonga, aliquādo in extremo ſinuata: quibuſdam macula eſt in folio nigra, aut candida, lunæ falcatæ figurâ: floris color; alijs purpureus, & modò ſaturatior, modò pallidior, alijs cādidus.

*II.* Tri-

*II.*

Trifolium pratenſe album.

Trifolium album Brunfel.fol. pag.48. Tom.3. Rhap. 14.& 4.pag.175.Fuch.fol.lat.pag.818.cap.314.& icon. 8.pag.472.

Trifolium pratenſe alterum Matth. fol. lat. pag.555. lib.3.cap.106.& icon.4.pag.521. Trifolium pratenſe.

---

*III.*

Quadrifolium hortenſe album.

Quadrifolium phæum fuſcum hortorum Lob. icon. pag.33.parte 2. & Quadrifolium phæum Eidem obſer. pag.496.

Quaternis, quinis, aliquando ſeptenis donatur folijs.

---

*IV.*

Trifolium pratenſe luteum capitulo breuiore.

Melilotum minus Brunfel.fol.pag.48. Tom.3. Rhap. 14: & 4. pag.176.

Meliloti exiguæ ſpecies prima, vel melilotus ſexta Trago pag.592.lib.2.cap.3.

Trifolium luteum minimum Lobel.obſeru. append. & icon.pag.29. parte 2.

---

*V.*

Trifolium pratenſe luteum capitulo lupuli.

Trifolium luteum alterum Lupulinum, & vulgo Lupulus ſyluaticus Thalyo Harcyn. pag. 124.

---

*VI.*

Trifolium pratenſe folliculatum.

Trifolium pratenſe Salmanticum Cluſ. hiſt. Hiſpan. pag.474. lib.2.cap.89.& Lobel.obſer.pag.474: & icon. pag.30.parte 2.

---

*VII.*

Trifolium pratenſe minus floſculis purpureis.

Lotus

Lotus pratenſis purpurea Lugd.pag. 509. lib.4. c.69.

Modò terna, modò quaterna habet folia.

*IIX.*

Trifolium montanum purpureum maius.

Trifolij altera ſpecies & maior in collibus Geſner. hort. pag. 285.

Trifolium maius ſecundum Cluſ. hiſt. Pann. pag. 760. lib. 4. cap. 34. ſine icone.

Variat folio acuto non crenato, & obtuſo crenato.

*IX.*

Trifolium montanum purpureum minus.

Trifolium aliud montanum minus Thalyo Harcyn. pag. 124.

Variat flore albo & rubro.

*X.*

Trifolium montanum album.

Trifolium maius albo flore Cluſ. hiſt. Pann. pag. 761. lib. 4. cap. 34.

*XI.*

Trifolium Americanum.

Trifolium Americum Lobel. obſer. pag. 494. & icon. pag. 31. parte 2.

*XII.*

Trifolium acetoſum corniculatum.

Oxys flore luteo Cluſij hiſt. Hiſp. pag. 476. lib. 2. c. 90.

Oxys lutea corniculata repens Lob. obſer. pag. 495: & icon. pag. 32. parte 2.

*XIII.*

Trifolium acetoſum vulgare.

Trifolium acetoſum Brunfel. fol. pag. 50. Tom. 3. Rhap. 14: & 4. pag. 176. Panis cuculi & Trifoliũ quintũ.

Oxys Pliniana Lobel. obſer. pag. 495: & icon. pag. 32. parte 2.

ὀξυ-

οξυτρίφυλλον, à forma trifolium, à ſapore acetoſum, hinc Oxys Plinio lib. 27. cap. 12.

Variat flore lacteo, purpuraſcente & luteo.

---

*XIV.*

Trifolium Hepaticum.

Hepatica Brunfel. fol. pag. 190. Tom. 1. Rhap. 34: & 4. pag. 88. Hepatica aurea & Trifolium ſextum.

Trifolium magnum ſeu aureum, & Hepatica nobilis Trago pag. 519. lib. 1. cap. 177.

Hepaticum trifolium Lobel. obſer. pag. 496. & icon. pag. 34. parte 2.

Variat folijs, quę aliquando maiora & maculis variegata, floribus qui communiter cęrulei, vel violacei, ſubpurpurei, rubri, albi: Hinc duæ figuræ apud Lobelum Hepatici trifolij & Hepaticæ rubrę nomine; & apud Tabernæmontanum fol. pag. 225. lib. 2. ſect. 4. cap. 37. & iconum pag. 527. Hepaticæ aureæ flore cæruleo & flore rubro, titulo.

---

*XV.*

Trifolium hepaticum pleno flore.

Hepatica trifolia polyanthos Lobel. obſer. pag. 497. & icon. pag. 35. partis 2.

---

*XVI.*

Trifolium paluſtre.

Limonium pratenſe Trago pag. 705. lib. 2. cap. 52. ſine icone.

Trifolium paludoſum Lobel. obſer. pag. 496. & icon. pag. 33. partis 2.

Iſopyron Dioſcoridis lib. 4. cap. 121. aliquibus; alij, Menianthes paluſtre Theophraſti 4. hiſt. 11. menſiflorum Gaza vertit.

Ratione loci variat, ita vt maius & minus, rotundiore & acutiore folio reperiatur, cuius nomine duæ figuræ

apud Tabernæmontanum fol.pag.220.lib.2.ſect.4.cap. 23: & icon.pag.520.& 521. Trifolij maioris & Trifolij fibrini nomine; verùm & folij pars aliquando in binas lacinias diuiditur, Thalyus Harcy. pag.121. monet obſeruatum, florigerum, floribus abſq; ſemine euaneſcentibus: prçterea ſterile prorſus, abſque ſemine & flore: ſic & ſeminiferum, abſque floribus.

---

*XVII.*

Trifolium bitumen redolens.

Trifolium aſphaltite Matth. fol. lat.pag. 555. lib.3. cap.106: & icon.4.pag.570.

Trifolium Aſphaltęum ſiue bituminoſum Lobel.obſeru.pag.499.& icon.pag.30.parte 2.

Hoc folijs ludit; inferiora enim & antequã in caulem exſurgat rotunda habet, vt Matthioli figura in 4.exprimit: cùm verò cauleſcit acuta, vt pingit Lobelus, cuius nomine Lugdunenſis pag. 504. lib.4. cap. 68. hoc non animaduertens duas propoſuit figuras, alteram rotundis, alteram longioribus folijs nominans, cùm tamen vnicum ſit, vt rectè exprimitur in Matthioli editione Italica pag.882.lib.3. cap.117. & Camerarius in Epitome Matth. pag. 581. varietatem oſtendit. Obſeruauimus etiam adeò magnis folijs, vt excedant latitudinẽ trium, & longitudinem ſex digitorum tranſuerſorum.

---

*MEDICA.*

Dioſcorides μηδικὴν deſcripſit lib. 2. cap. 177. folijs & caule trifolij pratenſis, ſiliquis corniculorum modo intortis: ſic Theophraſto 8.hiſt.8. & 2.cauſ.20. Medica. Plinius lib.18.cap.16. Medica, à Medis aduecta, per bella Perſarum, &c.

*XIIX.*

Trifolium cochleatum fructu latiore, folio acuto.

Trifolium cochleatum primũ Dodo.fol.lat.pag.563. pemp.4.lib.4.cap.18.

Medi-

Medicæ ſpecies tertia ſiliqua glomorata Aduerſar. pag. 383.

Medicæ ſpecies tertia Lobel. icon. pag. 37. parte 2.

*XIX.*

Trifolium ſcutellatum fructu latiore folio obtuſo.

Hoc à precedenti differt folijs quintuplo minoribus, non oblongis & acutis, ſed obtuſis, fructu etiam planiore, nec tot circumuolutionibus donato.

In montibus Euganeis collegimus, vt & Monſpelij.

*XX.*

Trifolium cochleatum fructu compreſſo oblongo.

Medicæ ſpecies ſecunda Aduerſ. pag. 383. Lob. icon. pag. 37. parte 2.

Medica ſylueſtris altera Lugd. pag. 502. lib. 4. cap. 67.

Lugdunenſis vna figura tres exprimit differentias, vt & Lobelus.

Hoc variat, aut enim oblongum, anguſtum, compreſſum turbinum terreſtrium modo, aut ijſdem volutis tortile.

*XXI.*

Trifolium cochleatum fructu duro ſpinoſo.

Medica ſiliqua ſpinoſa Aduerſ. pag. 383. Lobel. icon. pag. 37. parte 2. ſub Medica pingit.

*XXII.*

Trifolium cochleatum maculatum.

Medica Arabica Camer. hort. pag. 97. & icon. pag. 27.

*XXIII.*

Trifolium cochleatum fructu nigro hiſpido.

Trifolium cochleatum alterum Dodon. fol. lat. pag. 565. pemp. 4. lib. 4. cap. 18.

Medica folliculo ſpinoſo Lobel. obſeru. pag. 498. & icon. pag. 37. parte 2.

*XXIV.*

Trifolium cochleatum maritimum.

Trifolium marinum Geſner.hort. pag.285.

Medica marina Aduerſ.pag.383.Lobel.icon.pag.38. parte 2.

Guilandinus, Trifolium album & Cicer Sacerdotale vocabat: alij Cytiſum marinum.

---

*XXV.*

Trifolium echinatum aruenſe maius.

Tribulus terreſtris minor repens Lugdun. pag.514. lib.3.cap.71.

Pilulas habet quaternas, quinas ſimul iunctas: at ſubſequens binas, ad ſummum ternas.

---

*XXVI.*

Trifolium echinatum aruenſe ſecundum.

Tribulus minor rectus Dalechampij Lugd. pag.513. lib.4. cap.71.

---

*XXVII.*

Trifolium peltatum Creticum.

Ex radice tenui oblonga fibroſa, cauliculi exſurgunt aliquot palmo minores nudi: folia parua crenata oblongis inhærentes pediculis: cauliculorum ſummitatibus floſculi quaterni quini vniti, forma ferè ornithopodij, luteo pallidi: ſuccedunt ſiliquæ latæ, planæ, membraneæ, vnum vel alterum paruum compreſſum ſemen continẽtes: quæ dum molles ſunt dulciſſimæ, eſui aptę, at vbi indurnerint amariſſimę, atteſtante Honorio Belli Vicentino (qui nunc aliquot annis Medicinam in Creta exercet:) ruſticisq; Creticis μαστουρίαν dici, ipſe verò Trifolium Creticum odoratum nominat.

---

*XXIIX.*

Trifolia ſiliqua falcata.

Lunaria radiata Italorum, Medica lunata ſiue falca-

ta

ta Lobel. obſeru. pag. 498. & icon. pag. 38. parte 2.

*XXIX.*

Trifolio ſiliqua falcata ſimilis.

Auricula muris Camer. hort. pag. 24. icone 8.

*XXX.*

Trifolium ſiliqua cornuta.

Medica Dodo fol. Gall. pag. 342. lib. 4. cap. 40.

Fœnum Burgundiacum Lobel. obſ. pag. 498. & icon. pag. 36. parte 2.

Hoc Medicam veterum eſſe, ſunt qui velint, & Alfalſaſat Auicennæ.

Flore cæruleo, violaceo, luteo, ex vtriſque mixto.

*XXXI.*

Trifolium fruteſcens ſylueſtre luteum.

Meliloti maioris ſpecies tertia Trago pag. 591. lib. 2. cap. 3. ſine icone.

Medica flore luteo Cluſ. hiſtor. Pann. pag. 759. lib. 4. cap. 53.

*XXXII.*

Trifolium fruticans bacciferum.

Polemonium Monſpelienſium Geſn. hort. pag. 273. Aduerſ. pag. 390. Lobel. icon. pag. 52. parte 2.

Ludit folijs, aliquando enim duobus, aliquando vnico folio, ita vt diuerſa cenſeri poſſit.

*XXXIII.*

Trifolium ſpinoſum Creticum cæruleum.

Ex radice parua emittit ramos ſeſquipalmares anguloſos alternatim diſpoſitos, inclinatos, qui in alios brachiantur: ad ſingulorum ramorum & ramulorum exortus duo folia breui pediculo donata (vt in Loto aſpera Lobeli: cum qua in multis conuenit) ramulos cingunt folia pediculis inhærentia, quorum quodlibet

 conſtat

conſtat tribus foliolis oblongis acuminatis, in minimã ſpinam abeuntibus: verùm ad vnamquanq; ramulorũ diuiſionem ſuprà infraq́; ſpinæ paruæ aduncæ: ad quorum diuiſionem flos pediculo inſidens prodit, leucoij purpurei ferè magnitudine ex quinque foliolis cęruleis compoſitus, qui ſimiles ſunt campanulæ aruenſi, quos foliola viridia excipiunt in ipſorum medio, apices aliquot lutei: ſuccedunt ſiliquæ triangulares compreſſæ, in quibus ſemen ruffum compreſſum. Floret Iulij principio. Hoc in horto Montembelgardenſi apud fratrem Ioh. Bauhinum legimus, cui ſemen Orbilochorto nomine miſſum; priùs acceperamus à Laurentio Roſenavv Pharmacopæo nomine Trifolij ſpinoſi ſemper virentis ex Candia Ciſti flore.

---

*XXXIV.*

Trifolium aſperum Narbonenſe luteum.

Lotus aſperior fruticoſa Narbonenſis incana Lobel. obſ. pag. 500. & icon. pag. 41. parte 2.

---

*XXXV.*

Trifolium ſtellatum.

Ex radice tenui oblongiuſcula parùm fibroſa exſurgunt cauliculi communiter palmares, aliquando altiores, quini, ſeni, ſepteni, rotũdi, lanuginoſi, inanes, vt plurimum nudi, qui rariſſimè in alios diuiduntur, folijs eſt paucis, tripartitis, villoſis in ſummo ſinuatis, oblongis pediculis ad radicem inſidentibus, ad quorum exortũ alia duo adponuntur: cuilibet cauliculo ſpica oblonga, mollis, lagopi inſtar, inſidet: floribus oblongis luteis, qui vbi delabi incipiunt, tùm ſpicæ quaſi in orbem, ſeu circulum diſponũtur, ac ſi plures forent ſtellæ ſimul iũctæ: flos namq; poſt ſe relinquit capſulam oblongam villoſam, quæ in quina oblonga acuminata abit foliola; ſemen intus continetur vnicum vtplurimum, ruffum, planum.

planum, multum ſimilitudinis habet cum Lagopo maximo Lobeli, at diuerſum eſt.

*XXXVI.*

Trifolium ſpicatum flore ſubrotundo.

Lagopum maximum folio & facie trifolij pratenſis Lobel. obſer. pag. 499. & iconum pag. 39. part. 2.

*XXXVII.*

Trifolium ſpicatum folio pinnato.

Cytiſus Trago pag. 601. lib. 2. cap. 6.

Lagopus altera folio pinnato Lob. obſ. pag. 499. & icon. pag. 40. parte 2.

Huius varietas in folio quod marceſcens in calidioribus regionibus, nitore, læuore ac ſtrijs elegantiſſimis auium pennas imitetur, folijs filicis Oſmundæ par.

*XXXIIX.*

Trifolium ſpicatum humile ſeu Lagopus.

Lotus campeſtris Trago pag. 595. lib. 2. cap. 3.

Lagopus ſiue Pes leporinus Matth. fol. lat. pag. 631. lib. 4. cap. 17. & icon. 4. pag. 650.

Lagopus Lob. obſ. pag. 498. & icon. pag. 39. parte 2.

Λαγώπυς habetur apud Dioſcoridem lib. 4. cap. 17. & Lagopus Plinij lib. 26. cap. 8.

Spica colore variat quæ lutea, aliquando cineritia aut albeſcens: aliquãdo maioribus & minoribus; folijs aliquando latioribus, aliquando anguſtioribus.

*XXXIX.*

Trifolium ſpicatum anguſtifolium.

Altera anguſtifolia Lagopus Aduerſ. pag. 384. Lob. icon. pag. 40. parte 2.

Hoc Monſpeſſuli collegimus, & in montibus Euganeis iuxta Patauium, at illud anguſtioribus, hoc latioribus eſt folijs.

*XL.* Tri-

*XL.*

Trifolium globoſo flore.

Ex radice fibroſa caulis pedalis exſurgit, qui ad radicem ſtatim in tres quatuórve ramos breuiores leuiter hirſutos, brachiatur, quos folia parua tripartita oblonga pilis cincta ambiunt, qui ad ramulos iuxta pediculum communiter alia duo ſubiecta habent: cauliũ ſummis, capitulum ſphæriceum ruffeſcens ex aſperis apicibus compoſitum inſidet, quibus folia terna ſubijciuntur: flores habet paruos, luteos: Semen non obſeruauimus. Menſe Maio Monſpelij circa Caſtelnouum, vbi copiosè obſeruauimus, legimus.

*XLI.*

Trifolium ſaxatile hirſutiſſimum.

Ex radice lignoſa tranſuerſum repente, ruffo cortice tecta, exſurgit quaſi trũcus multas plantulas ſimul iunctas, ſed ſine caule, producens, ita vt tota planta duorum aut trium tranſuerſorum digitorum altitudinem non adæquet: folijs trifoliorum modo ſitis, quaſi argẽteis mollibus incanis, pediculis breuiſſimis inſidentibus: inter media folia capitulum obſeruatur paruum rotundum, quaſi ex molliſſimis pilis ſubflauis compoſitum, cui folia ſubiecta ſunt: florem alium non obſeruauimus, nec ſemen: in Heluetiorum altiſſimis iugis legimus.

*XLII.*

Trifolium Alpinum minimum flore magno.

Ex Alpibus Bernenſium habemus plantulam, quatuor tranſuerſorum digitorum altam, quæ ex fibroſa nigra radicula folia emittit pauca, terna trifoliorum more, oblonga, anguſta glabra: ex radice exſurgit vnus vel alter cauliculus, duorum triúmve tranſuerſorum digitorum longus nudus, cuius ſummitati flos inſidet magnus, ex octo decémve oblongis floribus, vt in capite galli-

gallinaceo ruffeſcentibus compoſitus, qui ſinguli ſingulis pediculis inſidente & ex calyce oblongo, in quinos apices deſinente, prodeunt.

*XLIII.*

*LOTVS.*

DIoſcorides lib. 4. cap. 112. videtur λωτὸν ἀγρίαν lotũ ſylueſtrem appellare, Theophraſtus 7. hiſt. 9. Lotum proponit, & eiuſdem libri cap. 14. licet nomen vnum habeant, eius plura eſſe genera, vt fermè æquiuoca ſint folio, caule, flore fructuq; diſcreta: at de Aegyptia agit 4. hiſt. 10. & 2. de cauſ. 26. Tria genera propoſuit Dioſcorides tribus capitibus, lotum vrbanam, lotum ſylueſtrẽ, & lotum Aegyptiam. Plinius & Lotion & Melilotum habet; Loti meminit lib. 13. cap. 17. vbi Lotum herbam vocat, eam quam Dioſcorides Lotum vrbanam nominauit: mox iungit & eam quæ in Aegypto prouenit, quam poſtmodum lib. 22. cap. 21. Lotometram vocat: de Meliloto lib. 21. cap. 9. Melilotus, inquit, quam Sertulam campanam vocamus, Coronas antiquitùs ex hac factitatas nomen Sertulæ inditio eſt.

Trifolium odoratum ſeu Melilotus Officinarum.

Trifolium Melilotos maius Brunfel. fol. pa. 50. Tom. 3. Rhap. 14. & 4. pag. 175. Trifolium alterum.

Melilotus Germanica Lob. obſ. pag. 501. & icon. pag. 43. parte 2.

Variat floris colore, qui communiter luteus, aliquãdo albus, hinc duæ figuræ apud Tabern. Loti ſylueſtris & Loti ſyl. flore albo nomine icon. pag. 507. & 508.

*XLIV.*

Trifolium odoratum corniculis reflexis.

Melilotus ſiue Sertula campana Matth. fol. lat. pag. 488. lib. 3. cap. 41. & 4. icon. pag. 440.

Melilotus Syriaca odora, melilotus ſertula campana, & Corona regia, Lob. ic. pa. 42. part. 2.

*XLV.*

Trifolium odoratum, vel Lotus hortenſis.

Trifolium Dioſcoridis Trago pag. 588. lib. 2. cap. 2.

Lotus hortorum odora Lobel. obſ. pag. 500. & icon. pag. 41. parte 2.

Quibuſdam μέλι σίτων Theophraſti 7. hiſtor. 14. Mel frugum Gaza vertit.

*XLVI.*

Trifolium rectum Monſpelienſium flore rotundo.

Lotus Lybica Dalechampij Lugdun. pag. 509. lib. 4. cap. 69.

*XLVII.*

Lotus ſylueſtris ex codice Cæſareo Dodo. fol. lat. pag. 562. pemp. 4. lib. 4. cap. 15. & ex eo Lugdun. pag. 1076. lib. 9. cap. 58.

*XLIIX.*

Lotus Aegyptia ex Codice Cæſareo Dodo. fol. lat. pag. 563. pemp. 4. lib. 4 ca. 16. & ex eo Lugd. pag. 1076 lib. 9. cap. 59.

*XLIX.*

Trifolium Aegyptium.

Melilotus Aegyptius, Alchimelech vocatus Alpino pag. 49. cap. 41.

*L.*

Trifolium corniculatum glabrum & minus, ſeu Melilotus pentaphyllos.

Meliloti exiguæ ſpecies altera, Melilotus 7. & nobilis Trago pag. 594. lib. 2. cap. 3.

Melilotus coronata & Trifolium corniculatum Lobel. obſ. pag. 501. & icon pag. 44. parte 2.

*LI.*

Trifolium corniculatum maius & hirſutum.

Lotus pentaphyllos maior modicè hirſuta Geſner. hort.pag.265.b.

Meliloti vulgaris alia ſpecies folijs ſubhirſutis Cæſalp.pag.244.lib.6.cap.22.

*LII.*

Trifolium corniculatum ſecundum.

Melilotus maior Trago pag.592.lib.2.cap.3.

Melilotus Italica & Patauina Lobel. obſer. pag.501. & icon.pag.43.parte 2.

*LIII.*

Trifolium corniculatum tertium.

Meliloti maioris quarta ſpecies Trago pag. 591. lib. 2.cap.3.ſine icone.

Trifolium corniculatum tertium Dodo. fol. lat. pag. 564.pemp.4.lib.4. cap. 17. ſine icone.

*LIV.*

Trifolium Italicum folliculis rotundis.

Melilotus Italica Camer.hort.pag.99.icone 29.

Hoc primum Northuſo à Doctore Iohanne Oſvvaldo Loti veſicariæ nomine accepimus: poſtmodum in multis hortis vidimus.

*LV.*

Trifolium halicacabum.

Trifolium veſicarium Cluſ.hiſt. Pann.pa. 766. lib.4. cap.34.ſine icone.

Trifolium halicacabum ſiue veſicarium Camer.hort. pag.171.icone.47.

Hoc Tubingæ in horto Doctoris Ioh. Viſcheri Profeſſoris Medici primùm legimus.

*LVI.*

Trifolium ſiliquis Ornithopodij.

Lotus peculiaris ſiliquis ornithopodij Camer. hort. pag. 91. icone. 25.

*LVII.*

Coronopus ex Codice Cæſareo Dodo. fol. lat. pag. 109. pempt. 1. lib. 4. cap. 24.

*LIIX.*

Trifolium album latiore folio.

Dorycnio congener planta Cluſ. hiſtor. Hiſpan. pag. 204. lib. 1. cap. 47.

*LIX.*

Trifolium album anguſtiore folio.

Dorycniũ quibuſdã falsò dictũ Geſn. hort. pag. 257.

Dorycnium Monſpelienſium Aduerſ. pag. 389. Lob. icon. pag. 51. parte 2.

Folia terna, quaterna, aliquando quina iunguntur: ratione ſoli modò latiora, modò anguſtiora, vt exprimit figura Lugdun. pag. 1724. lib. 17. cap. 6. & Camerarius hort. pag. 56. teſtatur in Bauaria ſtrigoſiùs prouenire.

*LX.*

Trifolium ſiliquoſum rubrum.

Lotus ſiliquoſus rubro flore Cluſ. hiſt. Pan. pag. 763. lib. 4. cap. 34. ſine icone.

Lotus pulcherrima tetragonolobus Camer. hort. pa. (91. ic. 26.

Sandalida Cretica vocatur in Italia.

*LXI.*

Trifolium ſiliquoſum luteum.

Lotus trifolia pratenſis ſiliquoſa Monſpelienſium Aduerſ. pag. 385. Lob. icon. pag. 42. parte 2.

Monſpeſſuli legimus: verùm non longè vrbe Brück qua itur ad Thermas Helueticas collegimus multo maiorem & duriorẽ, quod & Cluſius in Pannonica obſeruauit, vt notauit hiſt. Pann. pag. 763. lib. 4. cap. 34.

*LXII.* Tri-

*LXII.*

Trifolium ſiliquoſum villoſum.

Oxytriphyllum alterum Scribonij Herbariorum Aduerſ. pag. 381. Lobel. icon. pag. 31. parte 2.

## *CONCLVSIO.*

ET ſic *TRINVNO DEO*, principe *BOTANICORVM* clementer gratiam largiẽte & auxiliante, fœliciter hanc primam *PHYTOPINACIS* partem, ad finem perduximus: cui gratias agimus non quas debemus, ſed quas poſſumus maximas, eundemq́; ſubmiſsè rogamus, vt ad reliqua perficiunda, & ingenium, & vitam, & vires clementer largiatur: tu interim candide Lector, his noſtris in rem tuam vtitor, fruitor.

*FINIS.*

# APPENDIX

*EORVM QVAE POSTEA AB AVCTOre fuerunt obſeruata: vel etiam omiſſa.*

## LIB. III. SECT. VI. Pag. 201.

LActuca Polycephalos.

Quemadmodum Braſſica habetur alba capitata, quæ ex pluribus capitibus conglobatis conſtat, vt dictũ fuit ſuprà pag. 176. ſic & Lactucam capitatam in Alſatia obſeruauimus, quæ radice & caule capitatæ Lactucæ vulgari conuenit, verùm non tantùm vnum caput profert, ſed bina & terna ab inuicem diſcreta, quæ ex multis folijs conglobata, in vnum tanquam caput attolluntur.

*Pag. 215. lineæ 13. ſubijce.*

*VI.*

Chondrilla purpurea fœtida.

Ex radice oblonga tenui fibroſa, exſurgunt caules

quini & plures cubitales, ad radicem ex rubore obſcuro ſplendentes (vt & foliorum pediculi) aliâs virides, ſtriati, infernè parùm piloſi parte ſuperna folijs carentes: folia ad radicem plura palmum excedentia, quorũ prima vix dum ſinuãtur, reliqua inſtar foliorum Chondrillæ Seſamoidis dictę ſinuantur & acuminantur, quæ mollia ſunt & ad latera vndiq; pilis exiguis cinguntur, neruus qui folium infernè percurrit hiſpidus eſt, vt & foliorum pediculi: ſingulis caulibus qui rariùs brachiãtur, flos vnic⁹ peramœnus, magnitudine & forma Ptarmicæ Auſtriacæ, cuius medium diſcum orbiculariter cingunt foliola 16. & plura oblõga, diluto rubore purpuraſcentia, quæ in apicibus in aliquot particulas diuiduntur: ſemen nondum obſeruauimus. Iulio menſe florentem in horto D. Zvvingeri legimus. Vocamus à forma Chondrillam, fœtidam, quia flos antequam aperiatur, grauiorem ſpirat odorem, qui & in folijs aliquantum aduertitur.

---

## LIB. IV. SECT. II.

*Pag. 243 Subijciatur linea 16.*

*II.*

Abſinthium Ponticum Belli.

Cùm in fine eſſemus operis à Cl. Honorio Belli Vicentino, Cretenſi Medico folia aliquot Abſinthij Cretici accepimus: verba ipſius ſubijciamus. Abſinthium in hac Inſula frequentiſſimè prouenit, perpetuoq; viret, odorem gratum ſpirat, nihilq; amarum eſt, aut ſi quam ſiccũ amaritudinẽ habet (in viridi enim nulla percipit) ea valdè obſcura eſt. Ab aſinis & pecoribus omnibusq; brutis valdè expetitur. Folia tenuia profert, & multum diuiſa. Ego legitimum Ponticum eſſe exiſtimo. Vocatur ἀπσιὰ, apſtia, & non ἀψινθιὰ, quemadmodum Anguillarus in Græcia vocari perperàm ſcribit. Hæc Bellus ex Creta ſcripſit.

---

*Pag. 265. linea 28. ſubijce.*

*VI.*

Scandix minor Saxifraga, quia vehementer & repentè vrinas mouet.

Perchepier (Saxifranga) Aduerſ. pag. 324. Lob. icon. pag. 727.

Perchepier Anglorum, an ſit Scandix Lobel. obſeru. pag. 419. ſine icone.

## LIB. V. SECT. I.

*Pag. 296. lin. 26. manicum: adde.*

Theophraſtus 9. hiſt. 12. στρύχνον vocauit, Veſicariam Gaza reddidit: huius duo tradidit genera, alterum ſomniferum radice rubra: alterum inſanire faciens, radice candida, cui 9. hiſt. 21. caput fructui platani non abſimile tribuit. Sic 9. hiſt. 14. naſcitur etiam apud Arcades vtrumq; Veſicariæ genus, quod fructum puniceum fert, & quod nigrum oritur.

*Pag. 302. lin. 14.*

Quibuſdam Tartuffoli dicitur, à radice tuberoſa, cũ hoc nomine & Tubera ab Italis donentur, & radix tuberum modo eſitentur. Solent enim in Burgundia huius radices, vel ſub cineribus aſſare, vel Tuberum modo coctas edere, cùm apud eos nunc frequens ſit, vt qui propagare ſoleant caulibus reclinatis & terra tectis, ſic enim plures radices acquirunt. Verum ijdem fructum venenatum cenſent. Sunt quem Germanicè Liebapffel/ id eſt, poma amoris, ſed malè vocitent: alij Grübling baum/ id eſt, Tuberum arborem. Nobiliſſimus, &c.

## LIB. VII. SECT. II.

*Pag. 497. lin 28.*

Hoc maius, dum exemplar impreſſum relegeremus, in horto Doctoris Zvvingeri obſeruauimus & legimus, cuius folijs maculæ ſatis latæ confuſo ordine aſperſæ: at in minore longè plures maculæ conſpiciuntur, quæ

non

non latæ ſunt, ſed punctorum inſtar aſperſæ.

*Pag.498. lin.14. ſubijce.*

*II.*

Lithoſpermum minus repens anguſtiſſimo folio.

Hoc radice eſt craſſa, lignoſa, repente, cortice ruffo & rugoſo tecta, à qua ſtatim à radice rami breuiſſimi, lignoſi, craſſi, qui mox in alios brachiantur lignoſos & breues, ita vt tota planta vix palmum excedat: cauliculi minores rigidi quidē, at fragiles & hirſutie aſperi: quos folia plura, dura, hiſpida, oblonga, anguſtiſſima inordinatè diſpoſita (quibus minora ſubijciuntur) cingunt, per quæ neruus medius elatus (vt in Ledis fit) fertur: flores communiter ramulorum ſummis, aliquando inter folia & cauliculos, ex pediculis hirſutis prodeunt, oblongi, anguſti, eleganter cærulei: quibus ſuccedunt ſemina, communiter bina iuncta ſatis magna, oblonga, alba & dura. Hoc Monſpeſſuli prouenit. Figura apud Dodonæum editione Gallica pag. 204. lib. 2. cap. 90. (quam in editione Latina omiſit) nomine Lithoſpermi maioris, quam & Lugdunenſis pag. 1177. lib. 10. cap. 52. habet, quod totius plantæ hiſpitudinem & maximè florum ſitum formamq; pulchrè noſtro reſpondet, ſed radicibus & folijs non item: ita vt videatur hæc Dodonæi figura & primum noſtrum Lithoſpermum minus latifolium, ratione radicis & foliorum latitudinem, & hoc ſecundum ratione hiſpitudinis & florum formam exprimere.

LIB. VII. SECT. VI. Pag. 571. ſubijciatur lineæ 28.

*EPHEMERVM Matthioli.*

Ἐφήμερον deſcripſit Dioſcorides lib. 4. cap. 85. quod aliqui ἰξιονάγρειαν vocitent: & Plinius lib. 25. cap. 13. Ephemeron imitatus Dioſcoridem, deſcripſit: aſt florem ei tribuit, non candidum vt Dioſcorides, ſed cæruleum.

I. Ephe-

*I.*

Ephemerum Matthi.fol.lat.pag.700. lib.4. cap.80.& icon.4.pag.761.

Similem figuram habet Lacuna pag. 431. Tabernæ. icon.pag.856. Lugdunenſis pag.1574. Ephemeri non lethalis Matthioli,nomine.

---

*II.*

Ephemerum Matthioli,vel potius Ephemerum ſpurium Lobel.obſeru.pag.191.&icon.pag.354. Dodon. fol.lat.pag.203.pemp.2.lib.2.cap.6.

Vix credimus eaſdem eſſe, cùm illi folia lilij & radix vnica digitalis tribuatur: huic verò folia & radix Iſatidis aſcribatur; imò figurarum nulla ſimilitudo:verùm cùm neutram viderimus, nil ſtatuere licet, in hanc tamē claſſem,imitati Lobelum, retulimus.

---

# AD LECTOREM
## DE ERRATIS E-mendandis.

*CVm animaduertiſſemus non pauca in Librum noſtrum errata irrepſiſſe,maximè in capitum & paginarum numeris ex autoribus adductis,conſultū duximus omnia loca denuò cum autoribus conferre: qua in collatione,plures errores deprehendimus, quod partim autorum à nobis citatorum erroribus calcographicis, apud quos numeri paginarum, capitum & librorum tranſpoſiti,in quos etiam ſcopulos, potius rem, quàm numeros perpendentes, nos ipſi impulimus: partim noſtrorum calcographorum incuriæ, à quibus non pauca tranſpoſita: partim etiam alicubi feſtinationi noſtræ inter condendum & tranſcribentibus adſcribendū. Quare ne errores hi Lectori forent moleſti, fideliter(magna licet cū moleſtia)loca reſtituimus & emendauimus: æquus ergo Lector, omnia loca primò ex hac correctione reſtituet,antequam autores citatos conſulat. Quæ verò leuioris momenti ſunt, vt ſunt omiſſiones accentuum, diſtinctionum & eiuſmodi, non notanda duximus,cùm facilè, à quolibet mediocriter literato,emendari queant.*

*Notabis autem vbique quando ſimpliciter litera p ponitur ſignificari paginam: l lineam eius paginæ: vbi verò habetur pag. tunc hæc vox ſi in textu deſit, ei inſerenda.*

P.2.lin.14.fecerit.p.3.l.31.202.p.4 l.23. cap.3. p.6 l.8. dele Aduerſariorum pag.2.& l.12.icones paniculati minoris albi l.21.Chāpigni: p.7.l.29.cap.39: p.9. l.13. acerosſum l.29. phalarioides: p.10.l.10. Euganeis l.25. Harcynia pag 52: p.12 l 4.Harcynia pag.49. p.13.l.11.Vetonicæ p.16.l.5. tertium &: l 15.at latiore p 17.l.7.Dalechampij pag.1391.lib.12 cap 26.l vlt ſummitate rarius p.18.l 11.eſt tamē l.18.exile hirſutum l.vlt. pag.1018.lib.4.cap.12. & icon.4.pag.634. p.19.l.4.429.lib.4. cap.30.l.16.56. ſine icone. l.17. Iſchæmon p.20.l.7.Neïemelnſalib l.27. Eſt altera p.21. l.12.lib.1.ſect. p.22.l.31. 670.lib. p.23.l.26.cap.134. p.24.l.2. Harcyn. pag. 20.l.17.cap.134.l.25.531. pempt.p.26.l.15.vera Plinij p.28.l.1. Melancranin l.27. læuis vulgatus Aduerſ. pag. 43. Iuncus læuis vulgaris pannicula ſparſa Lobel. l.31. cap.47. & icon.4. pag. 699. p. 29. l.29. pag. 44. & p. 30. l.12. læue l. 15. ſtriatus l.16.ad ſpithamæ p. 31. l. 11. dicta eſt l. 15. alterum caule cubito maiore l. 24.793. p.33. l. 7. folijs aliquot. l. 28. icon. 4. pag. 693. l. 29. interpretem Anguil. l.31. Monſpelienſium Lobel. icon. pag. 796. & Aduerſ. pag. 355. racemoſa Equiſeti facie planta p. 35. l. 25. pag. 39. Cyperus p. 36. l.5. pag. 1826. l.17. cap.138. l.19. pag.41. p.37. l.19. aromat. pag.157. cap.39. de quo & A coſta lib. aromat. pag.193. cap. l.22. Curcumate p.39.l.10. fœmina, p. 40. l.8. coſto l.9.cap.5.l.14.Ital.pag.166.lib.1.cap.96.p.43.l.11.251.b.l.21.vtriuſq; l.23.cap. 38. p.44.l.2.pag.716. p.46.l.31.cap.250.& icon.8. pag.372. p.47.l.5.pag.311. l.12.pag.635.p.49.l.7.pag.111.lib.1.p.50.l.1.tota linea deleatur l.14.Monardi edit.Ital.p.53.l.4.pag.25.l.25.alludentes p.54.l.2.fato l.32. Quidam p.55. l.21.Eryſimum p.57.l.8.cap.83.p.58.l.3.pag.553.l.6.cap.31.l.33. Cretæ p.59. l.16.259.l.26.Butomon p.60.l.14. Rhizotomon l.26. vel foliorum, vel radicum p.61.l.3. pag.17.l.25. pag.333. lib.2. ſect.8. p.62.l.26. Iris (an, &c. Actij) p.64.l.11.cap.12.p.65.l.24.Medion p.66.l.11. 22.& icon. 4. pag.657. p.67.l.4. cap.126.figura diuerſa l.10.cap.126.l.14.cap.126.l.18.Garziæ pag.165.p.68. l.4.cap.43.l.8. aromat.pag. 163.p.69.l.21. rugarum l.26. Matth. pag. 27.l.31. cum teritur p.71.l.12. cap.80. & icon.4.pag.759.l.16.dele & icon.4. pag.759. l.21.cap.10.ſine icone. l.23. Siſyrinchij l.31. cap.10. p.72. l.3. cap.20. l.19. hiſtor.pag.97. p.73.l.18.mas Fuch.icon.8.pag. l.30. Tiphyum p.74.l.15.niueus: p.75.l.11. 58. & icon. 4. pag.716. Hyacinthus Orientalis alter. l. 24. Bulbine p.78.l.3. ob tomenti l.6. pend. & hiſt. l.13. pag.59.& l.22. νάρκισσον p.79.l.19. pag.768.lib.4.cap.155.l.20.pag.866. p.83.l.27.pag.62.& icon.p.85.l.22. Pulſatillam p.90.l.4.ora l.6.ſit & p.91.lib.17. folio. pag.769.lib.4.cap.155.p.92. l.2.pag.67.& p.93.l.7.pag.69.p.94. l.9.cap.8.l.15.flauus l.16.Mæſiacus p.96. l.13.pag.72.& l.25.pag.73.& p.97.l.12.pag.72.l.16.pag.72.l.24. Ornithogale & vbi occurret Orinthogalum legendum Ornithogalum. p.98.l.14. Ornithogalon candidum vulgare Lob. obſeru. pag.72. & Ornithogalon eidem icon. l.25.quem contuſum p.99.l.6.Lob.icon. pag.149. & Lilionarciſſus polyanthos eidem obſer.pag.73. p.101. l.30.pag.386.lib.2. cap.143. p.102. l.14. Taber.fol.pag.190.lib.2.ſect.3.cap.48.& icon.pag.484. l.17.pag.78.l.28.lib.2. cap.144.& p.103.l.18.Vlpicum Plinij, l.22.pag.177.p.106. l.18. Matthiolum pag.329.& l.31. maſculus p.107.l.6. Lobel. obſer. pag.75. & icon. pag.151. p.108.l.27.dele,&c.p.110.l.8.Lob.icon.pag.104.& Lilium purpureum maius,

eidem

eidem obſer.pag.84.an p.111.l.10.pag.86.& l.21.pag.126.p.112.l.2.pag.640. p.114.l.27. dicat p.117.l.12.pag.175.p.119.l.10.Coriophera flore initar cimicum.l.29.dele totam lineam.l.32.dele 666.& p.120.l.2.maris pag.676.p.121. l.1.ſphegodes l.8.pag.181.l.18.Taber.fol.pag.348.lib.2.ſect.9.cap.2.& icon l.23.Ornithes p.122.l.15.Tabern.fol.pag.348.lib.2.ſect.9.cap.2.& icon.l.31 piſi p.123.l.7.pag.90.l.30.Rhapſ.16.& 4.pag.23.p.124.l.28.Rhapſ.16.& 4. pag.32.p.126.l.6.cap 127.p.128.l.14.Huc referamus,&c.hæc verba vſque ad Dens canis, ſubijcienda ſunt Denti canis & num.V. delendus. l.29.Mithridation p.131.l.11.Bunias p.133.l.19.lutei p.135.l.25.414.& 415.p.136.l.25. cap.36.p.137.l.22.non maculatis p.138.l.23.Harcynia pag.95.p.143.l.23. quibus decidentibus l.28.Bolbonac p.144.l.2.cap.6.p.152.l.30.Tabern.fol. pag. p.153.l.3.Lobel.icon.pag.206.& obſer.pag.103.Eryſimum Matthioli alterum.l.25.cap.170.Iberis ſiue Lepidium.p.154.l.16.Chamænerio, in append.ad Cordi hiſt.pag.215.b.l.30.Chryſocome p.157.l.5.Lobel.icon.pag. 315.& obſer.pag.171.Perſicaria vrens Hydropiper.l.12.pag.171.l.14.plumbago p.158.l.5.narium l.7.plura eſſe l.11.vbi de p.159.l.2.cap.43.l.7.Matthiolum pag.270.l.17.Fuchſij icon.8.pag.185.Hiberidis nomine p.160.l.14. fibroſa p.162.l.1.pag.423.l.5.myriophyllō l.25.θλᾶν p.163.l.14.lat.pag.700. p.164.l.22.Taber.icon.pag.467.p.165.l.1.in epit.l.20.anguſtifolio Fuchſij p. 166.l.22.Tabern.icon.pag.465.& fol.l.32.incano, ſæpiſſimè occurret hæc vox nicano, vbi ſemper legendum erit incano.p.169.l.17.pag.92.p.171.l.19. Spilget p.173.l.25.cui ſemen Bricouruues l.29.plures emittit caules p.174. l.12.vniuſq; l.14.correſpondet l.18.cap.151.p.175.l.6.in epito.l.25.Selinada l.27.tertiam l.31.candida quam in viridi, quam nigram p.176.l.17.pag. 521.p.178.l.25.pag.401.p.179.l.14.lib.3.cap.2.p.182.l.3.pag.53.b.p.183. l.10.Monardis edit.Ital.lib.l.22.606.lib.5.cap.25.p.184.l.3.Seutlomalache: l.10.pag.326.l.16.pag.131.p.189.l.2.lutei p.191.l.20.lib.5.p.192.l.10.374. lib.p.196.l.23.garum olens p.198.l.23.Braſſica p.199.l.24.at ſequenti p.202. l.28.renalis p.203.l.3.6.hiſt.l.9.6.hiſt.l.22.cap.261.l.31.124.in p.205.l.2. cap.17.l.21.pag.193.l.vlt.Theophraſtus p.207.l.19.Beta, Echio, l.27.pag. 272.p.208.l.24.pag.232.l.26.hiſt.7.& 10.p.210.l.25.cap.28.& icon.p.212.l.5. Hieracium quintum l.21.Hedypnois Lobel.icon.pag.239.l.25.pag.240.Hieracium alterum grandius p.213.l.3.pag.240.Hieracium Narbonenſe falcatū. p.214.l.31.hinc duæ p.216.l.4.pag.231.l.18.cap.13.p.217.l.7 pag.759.l.10. Catanance.p.218.l.3.pag.120.l.26.cap.18.p.221.l.18.icon.4.l.vlt.icones, Artemiſiæ Dioſcoridis nomine.p.22.l.12.Scopa l.22.Lobel.icon.pag.713.& Othonna Italorum eidem obſ.pag.410.l.25.& Plinij Argemoniam p.224.l.7. 37.ſine icone.p.233.l.19.cap.130.p.237.l.18.457.Abſinthij Santonici ſpecies l.26.pag.244.l.28.pag.26.p.238.l.4.Seeha p.239.l.5.Heraclea Crateuæ, p. 240.l.12.Helichryſum p.241.l.20.pag.574.l.26.pag.574.p.243.l.11 ſect.2.p. 244.l.19.tamen & l.31.albo autem flore, cæruleo & ex vtroque mixto vidimus. p.245.l.10.eſſe cenſet l.24.Rhap.15.p.248.l.12.minus (de quo ſuo loco) quæ p.251.l.7.Melanthio p.253.l.9.Hypecoo p.254.l.15.pag. 449.& l.29.pag.449.p.257.l.20.cap.97.l.29.cap.98.p.260.lib.5.Δαῦκος Dioſcoridi p.265.l.18.palmarem, aliquando cubitalem & ramoſum p. 266.l.25.142.p.268.l.4.pag.327.l.32.Agrioſelinum p.269.l.13.cap.72. p.270.l.21.473.& Lobel.icon.pag.708.p.271.l.14.Libanotis ferulæ folio: p.274.l.8.cap.10.l.16.vt quoquo p.276.l.17.Melandryum l.23.pag.711.l.vlt.Conyzis p.279.l.6.Carum Lob.obſer pag 418.& icon. pag.724.p.280.l.4.αἰθιοπικὸν p.282.l.28.Cereſolij p.284.l.6 Tuero l.19.dele

Phelandrion eſt Plinij lib.28.cap.12.l.28.cap.8. caulis in aquis ſæpè brachij
craſſitiem æquat. p.286.l.7.pag.281. p.294. l.7. Romæ p.297 l.5. pag.133.
p.297.l.31.Cucubalum p.298.l.26. dele Amara dulcis.l.27. 266 Amara dul-
cis. p.299.l.21.pag.136.l 26.platani tribuit l.30 pag 218.l.32.Tatulæ p.300.
l.11. Melangena l.26. Batleſchain p.304. l.14. Altercum l.31. hort. pag.77.
icone 21.l.33.77.icone 22.p.306.l.3. nardi edit. Ital.pag. l.6.pag. 252. Lobel.
p.307 l.31.violaceus,& mediophœniceus ſupernè luteus. p.308.l.10.nigrum
ſatiuum p.310.l 14.ſiue l.28.Ceratite l.30.pag.123.p.313 l.31 hiſto 7.p.314.
l.14 hinc l.28. pag. 314 p.315. l.4. cap.21. l.28. interius p.316.l.29. lat.pag.
422.p.319.l.8.Recentiorum Adonis l 9.283. Flos Adonis. l 20. cap.206.p.
324.l.12.cap.50 p.331.l.4 cap.3.l.27.κιχωρῶδες p.333.l.26.73.& p.335.l.13.
tertia p.336 l.26 pardalianches p 337.l.14.petita l.24.73.& icon 4 pag.738.
l.28.dele,perperam Aconitum pardalianches p 339. l.6 Oetum, Ponticum,
Eleaticum l.13. ſciſſa : albi l.21. cap.88. p.340.l 19. pag.670. cap.260. p.341.
l.9 ferulaceus p.342.l.22.cap.106.p.346.l.31.Gentianella campanulæ flore
purpurea Heluetia l.32. 310. Gentianella Heluetia p.347.l.24. & muſcum
p.348.l.7. tom.1. l. 10.Lobel. obſer.l.29. pag.69. p.349. l.22.quinqueneruia
p.351 l 7. dele,Aduerſ. pag.18. l.8.306. & Holoſtium Monſpelienſe Aduerſ.
pag.18.p.353.l.12.Credimus eandem cum Ambroſia ſylueſtri,vt ſuprà pag.
233.num.2.monuimus : hic tamen repetijmus cum Lobelus & quidam alij,
diuerſum faciant.p.354 l. 11.floſculi l.19.Gottne,vel p.355. l.3.Cordus pag.
60.b.lib.3.l.27.pag.158.p.356.l.12.Been rubrum Limoniæ p.358.l.26. dele
quæ de Perſicaria poſita ſunt,vſq; ad Potamogeton : hæc enim lib.3. ſectio-
ne 2 pag.156. inter acria iam poſita fuêre. p 364. l.18. Colubrina l.25 pag.
600.p.365.l 22.152.b.lib.l.24.lib.2. l.28. iconibus pag.598. p.366. l.1. notis
nigris l.22.1598.p.367.l.22.ab illis Ariſari ſpeciebus,l.28.163. & icon.4. pag.
341.p.368.l 15.9.& icon.4.pag.15.l.27.Perſonatia p.369.l.20.Fracto pag.65.
p.371.l.5.Ghini l 6.du Choul. pag.74 p.372. l.2 pag.149.l 21.Fridio p.373.
l.24.qui propter p.377.l.18.561. p.378. l.2. & ſequentibus Leucoium l.20.
cap.66.p.381.l.6. Lychnidis nomen impoſuere l.24 Iaſminum p.382. l.32.
pag.241.l.33 pag.117.p 383. l.10.cap.64. p.384.l.7. Struthium p.390.l.22.
Garyophyllea p 391.l.27.Garyophyllea p.392.l. 30. Armeria p.393. l.3. va-
riegato & maculato: eſt & diuerſicolor ex albo, rubro & medio. p.395.l 30.
pag 446 p 397. l 18. montanus alter Lobel. obſer. pag.244. ſiue mediterra-
neus icon. l.26 marinus Lob. obſer. pag 242. ſiue omnium minimus icon.
p.399.l 9 Antirrhinum Lobel.obſer.pag.221. & vulgo l 10. dele, Lob. obſ.
pag 222.& p.400.poſt lineam 8. ducenda eſt linea diſtinguens.l. 13. Antir-
rhinum Plinij l vlt Lob. icon.p.401.l.25. bellidis l.vlt. Oſyris p 403.l 25.Sco-
paria Belueder Italorum Aduerſ.pag 173. & Scoparia Lob.p.404.l 1.vulga-
ris l.13 Linum Lob.obſer pag.225.& Linum ſatiuum vulgare cæruleũ icon.
p.406.l.12. 829. 830.l.21. 831. p.407.l.8. Glaucem, Dioſcorides p 408. l.10.
213.l.16.430.l.22. pag.235. p.412. l 7.ſtirp.pag 80. l.vlt. lib.2. cap.52. p.418.
l.20.65.ſine icone. l.21. Guacatan Monardi edit. Ital. pag. p. 419. l. 27. dele,
icon p 422.l 5. alterum Lob. obſeru.l.24. peius quàm l 29.dele,obſer.pag.
265.& p.425 l.10.ſit: reperitur etiam folijs quaſi criſpatis,eleganter inciſis,&
viridibus. p. 426. l.3. Baſilicum p.427. l.15. pag. 269. p.430. l.16 pag.52.b.
p.431.l.4.dele,ſine icone. p.432. l.2. cap.43.p 434. l. 19. vt duabus l.25. Me-
liſſa Mollucana l 28.514 Moluca p.435.l 3. dele,totam lineam. l.4. Syriaca
Aduerſ.pag 221.& Lob.p.436.l.1.Rhodoram.p.437.l.23. dele,quod dicitur.

p.438.

p.438.l.4.hirſutior,l.16. Huic p.441. l.30. Scordioides, ſiue Scordij folio Aduerſ. pag. 225. & Sideritis Monſpeliaca Scordioides floribus luteis Lobel. p.444.l.3. tom.3. l.4. pag.58. l.24. pag.36. p.445. l.25. ſerius florente p. 446. l.12.ad ſtrumas p.448.l.22.quem p.450. l.14.pinnata l.26. Cretenſis Lobel. icon. pag. 554. & Saluia coccifera ſiue baccata Cretenſis Aduerſ. pag. 259. p.452. l.25. Sclareæ l.28. Oruala p. 455. l.9. anguſtis p. 456. l. 11. lychnites p.457.l.11.blatariæ. l.30. contrahat (hoc &c.tribuit) & p. 459. l.4. perquam p.460.l.7.Dodecatheon l.20.Rhap.14.l.25.Rhap.14.& 4.l.27.pag.798.p.461. l.29.maior.Lobel.obſ.pag.307. & icon.pag.570.p.463.l.1. dele Aduerſ.pag. 244. & p.464.l.5.612. p.465.l.7.894. p.468. l.22. cum p.469. l.29.472.p.470. l.19.Eufragia p.475.l.11.872.l.12.504.p.476.l.11.383.l.20.dele Aduerſ. pag. 164.p.477.l.10.Lugdunenſem pag.1161.lib.10.cap.39.l.24.cap.2.p.478.l.24. pag.1240.l.33.Paronychia p.479.l.2.708.p.480.l.31.Alſine Lobel.obſer.pag. 245.& Alſine minor l.32 dele,obſer.pag.245. & p.481.l.6. fontana l.14. anguſto p.483.l.23.239.p.484.l.26.5.& icon.pag.718. p.488.l.28. quàm ſit vulgata,tumq; p.491.l.1.Hi enim l.2.habent l.19.Onochiles l.21.folijs & l.25. cap.23.l.28.248.p.492.l.31.ſaturatioris eſt purpureæ. p.494.l.18. Hæc p.495. l.6.268.cap.102.p.496.l.31. Cæſalpinus pag. 440. lib.11. cap.13. p.497 l.23. Cynogloſſus l.25.397.p.498.l.9.repens latifolium.l.26.milij l.33.457.p.499. l.6.Chriſti Lobel.icon.pag.44.& Lithoſpermum Plinianum ſiue maius Aduerſ.pag.16.p.500.l.24.lib.1.p.501.l.21.577.l.30.475.p.502.l.5.media p.504. l.24.Vlyſſes Aldroandus l.31.Luteus & bellio l.32. coronatur: pratenſes hi flores p.505. l.4.258.l.7.253.poſt lin.21. ducatur linea diſtinguens & ſubiungatur III. Bellis alpina maior altera. p.507. l.12. 864. l.14. Penæ l. 20. 186. p.512.l.23.Heliochryſum l.28.Helichryſum p.513.l.19.52.& icon.4.pag.709. p.515.l.5.42. p.516.l.27.Helenitis p.517. l.2. piloſella alpina l. 20. Erigeron l.27.affinis p.518.l.16.hiſt. Hiſp.p.519.l. 19.cap.20. p.520.l.5.cap. 29. l.11. & Amellum l.31.Meleagridis p.521.l.6.151.l.25. albicante p.525.l.30. capitula oblonga p.532.l.16. lib. 10. cap.64. p.533. l.21. Geum l. 25. hirſuta: glabra p.534.l.16.Theophraſtum, ex quo l.21. Tom.3. p.535.l.15. peramarus l.33. Come,eiuſdem lib.p.536.l.6.Tragopogon p.537.l.19. lib.2.p.540.l.23.750. l.25.nomine pag.751.p.542.l. 10. Helianthemon p. 544.l. 10. Rhap.50.l.17. proueniat.l.23.iunctis.l.24.ſparſis p.545.l.12.ſuſtineat.l.26.cap.23.l.27.Aſcyron p.546.l.9.cap.23.l.13.Androſæmon l.17.Plinij: l. 21.longiſſimis p.547. l.vlt.Syluatici. p.549.l.15. Calligonon l.23. Caſia l. 31.419. p.550. l.11.Polygonon p.552. l.10. lenti ſimillimam folijs p.553. l.29. Seſuuium p.555.l.3. Aizoon p.556.l.31.485.p.557.l.13.Iaſme l.16.alpinum p.558.l.28.& icone 2. p.560.l.5.pag.92. p.563.l.24.admorſa ea, p.565.l.14. Anthillidem p.566.l.14. vbi l.19. cap. 112. p. 567. l.9. 797. p. 569. l. 14. Alijs l.22. Ammi p.570.l.19. cap.85.l.20.189. l.26.cap.85. p.571.l.15.Lutum l.25. Antirrhinon p.573.l.9. paluſtribus p.575.l.9.294. p.578. l.9.lib. 16. p.580. l.7.198. l.8. Camarronus p.581.l.26.3.nigrum deterius l.27.præcedēti p.583.l.11.Scammonee.p.584. l.13.39.l.24.Ciſſampelos l.30.hiſto.Hiſpan.p.585.l.8.Aſureus l.9.conuoluulus hederaceus, p. 586. l. 20. 847. p. 587. l.4. part. 1. p. 589. l.4. Ampeloleuce p.593.l.2.nigricant l.8.nigris p.595.l.10. Atragene p.596.l.22.696.p.597.l.9. cap.35.l.27. 178.p.598.l.5.360. p.600.l.13.53. cap.42. p.603. l.2. 805. l.4.149. l.20.lib.4.p.606.l.27.rotundantur l.33. habet colore aureo & folium p.609. l.18.hederula l.29.325.p.611.l.8.603.l.9.obſ.pag.330. p.613.l.30.191.p.614. l.14.607. l.24.lib.3.p.618.l.10.269.l.11.363.l.20. Chate l.21.b.cap.38.p.619.

l.22.Americi p.621.l.9.403.p.622.l.13.632.p.63.l.9.162.p.624.l.8.pag.245; p.625.l.16.367. p.626.l.2. conſpergitur l. 10. 115. p.627. l.16. Bamia p.631. l.26.crenata p.632.l.17.Althæa altera ſiue p.633.l. 16.35. at iconem habet pag.76. Tom.2. l.vlt. Keſmia p.639.l.7.66. l.19.variè p.640. l.7.pag.79.l.8. Rhap.27.l.11.&tres ſequentes deleantur l.22.Rhap.89.p.642.l.27.Capraro-la p.645.l.12.ſint l.31.cap.111.p.646.l.7.cap.111.p.648.l.7.hanc p.652.l.19. lib.2. p.653.l.3. Κόμαρον l.20.lib.1.p.654.l.18.aſphaltion p.655.l.29.494: & p.657.l.29. alijs l.30.Menſifloram p.658.l.4.125.l.11.520.l.13.494.l.33.565. p.660.l.11.lib.4.l.32. Trifolium p.662.l.17.fruticoſa: Lotus p.665.l.2.inſi-dentes l.13.Lotum l.22.pa.49. p.667.l.24.lib.4. p.668.l.31.Pannonia p.669. l.4.Nunc Trifolium hæmorrhoidale vocare ſolent. p. 671. l.22. aſſatas l.26. Sunt qui p.672.l.16.oblonga,acuminata,alba l.21.quo ad totius.

FINIS.

---

# LAVS COGNITIONIS SIMPLICIVM.

## Oribaſius XV. collectan. Cap. I.

*Simplicium Medicamentorum & facultatum quæ in eis inſunt, cognitio ita neceſſaria eſt, vt ſine ea nemo ritè medicari queat: ita enim magna nobis ſuppetit copia, & nos in quacunq; temporis opportunitate medicamenta facilè comperimus. Valet etiam eadem notitia ad compoſita remedia conficienda: præterea verò ad eorum vires Vniuerſales inueniendas, pertinet, & quod artis eſt apud omnes patefacit.*

## Fernelius in ſua Medendi Methodo.

*Simplicium cognitio, collectio, delectus, expurgatio, conſeruatio, præparatio, correctio & miſcendi induſtria ſeorſum ad Pharmacopæos referuntur, ac pertinent: quorum tamen inprimis & MEDICVM gnarum, peritumq; eſſe oportet, ſiquidem apud artis miniſtros auctoritatem, dignitatemq; ſuam retinere ac tueri velit, quos docere hæc ipſa debet.*

VNI
TRINO DEO
SOLI
IN SECVLA SECVLORVM
GLORIA.

BASILEÆ,
PER SEBASTIANVM
HENRICPETRI:

Anno Chriſti

cIↄ Iↄ XCVI.



# ICONES PLANTARVM ALIQVOT HACTENVS non ſculptarum,

*quibus*

proximè plures, iam depictæ, at non-dum ſculptæ, adijcientur:

*quarum*

Deſcriptiones in hoc opere habentur.

*AD*

CL. VIRVM

*MARTINVM CHMIELECIVM*

*Med. Doctorem & Logices in Acad. Baſileen. Profeſſ. ord.*

*Amoris perp. monum.*

Mo. Bot. Garden,
1893

PLANTAS hactenus à nemine deſcriptas vltra centum & ſexaginta, tibi CANDIDE LECTOR, in hoc opere breuiter deſcripſimus: plures adhuc, altera noſtri Phytopinacis pars, offeret: ex his plurimas delineari curauimus, at aliquot tãtum in præſens à ſculptore abſolui potuêre, proximè & ſequentes, DEO dante, quarum nomina ſubiecta legis, accipies: His interim vtere, ac Iohannis Bauhini Illuſtriſs. Ducis VVirtembergici germani noſtri, magnum opus de conſenſu & diſſenſu auctorum circa plantas, cum aliquot nouarum plantarum iconibus exſpecta. Vale & viue.

*Aliſma folio glabro.*
*Alſine tridactylitès alpina.*
*Anagallis aquatica anguſtifolia.*
*Bellis alpina maior.*
*Beta Cretica.*
*Caltha humilis.*
*Campanula ſerpyllifolia.*
*Caucalis ſemine ad caulium nodos echinato.*
*Chamædrys ſpinoſa.*
*Condrylla Cretica.*
*Condrylla purpurea fœtida.*
*Conſolida regalis peregrina paruo flore.*
*Eruca paluſtris cærulea.*
*Gramen Bulboſum.*
*Gramen caninum marinum ſpica echinata.*
*Hyoſcyamus Creticus.*
*Linaria lutea latifolia peregrina.*
*Lithoſpermum minus repens anguſtifolium.*
*Millefolium cornutum.*
*Millefolium pennatum aquaticum.*
*Myagrum monoſpermon.*
*Nigella Cretica.*
*Papauer ſpinoſum.*
*Pſyllium minus.*
*Ranunculus folio rutaceo.*
*Rapiſtrum monoſpermon.*
*Rapunculus alpinus ſpicato ſimilis.*
*Schœno laguros.*
*Sedum alpinum cæruleum.*
*Sedum alpinum gramineo folio.*
*Solanum tuberoſum.*
*Thlaſpi villoſum.*
*Trifolium alpinum minimum flore magno.*
*Trifolium peltatum Creticum.*
*Trifolium ſaxatile hirſutiſſimum.*
*Trifoliũ ſpinoſum Creticũ cæruleũ.*
*Valeriana montana duplex.*
*Verbena nodiflora.*

Præter has & alias habemus, necdum pictas, nec deſcriptas, quarum in altera parte noſtri Phytopinacis mentionem faciemus.

I.

## Valeriana peregrina purpurea. Pag. 293.



*Aliquando ſuperiora folia ad exortum in crenas ſeu laciniæ breues diuiduntur, quas pictor in hac figura omiſit.*

Ranun-

11.

Ranunculus Creticus albus. Pag. 329.



):( 3 Leon.

III.

Leontopodium Creticum. Pag. 512.



Scabioſa

IV.

Scabioſa argentea anguſto folio, Pag. 528.



*Ex radice aliquando caulis vnicus, aliquando bini, ternive exſurgunt.*

V.

## Trifolium ſtellatum. Pag. 662.



Trifolium lappaceum.
Spr. [illegible] 1.460

Trifo.

VI.

Trifolium globoſo flore, Pag. 664.



VII.

Lenticula paluſtris duplex exprimitur, de quibus in ſecunda parte.



*Quam quadrifoliam cernis, Lens paluſtris quadrifolia nobis dicitur, & à Matthiolo ſub Lente paluſtri altera pingitur: at altera ſubrotundis folijs. Lens paluſtris tertia eſt, à nobis in foßis Patauinis ante annos 19. lecta, à nemine picta, at à Cæſalpino ſub Stratiote aquatica Dioſcoridis deſcripta videtur, qua de re plura in ſecunda parte.*

Quercus

Salvinia natans
Spr. hist. 1.462
and also
Lemna quadrifolia
Com. 3.220

# VIII.

## Quercus florens.



*Cùm hactenus nemo Quercum florentem propoſuerit, lubuit eius figuram adijcere: eſt autem Quercus cum longis pediculis, ſeu Hemeris Idaorum: Sed pleniùs in altera parte de ea dicetur.*

F I N I S.